
ΗΡΩΔΙΑΝΟΥ
ΙΣΤΟΡΙΩΝ ΒΙΒΛΙΑ Η.

HERODIANI
HISTORIARUM LIBRI 8.

Recogniti & Notis illustrati.



OXONIÆ

E THEATRO SHELDONIANO,

An. Dom. MDCXCIX.

PRÆFATIO.

HErodianus, ut innuit *Martinus Hankius* de Romanarum rerum ſcriptoribus, Romanam ſui temporis hiſtoriam Libris 8. ſcripſit. Eam à M. Aurelii Antonini, qui cognomen Philoſophi ſuſtinet, obitu, ſive ab anno Urbis 932, Chriſti 180, orditur: & in initio imperii Romani, poſt Maximinum, à Gordiano ſuſcepti, anno Urbis 990, Chriſti 328, terminat.

Ex Græco Latinam Angelus Politianus fecit: declaratam dederunt *Henricus Stephanus*, *Erricus Memmius*, *Andreas Schottus*, *Fridericus Sylburgius*, *Daniel Pareus*, *Joannes Henricus Bœclerus*.

Prodiit Latinè tantùm, Politiano interprete, Bononiæ 1493. in f. Græcè, cum eadem interpretatione, Venetiis 1524. in 8: Baſileæ 1549. in 8: Græce & Latinè, cum *Stephani* annotationibus, *Memmii* animadverſionibus, *Schotti* emendationibus ſcripturarumque varietatibus, *Sylburgii* notationibus, tomo III. hiſtoriæ Romanæ Scriptorum, quos Sylburgius collegit, Francofurti ad Mœnum 1590. in f. cum *Stephani* & annotatiunculis in quoſdam locos, &, partim ſupplemento, partim examine interpretationis Politianæ, Lugduni 1611. in 8: cum *Parei*, ex Herodianis libris, principum bonorum & malorum ſpeculo, ſive monitis & exemplis ethico-politicis, quæ virtutes & vitia Principum ſpectant, Francofurti ad Mœnum, 1630. in 8: cum *Bœcleri* notis, Argentorati 1644. in 8.

Cum itaque *Herodianum* ſecundâ jam vice Oxoniæ impreſſum exhibeamus, operæ pretium erit noſtram methodum explicare, & quid in hâc editione præſtiterit *Prælum Sheldonianum*, exponere.

Quoad textum, ſecuti ſumus exemplaria *Henrici Stephani*, qui ſi quando à Codicibus Manuſcriptis diſſentiat, emendationem ſuam alieno charactere fatetur, vel varias lectiones à latere adjicit. Nos ipſius plerumque emendationes

tiones (ubi verborum ſenſus id requirebat) nullâ habitâ characteris ratione, ipſi textui inſeruimus, ut editio hæc ultra juſtam molem ne margine quidem excreſceret.

Eodem conſilio latinam verſionem *Angeli Politiani* elegimus; quem, quoties ſententiarum elegantiæ intentus hiſtoricum vel oratorem potiùs agit quam interpretem, pro verborum & ſensûs exigentiâ paulò immutavimus.

Stephani, *Memmii*, aliorumque annotationes, quas ſuis benè auxit *Sylburgius*, ubi textum clariorem reddunt, vel Tyronum captui magis expoſitum, ad paginæ partem infimam ſubjecimus.

Poſtremo, *Zonaram*, *Dionem*, ut ac *Hiſtoriæ Auguſtæ* ſcriptores revolvimus, ut (ſi quibus in locis *Herodiani* hiſtoria alitèr tradatur) in hâc editione, ſine temporis diſpendio, multorum ſententias eadem pagina exhiberet. In omnibus brevitati ſtuduimus, huic rei potiſſimùm intenti, ut Authoris textus correctior & purior potiùs prodiret quàm commentariis onuſtus.

HERODIANI VITA

Ex eodem

MARTINO HANKIO.

HErodianus quando vixerit, ipſe docet Lib. I. Cap. I. cum ait, Angelo Politiano interprete: *Ego non quidem acceptam ab aliis, aut teſtibus egentem hiſtoriam, ſed eorum, qui legent, ſenſibus adhuc memoriæque recenti inhærentem, ſumma vel fide, vel diligentia collectam, conſcribendam ſuſcepi: ſperans haud injucundam fore poſteritati earum rerum notitiam, quæ multæ ſane atque magnæ haud ita longo tempore acciderunt. Nam ſi quis ab Auguſto uſque Principe omnem ætatem complectatur animo, cum ſcilicet Romanorum potentia ad unius eſt arbitrium devoluta, ne annis quidem illis circiter ducentis (tot enim fermè*

fermè ad Marci tempora numerantur) aut imperiorum tam diversas successiones reperiet, aut bellorum vel civilium, vel externorum tam varios casus atque eventus. Ibidem post pauca: *Nam cum sexaginta annis plures, quam pro tempore, Principes Urbs Roma pertulerit, factum ex eo est, uti multæ sanè variæque res atque admiratione dignæ exorirentur.* Et Cap. 2. extremo: *Quæ post Marci obitum per universam ætatem visa mihi auditaque sunt, nonnulla item in experiundo cognita, utpote in publicis officiis principalibusque versato, ea nunc conscribenda suscepi.*

Hæc Commodi, quem Marcus Antoninus anno Urbis 932, Christi 180, successorem habuit; sed & Severi, Caracallæ, Heliogabali, Alexandri & Maximini Imperatorum temporibus Herodianum vixisse indicant. Nam sui temporis historiam, quam nobis reliquit, in imperio in Gordianum, qui Maximino successit, translato, id est, in anno Urbis 990, Christi 238, finit.

Judicia de HERODIANO.

Capitolinus in Albino, Cap. 12. *Quæ qui diligentiùs scire velit, legat Marium Maximum, de Latinis Scriptoribus; de Græcis, Herodianum, qui ad fidem pleraque dixerunt.* Idem in duobus Maximinis, Cap. 13. *Herodianus Græcus scriptor ei* (Maximino,) *quantum videmus, in odium Alexandri plurimum favit.*

Photius in Bibliotheca, Codice 99. Andrea Schotto interprete: *Scriptoris hujus dictio clara est, atque perspicua, quin & jucunda: vocibus autem utitur temperatis, neque supra modum Atticis, quibus nativa illa communis sermonis gratia quodammodo violetur: nec rursus in humilitatem quandam ita demissis, ut artem omnem illæ fugisse videantur. Ad hæc nec supervacaneis tumet, neque necessarium quid omittit: sed, ut uno verbo absolvam, omnibus historiæ virtutibus paucis sanè cedit.*

JUDICIA de HEROD.

Joannes Bodinus Methodo hiſtoriarum Cap. 4. de Suetonio locutus: *Non idem fuit in Herodiano ſtudium veritatis inquirendæ: nec ferè poteſt ejuſdem Principis virtutes ac vitia recenſere.*

Iſaacus Caſaubonus notis ad Capitolini in Maximinis caput. 13. *Duo objiciuntur ſcriptori optimo: quod Alexandrum oderit, Maximino faverit. Unde colligi potuerit amor Herodiani in Maximinum, in ejus hiſtoria nihil invenio: at in Alexandrum odium ex narratione de bello Perſico & in Germanico ſine dubio Capitolinus collegit. Sic enim tota expeditionum illarum hiſtoria Herodiano texitur, ut gloriam nullam, ignominiam vero nonnullam ex utroque bello, maximè autem Perſico, Princeps alioquin laude digniſſimus reportârit. Et mirum ſanè eſt de bellicis ejus imperatoris rebus adeo non diverſa, ſed* ἐκ διαμέτρου, *quod aiunt, pugnantia Herodianum & Capitolinum ſcripſiſſe. Etſi autem amiſſis omnibus aliis Hiſtoricis, pro certo dici hodie non poteſt, utrius ſit narratio verior; ſuſpicor tamen Herodiano fieri à Capitolino injuriam: & quod in Alexandro non omnia laudet, in Maximino non omnia vituperet; libertate ſuâ & recto judicio uſum potius, quam vel odio, vel gratia fuiſſe corruptum.*

Gerardus Joannes Voſſius Lib. II. de Hiſtoricis Græcis, Cap. 15. *Veritati etiam ſtuduit, niſi quod fides ejus nutet in Alexandro & Maximino.*

Joannes Henricus Bœclerus in Herodianum, præfatione ad Lectorem: *Quod ſi quis utrumque velit comparare, Dio ſane amplitudine argumenti, copia expoſitionis, frequentia pragmaticæ informationis præcellere videbitur; ſed ſtyli terſiſſima & temperatiſſima venuſtas,* οἰκονομίας *hiſtoricæ concinnitas, ſententiarum opportunitas & elegantia, judicii civilis gravitas & æquabilitas, compoſitionis univerſæ competentia in Herodiano longè longeque eminebit.* Ibidem poſt quædam: *Quod nonnulli in rebus Alexandri & Maximini fidem ejus ſuſpectant, non magnis id videntur de cauſis facere, ſicut in notis oſtendimus.*

INDEX

INDEX RERUM.

FINIS.

ΗΡΩΔΙΑΝΟΥ

ΤΗΣ

Μετὰ ΜΑΡΚΟΝ Βασιλείας ἱστοριῶν

ΒΙΒΛΙΟΝ ΠΡΩΤΟΝ.

HERODIANI

HISTORIÆ

De Imperio Rom. Imperatorum post **MARCUM,**

LIBER PRIMUS.

ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ.

Οἱ πλεῖστοι τῶν περὶ συγκομιδὴν ἱστορίας ἀσχοληθέντων, ἐνίων τε πάλαι γεγονότων μνήμην ἀνανεώσασθαι σπουδασάντων, παιδείας κλέος ἀΐδιον μνώμενοι, ὅπως μὴ, σιωπήσαντες, λάθοιεν εἰς τὸν πολὺν ὅμιλον ἀριθμούμενοι, τῆς μὲν ἀληθείας ἐν ταῖς ἀφηγήσεσιν ὠλιγώρησαν, οὐχ ἥκιστα δὲ ἐπεμελήθησαν φράσεώς τε καὶ εὐφωνίας· θαῤῥοῦντες, ὡς εἴ τι καὶ μυθῶδες λέγοιεν, τὸ μὲν ἡδὺ τῆς ἀκροάσεως αὐτοὶ καρπώσονται, τὸ δ' ἀκριβὲς τῆς ἐξετάσεως οὐκ ἐλεγχθήσεται. εἰσὶ δ' οἱ πρὸς ἔχθραν ἢ μῖσος τυράννων, κολακείαν τε ἢ τιμὴν βασιλέων, πόλεως τε καὶ ἰδιωτῶν εὐτελῆ καὶ μικρὰ ἔργα, λόγων ἀρετῇ, δόξῃ παρέδωκαν τῆς

PROOEMIUM.

QUI res antiquas posteris prodiderunt, veteremque historiæ memoriam renovare literis studuerunt, ei magna ex parte, dum famam eruditionis affectant, nomenque suum conantur ab injuria oblivionis asserere, minus sane multam in veri pervestigatione, quam in exornanda componendaque oratione industriam posuerunt; rati scilicet, neque si quid in rebus à suo seculo remotissimis falsi proderetur, posse refelli, & se tamen suavitate narrationis amplissimum laboris ingeniique fructum percepturos. Alii vero privatis inimicitiis, tyrannorumque odio provecti, aut in laudes principum, civitatum, privatorumque hominum immodicis assentationibus effusi, tenues per se res atque humiles, scribendi tamen artificio longe supra

veri fidem sustulerunt. Ego vero contra, non quidem acceptam ab aliis, aut incognitam, aut testibus egentem historiam, sed eorum, qui legent, sensibus adhuc memoriæque inhærentem, summa vel fide, vel diligentia collectam, conscribendam suscepi: sperans haud injucundam fore posteritati earum rerum notitiam, quæ multæ sane atq; magnæ, haud ita longo tempore acciderunt. Nam si quis ab Augusto usq; principe omnem ætatem complectatur animo, cum scil. Romanorum potentia ad unius est arbitrium devoluta, ne annis quidem illis circiter ducentis (tot enim ferme ad Marci tempora numerantur) aut imperiorum tam diversas successiones reperiet, aut bellorum vel civilium vel externorum tam varios casus, atque eventus, in tot excitas gentes, tot urbes nostras barbarasque expugnatas, præterea terræ motus & pestilentias, vitas quoq; principum & tyrannorum adeo novas atque inauditas, ut nulla iis apud veteres consimilia exempla, aut certe quam paucissima inveniantur, quorum alii diuturnam, alii brevem potentiam obtinuerunt: nonnulli autem vix dum inito honore, imperatoresque duntaxat appellati, eodem illo quo susceperant die imperium amiserunt. Nam cum sexaginta annis plures quam pro tempore principes urbs Roma pertulerit, factum ex eo est, uti multæ sane variæque res atque admiratione dignæ exorirentur. Quippe ætate provecti principes, utpote rerum negotiorumque periti, diligentius se

ἀληθείας μείζονι. ἐγὼ δ' ἱστορίαν οὐ παρ' ἄλλων ἀποδεξάμενος ἄγνωστόν τε καὶ ἀμάρτυρον, ὑπὸ νεαρᾷ δὲ τῇ τῶν ἐντευξομένων μνήμῃ μετὰ πάσης ἀληθοῦς ἀκριβείας ἤθροισα ἐς συγγραφήν, οὐκ ἀτερπῆ τὴν γνῶσιν καὶ τοῖς ὕστερον ἔσεσθαι προσδοκήσας, ἔργων μεγάλων τε καὶ πολλῶν ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ γενομένων. εἰ γοῦν τις παραβάλλοι πάντα ἀπὸ τοῦ Σεβαστοῦ χρόνον, ἐξ οὗπερ ἡ Ῥωμαίων δυναστεία μετέπεσεν εἰς μοναρχίαν, οὐκ ἂν εὕροι ἐν ἔτεσι περί που διακοσίοις, μέχρι τῶν Μάρκου καιρῶν, οὔτε βασιλειῶν οὕτως ἐπαλλήλους διαδοχάς, οὔτε πολέμων ἐμφυλίων τε καὶ ξένων τύχας ποικίλας, ἐθνῶν τε κινήσεις, καὶ πόλεων ἁλώσεις, τῶν τε ἐν τῇ [1] ἡμεδαπῇ, καὶ ἐν πολλοῖς βαρβάροις· γῆς τε σεισμοὺς, καὶ ἀέρων φθορὰς, τυράννων τε καὶ βασιλέων βίους παραδόξους, πρότερον ἢ σπανίως ἢ μηδ' ὅλως μνημονευθέντας· ὧν οἱ μὲν [2] ἐπιμηκέστερον ἔσχον τὴν ἀρχήν, οἱ δὲ πρόσκαιρον τὴν δυναστείαν. εἰσὶ δ' οἳ μέχρι προσηγορίας καὶ τιμῆς ἐφημέρου μόνης ἐλθόντες, εὐθέως κατελύθησαν. μερισθεῖσα γὰρ ἡ Ῥωμαίων ἀρχὴ ἐν ἔτεσιν ἑξήκοντα εἰς πλείους δυναστείας, ἢ ὁ χρόνος ἀπῄτει, πολλὰ, καὶ ποικίλα ἤνεγκε καὶ θαύματος ἄξια. ὅσῳ γὰρ οἱ μὲν τὴν ἡλικίαν πρεσβύτεροι, τῇ ἐμπειρίᾳ τῶν πραγμάτων ἐπιμελέστερον ἑαυτῶν τε, καὶ

1 Sub γῆ. 2 Scribo cum Stephano ἐπιμηκεστέραν.

τῶν

τῶν ὑπηκόων ἦρξαν· οἱ δὲ κομιδῆ νέοι, ῥαθυμότερον βιώσαντες, πολλὰ ἐκαινοτόμησαν. διόπερ εἰκότως ἐν ἡλικίαις τε καὶ ἐξουσίαις διαφόροις, οὐχ ὅμοια γέγονε τὰ ἐπιτηδεύματα. ὡς δ' ἕκαστα τούτων πέπρακται κατὰ χρόνους καὶ δυναστείας, διηγήσομαι.

suosque regebant; contra adolescentes molliter atque indulgenter habiti, nova scilicet permulta designabant. Quo factum est, ut dispari ætate atque licentia, dispari quoque studia moresque sequerentur. Hæc quemadmodum gesta sint, temporum, ipsorum atque principum servato ordine perscribemus.

Breviarium Libri Primi.

Imperator Marcus, semel in Pannoniis, morbo correptus, solicitus ne filius ejus Commodus degeneraret, exemplo aliorum Principum, eum amicis & cognatis commendat, fatoque defungitur. Commodus, mortuo patre, paternum imperium sibi usurpat, recteque primum administrat: mox ab adulatoribus corruptus, infecto bello Pannonico, Romam remeare statuit, resistente frustra Pompeiano. Romam igitur reversus, magna gratulatione excipitur. Diis salutatis, senatuique gratiis actis, in aulam Palatinam se recipit. Perennium, avarissimum hominem, rebus imperii præficit, ipse deliciis ac flagitiis totum se dedit. Forma insigni præditus, studiis variis se exercuit, aurigando, bestias conficiendo, gladiatorio munere obeundo. Quin eo tandem dementiæ devenit, ut se Herculem Jovis filium appellari juberet, ac mensibus de se nominatis, statuas sibi passim erigi imperaret; mox mutato nomine, gladiatoris cujusdam mortui nomen & genus sibi adoptaret. Calamitates quæ illo tempore contigerunt, principi malo imputatæ sunt; ut pestilentia ingens, in qua ipse Laurentum secesserat, & fames, cujus Cleander coemtis frumentis auctor extiterat: item prodigia, & urbis ac templorum incendia. Insidias ei paravit prius Lucilla soror, deinde Perennius, posthæc Maternus, postremo Marcia concubina, cujus judicio & consiliis primum veneno, mox strangulatione Kalendis Januariis est occisus.

Τῷ βασιλεύοντι Μάρκῳ θυγατέρες μὲν ἐγένοντο πλείους,

Imperator Marcus filias quidem suscepit complures, mares au-

tem duos. Horum alter natu minor, adolescentulus admodum, fato est functus. Verissimo nomen fuit. Alterum vero Commodum nomine, magna diligentia, curaque pater educavit, accitis undique viris doctrina claris, maximaque proposita mercede, uti mores pro se quisque filii ingeniumque excolerent. Filias porro, quum adolevissent, optimis ex ordine senatorio viris collocavit. Neque enim qui longam generis seriem præferrent, aut qui opes nimias ostentarent, sed qui morum probitate, atque modestia, vitæque innocentia præcellerent, eos sibi generos deligendos putabat. Hæc enim sola animi bona certa esse, stabiliaque ducebat.

II. Virtutem nullam non magnopere exercuit, adeo literarum antiquitatis studiosus, ut nemini sit in eo genere Græcorum, Romanorumque secundus. Argumenta sunt permulta, quæ ab illo dicta atque conscripta ad nos usque pervenerunt.

III. Adeo vero civilem sese, & commodum omnibus principem præstabat, ut adeuntium cuivis dextram placide daret, neminemque à suis custodibus prohiberi aditu pateretur: solusque Imperatorum sapientiæ studium non verbis aut decretorum scientia, sed gravitate morum, vitæque continentia usurpavit. Quo factum est, ut magnum sapientium virorum proventum ætas illa extulerit. Solent enim

[1] ἄρρενας δὲ δύο. τῶν δὲ ἀρρένων τούτων ὁ μὲν ἕτερος κομιδῇ νέος τὸν βίον μετήλλαξε. Βηρίσσιμος δ' ἦν ὄνομα αὐτῷ. τὸν δὲ περιόντα Κόμμοδον καλούμενον, ὁ πατὴρ μετὰ πολλῆς ἐπιμελείας ἀνεθρέψατο, πάντοθεν τοὺς ἐν τοῖς ἔθνεσιν ἐπὶ λόγοις δοκιμωτάτους ἐπὶ συντάξεσιν οὐκ εὐκαταφρονήτοις καλῶν, ὅπως συνόντες ἀεὶ παιδεύοιεν αὐτῷ τὸν υἱόν· τάς τε θυγατέρας ἐν ὥρᾳ γενομένας ἐξέδοτο ἀνδράσι, τῆς συγκλήτου βουλῆς τοῖς ἀρίστοις, οὐ τοὺς γένους μακραῖς διαδοχαῖς εὐπατρίδας, οὐδὲ τοὺς πλούτου περιβολαῖς λαμπροὺς, κοσμίους δὲ τὸν τρόπον, καὶ σώφρονας τὸν βίον, γαμβροὺς αὐτῷ γενέσθαι θέλων. ταῦτα γὰρ μόνα ψυχῆς ἴδια, καὶ ἀναφαίρετα ἡγεῖτο κτήματα.

β'. Ἀρετῆς δὲ πάσης ἔμελεν αὐτῷ· λόγων τε ἀρχαιότητος ἦν ἐραστὴς, ὡς μηδενὸς μήτε Ῥωμαίων μήτε Ἑλλήνων ἀπολείπεσθαι. δηλοῖ δὲ ὅσα καὶ εἰς ἡμᾶς ἦλθεν, ἢ λεχθέντα πρὸς αὐτοῦ, ἢ γραφέντα.

γ'. Παρεῖχε δὲ καὶ τοῖς ἀρχομένοις ἑαυτὸν ἐπιεικῆ καὶ μέτριον βασιλέα· τούς τε προσιόντας δεξιούμενος, κωλύων τε τοὺς περὶ αὐτὸν δορυφόρους ἀποσοβεῖν τοὺς ἐντυγχάνοντας. μόνος τε βασιλέων φιλοσοφίαν οὐ λόγοις, οὐδὲ δογμάτων γνώσεσι, σεμνῷ δ' ἤθει, καὶ βίῳ σώφρονι [2] ἐπιστώσατο. πολύ τε πλῆθος ἀνδρῶν σοφῶν ἤνεγκεν ἡ τῶν ἐκείνου καιρῶν φορά. φιλεῖ γάρ πως ἀεὶ τὸ

1 Atqui, si Lampridio fides, alter erat Commodo frater, sc. Antonius geminus.

2 Expressius reddi potest, *confirmavit*.

ὑπήκοον,

ὑπήκοον, ζήλῳ τῆς τοῦ ἄρχοντος γνώμης βιοῦν.

δ'. Ὅσα μὲν οὖν ἐκείνῳ πέπρακται ἀνδρεῖα καὶ σώφρονα, στρατηγικὴν ἢ πολιτικὴν ἀρετὴν ἔχοντα, πρός τε τοὺς τὰ ἀρκτῷα τῆς γῆς ἔθνη βάρβαρα κατοικοῦντας, πρός τε τοὺς ὑπὸ ταῖς ἀνατολαῖς ποιουμένους τὸν βίον, πολλοῖς καὶ σοφοῖς ἀνδράσι συγγέγραπται. ἃ δὲ μετὰ τὴν Μάρκου τελευτὴν παρὰ πάντα τὸν ἐμαυτοῦ βίον εἶδόν τε καὶ ἤκουσα, ἔστι δ' ὧν καὶ πείρᾳ μετέσχον, ἐν βασιλικαῖς ἢ δημοσίαις ὑπηρεσίαις γενόμενος, ταῦτα συνέγραψα.

ε'. Γηραιὸν ὄντα Μάρκον, καὶ μὴ μόνον ὑφ' ἡλικίας, ἀλλὰ καμάτοις τε καὶ φροντίσι τετρυχωμένον, διατρίβοντά τε ἐν Παίοσι, νόσος χαλεπὴ καταλαμβάνει. ἐπεὶ δὲ αὐτὸς τὰς πρὸς σωτηρίαν ἐλπίδας φαύλας ἔχειν ὑπώπτευεν, ἑώρα τε τὸν παῖδα τῆς μειρακίων ἡλικίας ἀρχόμενον ἐπιβαίνειν, [1] δεδιὼς μὴ νεότης ἀκμάζουσα, καὶ ἐν ὀρφανίᾳ ἐξουσίαν αὐτοκράτορα καὶ ἀκώλυτον προσλαβοῦσα μαθημάτων μὲν καλῶν καὶ ἐπιτηδευμάτων [2] ἀφηνιάσῃ, μέθαις δὲ καὶ κραιπάλαις ἐπιδῷ ἑαυτήν. ῥᾷστα γὰρ αἱ τῶν νέων ψυχαὶ εἰς ἡδονὰς ἐξολισθαίνουσαι, ἀπὸ τῶν παιδείας καλῶν μετοχετεύονται.

ς'. Οἷα δὴ ἄνδρα πολυΐστορα μάλιστα ἐτάραττε μνήμη τῶν ἐν νεότητι βασιλείαν παραλαβόντων, τοῦτο

plerumque homines vitam principis æmulari.

IV. Quæcunque igitur ab illo modeste atque fortiter domi forisque sunt gesta, qualemque porro se adversus barbaras nationes septentrioni subjectas, solique orienti gesserit, ea sunt multorum doctissimorumque hominum comprehensa monimentis. Quæ verò post Marci obitum per universam ætatem visa mihi, auditaque sunt, nonnulla item in experiundo cognita, utpote in publicis officiis, principalibusque versato, ea nunc conscribenda suscepi.

V. Senem jam Marcum, neque ætate solum, sed laboribus multis curisque confectum, dum in Pannoniis ageret, gravissimus repente percussit morbus. Quare cum deploratam plane salutem suam sentiret, anxius videlicet agebat, ne filius, qui tum primam inierat adolescentiam, sive ætatis fervore nimio, sive licentia quadam summa quam in orbitate esset habiturus, bonis artibus studiisque relictis, ebrietati sese & crapulæ dederet. Quippe facilè ingenia adolescentium à recta honestaque disciplina ad luxum voluptatesque delabuntur.

VI. Terrebat insuper hominem minime imperitum, multorum memoria principum, qui juvenes imperium suscepissent :

1 Assentimur Stephano, qui aut verbum aliquod, ante δεδιὼς, intercidisse suspicitur, aut legendum censet ἐδεδίει.

2 Ne rejiceret, ut solent equi duri oris fræna excutere.

ut

ut Dionysii Siciliæ tyranni, cujus tanta fuit intemperantia victûs, ut novarum voluptatum inventores summis afficeret præmiis: ut item eorum qui Alexandro successerunt. Ita enim contumeliosè, violenterque dominati sunt, ut illius imperio grave dedecus conciliarunt. Siquidem Ptolemæus eo turpitudinis prolapsus est, ut contra Macedonum, atque adeo Græcorum omnium leges, etiam sororis amoribus implicaretur. Antigonus autem, quò Liberum per omnia repræsentaret, pro causia & diademate Macedonico hederam capiti circundare, thyrsumque pro sceptro gestare est solitus.

VII. Solicitabant animum senis recentia quoque exempla: ut Neronis ipsius, qui ne à materna quidem cæde abstinuerit, & se ridiculum populo spectaculum præbuerit. Ut item Domitiani, qui nihil sibi ad extremam crudelitatem reliqui fecerit. Has igitur tyrannidum imagines cum animo volutans, inter spem metumque agitabatur. Terrebat præterea illum Germaniæ vicina gens, quam nondum plane subjecerat, sed partim in societatem adsciverat, alios armis belloque edomuerat: nonnulli etiam ex iis

μὲν, Διονυσίου τοῦ Σικελιώτου τυράννου, ὃς ὑπὸ τῆς ἄγαν ἀκρασίας, ἡδονὰς ἐπὶ μεγίστοις μισθοῖς ἐθηρᾶτο· τοῦτο δὲ, αἱ τῶν Ἀλεξάνδρου διαδόχων εἰς τοὺς ὑπηκόους ὕβρεις τε καὶ βίαι, δι᾽ ὧν τὴν ἐκείνου ἀρχὴν κατῄσχυναν. Πτολεμαῖος μὲν, καὶ μέχρις ἀδελφῆς ἰδίας ἔρωτος προχωρήσας, [1] παρά τε τοὺς Μακεδόνων καὶ Ἑλλήνων νόμους· Ἀντίγονος δὲ Διόνυσον πάντα μιμούμενος, καὶ κιττὸν μὲν περιτιθεὶς τῇ κεφαλῇ ἀντὶ [2] καυσίας καὶ διαδήματος Μακεδονικοῦ, θύρσον δὲ ἀντὶ σκήπτρου φέρων.

ζʹ. Ἐπὶ δὲ καὶ μᾶλλον αὐτὸν ἐλύπει τὰ μὴ πρὸ πολλοῦ, ἀλλ᾽ ὑπόγυον ἔχοντα τὴν μνήμην, τά τε Νέρωνι πεπραγμένα, ὃς ἐχώρησε μέχρι μητρῴου φόνου, παρεῖχέ τε τοῖς δήμοις ἑαυτὸν καταγέλαστον θέαμα· τά τε Δομετιανῷ τετολμημένα, τῆς ἐσχάτης ὠμότητος οὐδὲν ἀπολείποντα. τοιαύτας δὴ τυραννίδος εἰκόνας ὑποτυπούμενος, ἐδεδίει τε καὶ ἤλπιζεν. οὐ μετρίως δ᾽ αὐτὸν ἐτάραττον καὶ οἱ Γερμανοὶ γειτνιῶντες, οὓς οὐδέπω πάντας ἐκεχείρωτο, ἀλλὰ τοὺς μὲν πειθοῖ ἐς συμμαχίαν προσηγάγετο, τῶν δὲ καὶ κρατήσας ἦν τοῖς ὅπλοις· ἦσαν δέ τινες,

1 Quæ tamen omnino vera non sunt, nisi distinctius rem perpendamus Contrarium enim colligi videtur è Cornelii Nepotis præfatione; *neque enim*, inquit ille, *Cimoni fuit turpe Atheniensium summo viro, sororem germanam habere in matrimonio.* Quod ut cum Herodiano consentiat, sororem ibi intelligit ὁμοπάτρειαν duntaxat, non vero, ut fit hic loci, ὁμομητρείαν. Quam conjecturam satis confirmat Aristophanis Scholiastes in Nubibus. Παρὰ Ἀθηναίοις, inquit, ἔξεστι γαμεῖν τὰς ἐκ τῶν πατέρων ἀδελφάς.

2 Καυσίαν Jul. Pollux πῖλον Μακεδονικὸν appellat, derivatum à καίω, uro, eò quod æstum solis arceat.

οἳ

οἱ διαδράντες πρὸς τὸ παρὸν ἀνακεχωρήκεσαν, δέει τῆς παρουσίας τοῦ βασιλέως. ὑπώπτευεν οὖν, μὴ τῆς ἡλικίας τοῦ μειρακίου καταφρονήσαντες ἐπιθῶνται αὐτῷ. ἐρᾷ γὰρ τὸ βάρβαρον, καὶ ἐπὶ ταῖς τυχούσαις ἀφορμαῖς ῥᾷστα κινεῖσθαι. κυμαινούσαις οὖν ἔχων τοσαύταις φροντίσι τὴν ψυχὴν, συγκαλέσας τοὺς φίλους, ὅσοι τε παρῆσαν τῶν συγγενῶν, καὶ τὸν παῖδα παραστησάμενος, ἐπειδὴ πάντες συνῆλθον, ἡσυχῇ τοῦ σκίμποδος κουφίσας ἑαυτὸν τοιούτων λόγων ἤρξατο.

Δημηγορία τοῦ βασιλέως Μάρκου.

η'. Ἀχθεσθαι μὲν ὑμᾶς, ἐφ' οἷς ὁρᾶτέ με διακείμενον, θαυμαστὸν οὐδέν· φύσει τε γὰρ τὸ ἀνθρώπινον ἐλεεινὸν, ἐν ταῖς τῶν ὁμοφύλων συμφοραῖς· τά τε δεινὰ ὑπ' ὄψιν πεσόντα, οἶκτον προκαλεῖται μείζονα. ἐμοὶ δέ τε καὶ πλέον ὑπάρχειν παρ' ὑμῶν οἴομαι· ἐκ γὰρ ὧν αὐτὸς διάκειμαι πρὸς ὑμᾶς, ἀμοιβαίαν εὔνοιαν εἰκότως ἤλπικα. νῦν δὲ καιρὸς εὔκαιρος, ἐμοί τε αἰσθέσθαι, μὴ μάτην πρὸς ὑμᾶς τοσούτου χρόνου τιμήν τε καὶ σπουδὴν κατατεθεῖσθαι· ὑμῖν τε ἀποδοῦναι χάριν, δείξασιν ὅτι ὑπὲρ ὧν ἐτύχετε, οὐκ ἀμνημονεῖτε. ὁρᾶτε δή μοι τὸν υἱὸν, ὃν αὐτοὶ ἀνεθρέψατε, ἄρτι τῆς μειρακίων ἡλικίας ἐπιβαίνοντα, καὶ δεόμενον ὥσπερ ἐν χειμῶνι καὶ ζάλῃ, τῶν κυβερνησάντων, μή ποι φερόμενος ὑπ' ἀτελοῦς τῆς τῶν δεόντων ἐμπειρίας, εἰς φαῦλα ἐπιτηδεύματα προσαραχθῇ. γένεσθε δὴ οὖν αὐτῷ ὑμεῖς ἀνθ' ἑνὸς ἐμοῦ, πατέρες

effugerant; metuque principis in præsens continebantur. Quare dubitabat, ne despecta mox filii ætate arma resumerent quippe barbaris mos, quamlibet levibus momentis aut causis impelli. His igitur curarum fluctibus æstuans, amicos propinquosque omnes, quotquot aderant convocari jubet. Qui postquam convenerunt, constituto in eorum conspectu adolescente filio, paulumque se è grabato sublevans, hujuscemodi habuit orationem.

Marci Imperatoris concio.

VIII. Dolere vos atque angi cum ita me affectum contemplamini, minime mirandum. Quippe humanum est humanis casibus ingemiscere: multoque magis misericordiam provocant, quæ oculis usurpamus. Cæterum peculiaris vobiscum nostra ratio est. Nam de mei erga vos animi conscientia, mutuam spero à vobis quasi meo jure benevolentiam. Nunc autem illud incidit, cum & mihi sit judicium faciundum, frustráne vobis honorem tamdiu habuerim, studiumque omne meum lubens detulerim: & vobis referenda gratia ostendendum, non esse eorum quæ accepe ritis immemores. Videtis filium, quem ipsemet educastis, primas nunc adolescentiæ metas ingredientem, quasique in salo atque in fluctu vitæ, gubernatoribus indigentem: ne rerum imperitia de recto quasi cursu ablatus, malis artibus impingat. Este igitur vos illi pro me uno multi

parentes,

parentes, excolendo scilicet, atque optima suggerendo.

Neque enim aut pecuniæ vis tyrannidis luxuriam explere, aut stipantia satellitum agmina tueri principem possunt, nisi illi ipsi quos reges, animum imperanti benevolentiamque accommodent. Quippe ii demum diu tutóque imperant, qui non metum ex crudelitate, sed amorem ex bonitate civium suorum animis instillant. Neque enim quos servire necessitas coegit, sed quos obtemperare sua quemque voluntas adegit, ii sunt in agendo patiendoque à suspicione omni, assentationeque vacui: nunquamque imperia detrectant, nisi violenter contumelioseque sunt habiti. Est autem difficile, in maxima licentia moderari sibi, quasique frænos imponere cupiditatibus. Quod si bene vivendi autores illi fueritis, & quæ nunc coram audit, identidem admonueritis, una opera & ipsum vobis reliquisque omnibus optimum principem reddetis, & memoriam nostram demerebimini, quam scilicet immortalem hac una ratione poteritis efficere.

IX. Talia dicentem Marcum ita repente animus defecit, ut statim conticesceret, ac languore nimio supinus in lectulum relaberetur. Tanta autem quicunque aderant, miseratio invasit, ut ex iis nonnulli præ dolore parum animi compotes clamorem extollerent. Sed ille cum diem unum dun-

πολλοὶ προτρέποντές τε, καὶ τὰ ἄριστα συμβουλεύοντες.

Οὔτε γὰρ χρημάτων πλῆθος οὐδὲν αὐταρκὲς πρὸς τυραννίδος ἀκρασίαν, οὔτε δορυφόρων φρουρὰ ἱκανὴ ῥύεσθαι τὸν ἄρχοντα, εἰ μὴ προϋπάρχοι ἡ τῶν ὑπηκόων εὔνοια. μάλιστα δὲ ἐκεῖνοι εἰς ἀρχῆς μῆκος ἀκινδύνως ἤλασαν, ὅσοι μὴ φόβον ἐξ ὠμότητος, πόθον δὲ τῆς αὐτῶν χρηστότητος, ταῖς τῶν ἀρχομένων ψυχαῖς ἐνέσταξαν. οὐ γὰρ οἱ ἐξ ἀνάγκης δουλεύοντες, ἀλλ' οἱ μετὰ πειθοῦς ὑπακούοντες, ἀνύποπτοι, καὶ ἔξω κολακείας προσποιήτου δρῶντές τε καὶ πάσχοντες διατελοῦσιν, οὐδέποτε ἀφηνιάζουσιν, ἢν μὴ βίᾳ καὶ ὕβρει [1] ἐπὶ τοῦτο ἀχθῶσι. χαλεπὸν δὲ μετρῆσαί τε, καὶ ὅρον ἐπιθεῖναι ἐπιθυμίαις, ὑπηρετούσης ἐξουσίας. τοιαῦτα δὲ συμβουλεύοντες αὐτῷ, καὶ ὧν ἀκούει παρὼν ὑπομιμνήσκοντες, ὑμῖν τε αὐτοῖς καὶ πᾶσιν ἄριστον ἀποδείξετε βασιλέα, τῇ τε ἐμῇ μνήμῃ χαριεῖσθε τὰ μέγιστα, οὕτω τε μόνως ἀΐδιον αὐτὴν ποιῆσαι δυνήσεσθε.

θ'. Τοσαῦτα εἰπόντα τὸν Μάρκον, ἐπιπεσοῦσα λειποθυμία κατεσίγασεν. ὑπὸ δὲ ἀσθενίας καὶ ἀθυμίας αὖθις ὑπτίαζεν. οἶκτος δὲ πάντας ἐλάμβανε τοὺς παρόντας, ὡς μηδὲ κατασχόντας τινὰς αὐτῶν εἰς οἰμωγὴν ἀναβοῆσαι. ὁ μὲν οὖν νυκτός τε καὶ ἡ-

1 Ἐπὶ τοῦτο. Stephanus scil. τὸ ἀφηνιάζειν.

μέρας

μέρας ἐπιβιώσας μιᾶς, ἀνεπαύσατο, πόθον τε τοῖς καθ' αὐτὸν ἀνθρώποις ἐγκαταλιπὼν, ἀρετῆς ἀΐδιον μνήμην εἰς τὸν ἐσόμενον αἰῶνα. τελευτήσαντος δὲ Μάρκου, ἐπειδὴ διεφοίτησεν ἡ φήμη, πᾶν τε τὸ παρὸν στρατιωτικὸν, καὶ τὸ δημῶδες πλῆθος ὁμοίως πένθει κατείχετο· οὐδέ τις ἦν ἀνθρώπων τῶν ὑπὸ τὴν Ρωμαίων ἀρχὴν, ὃς ἀδακρυτὶ τοιαύτην ἀγγελείαν ἐδέχετο· πάντες δ' ὥσπερ ἐκ μιᾶς φωνῆς, οἱ μὲν πατέρα χρηστὸν, οἱ δ' ἀγαθὸν βασιλέα, γενναῖον δὲ ἕτεροι στρατηγὸν, οἱ δὲ σώφρονα καὶ κόσμιον ἄρχοντα ἀνεκάλουν, καὶ οὐδεὶς ἐψεύδετο.

ι'. Ολίγων δὲ διελθουσῶν ἡμερῶν, ἐν ὅσαις περὶ τὴν κηδείαν τοῦ πατρὸς τὸν υἱὸν [1] ἀπησχόλουν, ἔδοξε τοῖς φίλοις προσαγαγεῖν τὸ μειράκιον εἰς τὸ στρατόπεδον, ὡς διαλεχθείη τε τοῖς στρατιώταις, καὶ χρήματα δωρησάμενον, ὡς ἔθος ἐπὶ τοῖς βασιλείαν διαδεχομένοις, μεγαλόφρονι ἐπιδόσει οἰκειώσηται τὸ στράτευμα. παρηγγέλθη τε δὴ πᾶσιν ἐλθεῖν εἰς τὸ εἰωθὸς πεδίον [2] αὐτοὺς ὑποδέχεσθαι. προελθὼν δὲ ὁ Κόμμοδος, τάς τε βασιλείους θυσίας ἐπετέλει· καὶ βήματος αὐτῷ εἰς ὕψος ἀρθέντος ἐν μέσῳ τῷ στρατοπέδῳ, ἀνελθὼν ἐπ' αὐτὸ, καὶ περιστησάμενος τοὺς πατρῴους φίλους (πολλοὶ δὲ καὶ λόγιοι παρῆσαν αὐτῷ) ἔλεξε τοιάδε.

taxat, noctemque supervixisset, fato est functus: sic ut magnum sui desiderium ejus ætatis mortalibus, posteris verò etiam virtutis memoriam reliquerit sempiternam. Postquam vero illius mortem fama vulgavit, incredibilis repente exercitum ipsum, plebemque adeo omnem luctus occupavit. Neque ulli sane Romanæ ditionis mortales fuerunt, qui non ejuscemodi nuncium multis lachrymis exceperint; omnesque velut una voce, alii parentem probum, alii bonum imperatorem, quidam fortissimum ducem, nonnulli etiam continentem & moderatum principem vocitabant. Neque sane quisquam falsus habebatur.

X. Paucis autem post diebus, celebrato jam funere, visum amicis est adolescentem adducere ad exercitum, ut & milites alloqueretur, & (qui novis imperatoribus mos est) pecuniis elargiendis, velut autoramento quodam, illorum sibi animos adjungeret. Edictum itaque omnibus, ut in campum de more adessent frequentes. Cum itaque processisset Commodus, ac rem divinam fecisset, erectumque ad hoc ipsum mediis castris tribunal conscendisset: paternis amicis, qui multi sanè doctissimique viri aderant, circumstantibus, ad hunc ferme modum verba fecit.

1 Occupabant, quod verbum Politianus non reddidit.

2 Suadet textus reponendum [αὐτὴν] intelligit enim τὴν ἐπίδοσιν.

Commodi concio.

XI. Communem mihi esse vobiscum hujus mœrorem calamitatis, neque vos aliter quam me ipsum affectos esse, planissime persuasum habeo. Neque enim ego superstite parente ipso meo, superiorem me vobis unquam gessi. Nam ille ita nos universos ut unum aliquem diligebat, lubentiusque me commilitonem quam filium vocitabat. Quippe hanc naturæ appellationem, illam vero virtutis communicationem existimabat. Quin infantem sæpe me in ulnis gestans, vobis dabat in manus, quasique vestræ mandabat fidei. Quapropter minime dubito, quin mihi omnem sitis benevolentiam exhibituri: cum pro alumno me majores natu habere debeant, ipsos autem æquales condiscipulos armorum jure appellaverim; siquidem ita nos universos ut unum aliquem pater diligebat, omnique virtutum studio ac bonis artibus curabat instituendos. Nunc me post illum vobis fortuna principem dedit, non quidem asciticium, quales ante me fuerunt: neque velut acquisito imperio gloriantem. Quippe unus ego vobis natus educatusque in aula: privatisque intactum cunabulis, statim me ut ex alvo prodieram, Imperatoria purpura suscepit, simulque sol hominem me vidit & principem. Hæc cum animis vestris reputantes, jure principem colite non datum vobis, sed natum. Nam pater quidem jam in cœlum evectus, consors est consessorque deorum. Nobis autem

Δημηγορεία Κομμόδου.

ια'. Κοινὴν εἶναί μοι πρὸς ὑμᾶς τὴν ἐπὶ τοῖς καταλαβοῦσιν ἀλγηδόνα, καὶ μηδέν τι ἧττον ὑμᾶς ἐμοῦ δυσφορεῖν, ἐμαυτὸν ἀκριβῶς πέπεικα. οὐδὲ γὰρ περιόντος μοι τοῦ πατρὸς, πλεονεκτεῖν ὑμῶν ἠξίουν. ἐκεῖνος γὰρ πάντας ἡμᾶς ὡς ἕνα ἠγάπα. ἔχαιρεν οὖν μᾶλλον συστρατιώτην με, ἢ υἱὸν καλῶν. τὴν μὲν γὰρ προσηγορείαν ἡγεῖτο φύσεως, τὴν δ' ἀρετῆς κοινωνίαν. φέρων τέ με πολλάκις νήπιον ὄντα, ταῖς ὑμετέραις ἐνεχείρισε πίστεσι. διόπερ καὶ ῥᾷστα πάσης εὐνοίας μεθέξειν πρὸς ὑμῶν ἤλπικα, τῶν μὲν πρεσβυτέρων τροφεῖά μοι ταῦτα ὀφειλόντων, τοὺς δ' ἡλικιώτας εἰκότως ἂν καὶ συμφοιτητὰς τῶν ἐν ὅπλοις ἔργων ἀποκαλοίην· πάντας γὰρ ὑμᾶς ὡς ἕνα ὁ πατὴρ ἐφίλει τε, καὶ πᾶσαν ἀρετὴν ἐπαίδευεν. ἔδωκε δὲ μετ' ἐκεῖνον ἐμὲ βασιλέα ἡ τύχη, οὐκ ἐπείσακτον, ὥσπερ οἱ πρὸ ἐμοῦ προσκτήτῳ σεμνυνόμενοι ἀρχῇ, ἀλλὰ μόνος τε ὑμῖν ἐγὼ ἐν τοῖς βασιλείοις ἀπεκυήθην· καὶ μὴ πειραθέντα με ἰδιωτικῶν σπαργάνων, ἅμα τῷ τῆς γαστρὸς προελθεῖν ἡ βασίλειος ὑπεδέξατο πορφυρὶς, ὁμοῦ δέ με εἶδεν ἥλιος ἄνθρωπον καὶ βασιλέα. εἰκότως ἂν οὖν ταῦτα λογιζόμενοι, στέργοιτε οὐ δοθέντα ὑμῖν, ἀλλὰ γεννηθέντα αὐτοκράτορα. ὁ μὲν γὰρ πατὴρ εἰς οὐρανὸν ἀναπτὰς ὀπαδὸς ἤδη καὶ σύνεδρος ἐστι θεῶν. ἡμῖν δὲ χρὴ μέλειν τῶν ἐν ἀνθρώ-

ποις,

ποις, καὶ τὰ ἐπὶ γῆς διοικεῖν· κατορθοῦν δὲ αὐτὰ καὶ βιβαιοῦν, ὑμέτερον ἔργον, εἴ τά τε τοῦ πολέμου λείψανα μετὰ πάσης ἀνδρείας ἀπαλείψοιτε, καὶ τὴν Ῥωμαίων ἀρχὴν μέχρις Ὠκεανοῦ προαγάγοιτε. ὑμῖν τε γὰρ ταῦτα δόξαν οἴσει, καὶ τὴν τοῦ κοινοῦ πατρὸς μνήμην, χάρισιν ἀξίαις οὕτως ἀμείψεσθε, ὃν ἐπακούειν τε τῶν λεγομένων, καὶ τὰ πραττόμενα ἐφορᾶν ἡγεῖσθε. εὐδαιμονοίημεν δ' ἂν τὰ δέοντα πράττοντες ὑπὸ τοιούτῳ μάρτυρι. καὶ τὰ μὲν πρότερον ὑμῖν ἀνδρείως κατορθωθέντα, εἰς τὴν ἐκείνου σοφίαν τε καὶ στρατηγίαν, τὴν ἀναφορὰν ἔχειν· ὅσα δ' ἂν σὺν ἐμοὶ βασιλεῖ νέῳ προθύμως ἐπιδείξησθε, τούτων τὴν δόξαν πίστεως τε ἀγαθῆς καὶ ἀνδρείας ἀποίσεσθε. τό, τε ἐν ἡμῖν νέον σεμνότητος πληρώσετε, τῇ τῶν ὑμετέρων ἔργων ἀνδραγαθίᾳ, τό τε βάρβαρον ἐν ἀρχῇ νέας ἡγεμονίας κωλυθέν, οὔτε εἰς τὸ παρὸν καταθαρσήσει, τῆς ἡλικίας καταφρονῆσαι, τά τε μέλλοντα φοβήσεται, δέει τῶν πεπειραμένων. Τοσαῦτα ὁ Κόμμοδος εἰπών, καὶ μεγαλόφροσι δωρεαῖς χρημάτων οἰκειωσάμενος τὸ στρατιωτικόν, εἰς τὴν βασίλειον ἐπανῆλθεν αὐλήν.

ιβ'. Ὀλίγου μὲν οὖν τινος χρόνου, πάντα ἐπράττετο τῇ γνώμῃ τῶν πατρῴων φίλων. οἳ πανημέριοι συνῆσαν αὐτῷ, τὰ βέλτιστα συμβουλεύοντες, καὶ τοσοῦτον ἐνδιδόντες χρόνον, ὅσον ἐνόμιζον αὐταρκῆ πρὸς

orbis terrarum gubernacula, rerumque humanarum cura incumbit. Quæ quos ſucceſſus, quantaſque habituræ ſint vires, in veſtra manu eſt. Si enim belli reliquias fortiter deleveritis, & imperii Romani terminos ad Oceanum uſque promoveritis, cum ipſi vobis ingentem gloriam comparabitis, tum communis parentis memoriæ debitam gratiam referetis. Atque eum quidem exaudire quæ dicimus, & intueri præſentem quæ gerimus, credite. Nos autem feliciſſimos qui benefactorum noſtrorum teſtem ejuſcemodi ſimus habituri. Quæ igitur ad hanc diem fortiſſime proſperrimeque geſſiſtis, illius ſcilicet ſapientiæ gubernationique tribuuntur. Quæ autem mecum, hoc eſt cum juvene Imperatore veſtro præclare feceritis, ea ſunt vobis ipſis quaſi peculiarem cum fidei tum virtutis claritudinem paritura. Quocirca & ætati meæ rebus ſtrenue gerendis autoritatem conciliabitis; & barbara gens initio novi principatus repreſſa, neque in præſens contemptu ætatis noſtræ ſe efferet audacius: & ſuis nunc edocta periculis, metu deinceps perpetuo coërcebitur. His dictis, pecuniam magna copia elargitus, ut ſibi animos militum fidos faceret, in aulam reverſus eſt.

XII. Igitur breve ſane ad tempus omnia paternis amicis autoribus gerebantur. Qui aſſiduitate, prudentique conſilio nullo loco deerant: tantum ei tribuentes laxamenti, quantum ſatis eſſe ad tuendam corporis vale-

tudinem arbitrabantur. Paulatim deinceps irrepſere nonnulli ex aulico famulitio, qui ſibi ad corrumpendam juvenis Imperatoris indolem nihil facerent reliqui. Quippe menſarii adulatores, qui ventre atque obſcœnis voluptatibus felicitatem metiebantur, identidem illum urbis deliciarum admonebant: & nunc quæ illic viſu audituque jucunda forent commemorabant, nunc rerum omnium copiam atque affluentiam ferebant laudibus. Ad hæc ripas Hiſtri, ut omni tempore incommodas, vituperabant; quæ neque pomiferos haberent frutices, & perpetuis rigoribus nubibuſque obtinerentur. Nunquamne Imperator, aiebant, concretam gelu atque effoſſam potare aquam deſines? Alii calidis fontibus rivorumque fluentium frigore, auriſque & cœlo illo fruentur Italiæ peculiari? Tali ſcilicet illecebrarum mentione, facilè adoleſcentis animum voluptatum cupidinibus incenderunt.

XIII. Itaque ſtatim convocatis amicis, teneri ſe patriæ deſiderio non diſſimulavit: cauſas tamen tam repentinæ mutationis fateri veritus, ſolicitum ſe aiebat eſſe, nequis opulens ex nobilitate domum occuparet principis. Dein collectis viribus quaſi ex munitiſſima arce ſummam ſibi rerum vindicaret, poſſe ex populo ſatis magnam vim delectorum juvenum conflari.

XIV. Talia cauſante illo, reliquis metu defixis, terramque tacito vultu mœſtoque intuen-

σώφρονα τοῦ σώματος ἐπιμέλειαν. παρεισδυόντες δέ τινες τῶν ἐπὶ τῆς αὐλῆς οἰκετῶν, διαφθείρειν ἐπειρῶντο νέον ἦθος βασιλέως, ὅσοί τε κόλακες τραπέζης καὶ τὸ εὔδαιμον γαστρὶ, καὶ τοῖς αἰσχίστοις μετροῦσιν, ὑπομιμνήσκοντες αὐτὸν τῆς ἐν Ῥώμῃ τρυφῆς, θεάματά τε καὶ ἀκούσματα τερπνὰ διηγούμενοι, τήν τε τῶν ἐπιτηδείων δαψίλειαν καταριθμοῦντες· διαβάλλοντές τε πᾶσαν τὴν ἐπὶ ταῖς ὄχθαις τοῦ Ἴστρου ὥραν, μήτε ὀπώρας εὔφορον, κρυεράν τε ἀεὶ, καὶ συννεφῆ. οὐ παύσῃ δὲ ἔλεγον, ὦ δέσποτα, πηγνύμενόν τε καὶ ὀρυττόμενον πίνων ὕδωρ; ἄλλοι δὲ ἀπολαύουσι πηγῶν τε θερμῶν, καὶ ψυχροῦ νάματος, ἀτμίδων τε καὶ ἀέρων ὧν Ἰταλία μόνη εὔφορος; τοιαῦτα δή τινα τῷ μειρακίῳ ὑποτυπούμενοι, ἤγειρον αὐτοῦ τὰς ὀρέξεις εἰς τὴν ἡδονῶν ἐπιθυμίαν.

ιγʹ. Αἰφνιδίως δὲ καλέσας τοὺς φίλους, ποθεῖν ἔλεγε τὴν πατρίδα. ὁμολογεῖν μὲν τὰς αἰτίας τῆς αἰφνιδίου ὁρμῆς αἰδούμενος, δεδιέναι προσεποιεῖτο, μήτις ἐκεῖσε προκαταλάβοι τὴν βασίλειον ἑστίαν τῶν εὐπατριδῶν πλουσίων. εἶθ' ὥσπερ ἐξ ὀχυρᾶς ἀκροπόλεως, δύναμιν καὶ περιβολὴν συγκροτήσας ἐπιθῆται τῇ ἀρχῇ· αὐτάρκης δὲ ὁ δῆμος χορηγῆσαι πλῆθος ἐπιλέκτων νεανιῶν.

ιδʹ. Τοιαῦτά τινα προφασιζομένου τοῦ μειρακίου, οἱ μὲν ἄλλοι συνεστάλησάν τε τὴν ψυχὴν, καὶ σκυθρωποὺς

ἐςτ

τῇ ὄψεσιν εἰς τὴν ἔνδοσιν. Πομπηϊανὸς δὲ, ὃς πρεσβύτατός τε ἦν ἁπάντων, καὶ κατ᾽ ἐπιγαμίαν προσήκων αὐτῷ (συνῴκει γὰρ τῇ πρεσβυτάτῃ τῶν ἀδελφῶν τοῦ Κομμόδου) ποθεῖν μὲν σε, ἔφη, τέκνον καὶ δέσποτα, τὴν πατρίδα, εἰκός· καὶ γὰρ αὐτοὶ τῶν οἴκοι ὁμοίᾳ ἐπιθυμίᾳ ἑαλώκαμεν. ἀλλὰ τὰ ἐνταῦθα προὐργιαίτερα ὄντα, καὶ μᾶλλον ἐπείγοντα, ἀπέχει τὴν ἐπιθυμίαν. τῶν μὲν γὰρ ἐκεῖσε, καὶ ὕστερον ἐπὶ πλεῖστον αἰῶνα ἀπολαύσεις, ἐκεῖ τε ἡ Ῥώμη, ὅπου ποτ᾽ ἂν ὁ βασιλεὺς ᾖ. τὸν δὲ πόλεμον ἀτελῆ καταλιπεῖν, μετὰ τοῦ ἀπρεποῦς, καὶ ἐπισφαλές. θάρσος γὰρ ἐμβαλοῦμεν τοῖς βαρβάροις, οὐκ ἐπανόδου πόθον, ἀλλὰ φυγὴν καὶ δέος ἡμῶν καταγνοῦσι. καλὸν δέ σοι χειρωσαμένῳ πάντας αὐτοὺς, καὶ τὴν ὑπὸ τῇ ἄρκτῳ ἀρχὴν ὠκεανῷ ὁρίσαντα, ἐπανελθεῖν οἴκαδε, θριαμβεύοντί τε καὶ δεσμίους ἀπάγοντι καὶ αἰχμαλώτους βασιλεῖς τε καὶ σατράπας βαρβάρους. τούτοις γὰρ καὶ οἱ πρὸ σοῦ Ῥωμαῖοι μεγάλοι τε καὶ ἔνδοξοι γεγόνασι. δεδιέναι δέ σε οὐ χρὴ, μή τις ἐκεῖ τοῖς πράγμασιν ἐπιθῆται. οἵ τε γὰρ ἄριστοι τῆς βουλῆς, ἐνταῦθα σὺν σοὶ, ἥ τε στρατιωτικὴ δύναμις, παροῦσα πᾶσα, τῆς σῆς ἀρχῆς προασπίζει· ταμεῖά τε χρημάτων βασιλικῶν ἐνταῦθα πάντα. ἥ τε τοῦ πατρὸς μνήμη αἰώνιόν σοι πίστιν καὶ εὔνοιαν παρὰ τῶν ἀρχόντων ἐβεβαίωσε.

tibus, ſurgens Pompeianus, qui & ætate reliquos anteibat, & Commodi ſororem natu maximam in matrimonium habebat: Teneri te, inquit, ô fili & Domine, patriæ deſiderio minime mirandum. Quippe eadem nos quoque rerum domeſticarum cupido ſolicitat: ſed ei tamen reſiſtimus, quoniam priores partes agunt, magiſque incumbunt nobis, quæ hic expedienda ſuperſunt. Nam illis quidem vel in poſterum diutius perfruêris. Roma autem illic eſt, ubi Imperator eſt. Cæterum, bellum relinquere inchoatum præterquam quod indecorum videtur, etiam periculoſum eſt. Quippe audaciam barbaris injicimus: neque enim remeandi cupiditate deceſſiſſe nos, ſed aufugiſſe metu perculſos arbitrabuntur. Tibi autem quam fuerit pulchrum, devictis hoſtibus, atque imperii finibus ad Oceanum uſque propagatis, redire in urbem triumphanti, vinctoſque & captivos præteragenti reges, ſatrapaſque barbaros. His artibus, prioribus ſeculis Romani homines, magni atque illuſtres evaſerunt. Nihil eſt autem quod vereare, ne quà illic res tuæ periclitentur. Nam & optimus quiſque ſenator tecum hic eſt, & exercitus univerſus tuum coràm propugnat imperium. Quin ærarium quoque principalis pecuniæ nobiſcum eſt omne. Ad hæc, patris tui memoria æternam tibi apud poteſtates quaſlibet fidem atque benevolentiam roboravit.

XV.

XV. Cum ad hunc modum potiora ſuadens Pompeianus locutus eſſet, paulum modo in præſens conatus adoleſcentis repreſſit: qui reveritus ſenis dicta, cum nihil haberet quod ſaltem honeſtum ſpecie reſponderet, conſilium dimiſit, diligentius affirmans conſideraturum. Dein vero miniſtris illius magis magiſque inſtantibus, nihil jam ad amicos retulit: ſed datis Romam literis, ac præpoſitis quos viſum eſſet tuendæ Hiſtri ripæ, & barbarorum inſultibus coërcendis, profectionem continuè edicit. Illi igitur demandata ſibi munia obeuntes, haud ita longo tempore multos armis barbaros ſubegerunt, quoſdam autem ex iis magnis præmiis in amicitiam ſibi adjunxerunt. Quod quidem haud difficile factu fuit: quippe barbari ſuapte natura pecuniæ avidi, periculorum deſpicientes, aut incurſibus populationibuſque victum parant, aut propoſita mercede venalem pacem habent. Quod intelligens Commodus, ut pecunia qua maxime abundabat, ſecuritatem redimeret, nihil videlicet petentibus denegabat.

XVI. Ubi autem dedita profectionis fama per exercitum eſt, ingens repente totis caſtris motus extitit, nullo non redire Romam cupiente, relictoque hoſtili ſolo urbanas affectante delicias. Poſtea vero quam fama ac nunciis vulgatum eſt, reverti in urbem prin-

ιε'. Τοιαῦτά τινα εἰς προτροπὴν, καὶ τὴν πρὸς τὰ κρείττονα ὁρμὴν ὁ Πομπηϊανὸς εἰπὼν, διέτρεψε πρὸς ὀλίγον τὸ μειράκιον· αἰδεσθεὶς γὰρ ὁ Κόμμοδος τὰ λεχθέντα, οὐδέν τι οἷός τε ὢν εὐλόγως ἀποκρίνασθαι, τοὺς φίλους ἀπεπέμψατο, φήσας ἀκριβέστερον καθ' αὑτὸν ἐπισκέψασθαι τὸ πρακτέον. ἐγκειμένων δὲ τῶν περὶ αὐτὸν θεραπόντων, οὐκέτι μὲν τοῖς φίλοις οὐδὲν ἐκοινώσατο. ἐκπέμψας δὲ γράμματα, καὶ διανείμας, οἷς ἐδοκίμασε, τῆς ὄχθης τοῦ Ἴστρου τὴν πρόνοιαν, προστάξας τε αὐτοῖς ἀνέχειν τὰς τῶν βαρβάρων ἐπιδρομὰς, ἐπαγγέλλει τὴν ἔξοδον· οἱ μὲν οὖν διώκουν τὰ ἐγκεχειρισμένα, οἳ καὶ οὐ πολλῷ χρόνῳ πλείστους τῶν βαρβάρων ἐχειρώσαντο· τοὺς δὲ ἐπὶ μεγάλαις συντάξεσιν, ἐς φιλίαν ἐπηγάγοντο, ῥᾷστα πείσαντες, φύσει γὰρ τὸ βάρβαρον φιλοχρήματον. καὶ κινδύνων καταφρονήσαντες, ἢ δι' ἐπιδρομῆς καὶ ἐφόδου τὸ χρειῶδες πρὸς τὸν βίον ποείζονται, ἢ μεγάλων μισθῶν τὴν εἰρήνην ἀντικαταλλάσσονται· ἅπερ ὁ Κόμμοδος εἰδὼς, καὶ τὸ ἀμέριμνον ὠνούμενος, ἀφειδῶς τε ἔχων χρημάτων, πάντα ἐδίδου τὰ αἰτούμενα.

ις'. Τῆς δὲ ἐξόδου διαγγελθείσης, κίνησις δὴ μεγίστη καταλαμβάνει τὸ στρατόπεδον. καὶ πάντες αὐτῷ συναπελθεῖν ἤθελον, ὡς ἀπαλλαγεῖεν μὲν τῆς ἐν τῇ πολεμίᾳ διατριβῆς, ἀπολαύσειαν δὲ τῆς ἐν Ῥώμῃ τρυφῆς. ἐπειδὴ δὲ διεφοίτησεν ἡ φήμη, ἄγγελοί τε ἧκον κηρύττοντες τὴν τοῦ βασιλέως

σιλέως ἄφιξιν, ὑπερήρθη τε ὁ Ῥωμαίων δῆμος, καὶ χρηστὰς εἶχεν ἐλπίδας, νέου αὐτοκράτορος ἐπιδημίᾳ, [1] πατρῴζειν τὸ μειράκιον ἡγούμενοι. ἀνύσας δὲ τὴν ὁδοιπορίαν ὁ Κόμμοδος μετὰ νεανικῆς σπουδῆς, καὶ διαδραμὼν τὰς ἐν μέσῳ πόλεις, ὑποδεχθείς τε πανταχοῦ βασιλικῶς, καὶ δήμοις ἑορτάζουσιν ἐπιφανείς, ἀσπαστός τε καὶ ποθεινὸς πᾶσιν ὤφθη.

ιζ'. Ὡς δὲ πλησίον ἐγίνετο τῆς Ῥώμης, πᾶσά τε ἡ σύγκλητος βουλή, καὶ πανδημεί, ὅσοι τὴν Ῥώμην κατῴκουν ἄνθρωποι, μὴ κατασχόντες αὐτῶν, ἀλλ᾽ ἕκαστος φθάσαι θέλων, δαφνηφόροι τε καὶ πάντα ἐπιφερόμενοι ἄνθη τότε ἀκμάζοντα, ὡς ἕκαστος οἷός τε ἦν, πόῤῥω τῆς πόλεως ὑπήντων, θεασόμενοι τὸν νέον, καὶ εὐγενῆ βασιλέα. ἐπόθουν γὰρ αὐτὸν ἀληθεῖ ψυχῆς διαθέσει, ἅτε παρ᾽ αὐτοῖς γεννηθέντα τε καὶ τραφέντα, καὶ ἄνωθεν ἐκ τριγονίας βασιλέα τε, καὶ εὐπατρίδην ὄντα Ῥωμαίων. τὸ μὲν γὰρ πρὸς πατρὸς αὐτοῦ γένος, ἐκ τῶν τῆς συγκλήτου βουλῆς ἐπισήμων ἦν. Φαυστῖνα δὲ ἡ μήτηρ, βασίλισσα γεγένητο, θυγάτηρ τε οὖσα Ἀντωνίνου τοῦ Εὐσεβοῦς ἐπικληθέντος, καὶ Ἀδριανοῦ ἔκγονος κατὰ θηλυγονίαν. ἀνήνεγκε δὲ τὸ γένος αὐτὴ ἐπὶ Τραϊανὸν πρόπαππον.

ιη'. Γένος μὲν οὖν ὁ Κόμμοδος οὕτως εἶχε. πρὸς δὲ τῇ τῆς ἡλικίας ἀκμῇ, καὶ τὴν ὄψιν ἦν ἀξιοθέ-

cipem, incredibilis universam plebem lætitia pervagatur, spem sibi unoquoque optimam de juvenis imperatoris præsentia proponente, credentibusque universis paternis eum vestigiis perrecturum. Sed ille festinatò iter faciens, & juvenili quodam ardore omneis in medio urbes curriculo pertransiens, regioque cultu, lætisque populorum celebritatibus exceptus, gratus nimirum omnibus atque optatus adveniebat.

XVII. Sed ubi Romam appropinquavit, Senatus statim universus, populusque Rom. magno pro se quisque antevertendi studio effusi laureatique, ac flores omnifariam, quos dabat anni tempus, conferentes, quam quisque ab urbe longissime poterat, occurrebant visuri principem ætate atque nobilitate conspicuum. Quippe amabant illum, & quidem verissimis affectibus, natum apud ipsos, educatumque: tertioque jam gradu imperium, nobilitatemque Romanam complectentem. Nam paternum ei genus à primoribus Senatorii ordinis, mater autem Faustina, principis uxor, Antonini Pii filia, Hadriani etiam per matrem neptis, seriem ipsam generis ad Trajanum proavum referebat.

XVIII. Hoc editus genere Commodus est, cui quidem præter ætatis florem, etiam formam

1 Latine dicimus, *patrissare*.

digni-

dignitatis suffragabatur congruens corporis modus, pulchra virilisque facies, tranquillæ faces oculis atque micantes, flava & crispa cæsaries, ut in sole ambulanti velut igne quodam rutilaret, sic ut euntem quidem scobe aurea putarent conspergi: quidam etiam pro argumenro divinitatis acciperent, ac radios esse illos circa verticem genitivos opinarentur. Ad hæc lanugo malis proserpebat, easque quasi floribus convestiebat. Talem igitur imperatorem faustis ominibus acclamationibusque, & coronarum florumque sparsionibus exceperunt.

XIX. Sed postquam urbem ingressus est, Jovisque primum, dein cæterorum deorum templa consalutavit, gratiasque senatui universo, & prætorianis militibus egit, servatæ sibi fidei, in aulam Palatinam se recepit. Pauculis igitur annis nihil non honoris paternis amicis exhibebat, omnibusque eos negotiis in consilio habebat.

Cura dein totius imperii aliis demandata, Perennium Italicum hominem, militaris disciplinæ peritissimum, prætorianis præfecit. Is adolescentis ætate abutens, deliciis il-

ατος, σώματός τε συμμετρία καὶ κάλλει προσώπου μετ᾽ ἀνδρείας· ὀφθαλμῶν τε γὰρ ἀρθμίαι, καὶ πυρώδεις βολαί, [1] κόμη τε φύσει ξανθὴ καὶ οὔλη, ὡς εἴ ποτε φοιτῴη δι᾽ ἡλίου, τοσοῦτον ἐκλάμπειν αὐτῷ πυροειδές τι, ὡς τοὺς μὲν οἴεσθαι ῥίνημα χρυσοῦ προϊόντι ἐπιπάσσεσθαι. τοὺς δὲ ἐκθειάζειν, λέγοντας αἴγλην τινὰ οὐράνιον περὶ τὴν κεφαλὴν συγγεγενῆσθαι αὐτῷ. ἴουλοί τε αὐτοῦ κατιόντες, ταῖς παρειαῖς ἐπήνθουν. τοιοῦτον δὴ θεασάμενοι τὸν βασιλέα οἱ Ῥωμαῖοι, εὐφημίαις δὲ παντοδαπαῖς, καὶ στεφάνων καὶ ἀνθέων βολαῖς ὑπεδέχοντο.

ιθ´. Ὡς δ᾽ εἰς τὴν Ῥώμην εἰσήλασεν, εἴς τε τοῦ Διὸς τὸ τέμενος, καὶ τοὺς ἄλλους νεὼς ἀνελθὼν, εὐθὺς τῇ τε συγκλήτῳ, καὶ τοῖς ἐν Ῥώμῃ καταλειφθεῖσι στρατιώταις χαριστήρια ὁμολογήσας τῆς φυλαχθείσης πίστεως, εἰς τὴν βασίλειον αὐλὴν ἀνεχώρησε. χρόνου μὲν οὖν τινος ὀλίγων ἐτῶν, τιμὴν πᾶσαν ἀπένεμε τοῖς πατρῴοις φίλοις, πάντα τε ἔπραττεν ἐκείνοις συμβούλοις χρώμενος.

[2] Ἐπεὶ δὲ τὴν πρόνοιαν ἐνεχείρισε τῆς ἀρχῆς ἑαυτοῦ, ἐπιστήσας τοῖς στρατοπέδοις Περέννιον, ἄνδρα τὸ μὲν γένος Ἰταλιώτην, στρατιωτικὸν δ᾽ εἶναι δοκοῦντα, διὸ καὶ μάλιστα αὐτὸν ἔπαρχον ἐποίησε τῶν στρατοπέδων. Τῇ τοῦ μειρακίου ἀπο-

1 Imo, afferente Lampridio, capillo erat fucato & auri ramentis illuminato.

2 Exp. postquam imperii curam sibi commisit. Nam hic nimis sibi indulsit Politianus.

χρώμενος

χειρόμενος ἡλικίᾳ ἐκείνῃ, [1] εἴασεν αὐτὸν τρυφαῖς σχολάζοντα καὶ κραιπάλαις, τῆς τε φροντίδος καὶ τῶν βασιλείων καμάτων, ἀπῆγεν αὐτόν· καὶ πᾶσαν τὴν διοίκησιν τῆς ἀρχῆς αὐτὸς ἀνεδέξατο, πλούτου τε ἀκρατήτῳ ἐπιθυμίᾳ, καὶ τῶν μὲν προσκτωμένων ἀεὶ καταφρονήσει, τῶν δ' οὔπω παρόντων ἀπλήστῳ ἀντιποιήσει· τούς τε πατρῴους φίλους πρῶτος διαβάλλειν ἤρξατο, καὶ ὅσοι πλούσιοί τε ἦσαν καὶ εὐγενεῖς, τούτους εἰς ὑποψίαν ἄγων, τὸ μειράκιον ἐφόβει, ὡς ἂν αὐτοὺς διαχρησάμενος, ἀφορμὴν αὐτῷ παράσχοι καὶ ἐξουσίαν ἁρπάζειν τὰ ἐκείνων κτήματα.

κ'. Μέχρι μὲν οὖν τινος, ἐπεῖχε τὸν νεανίσκον ἥτε τοῦ πατρὸς μνήμη, καὶ ἡ πρὸς τοὺς φίλους αἰδώς. ἀλλὰ γάρ, ὥσπερ τινὸς πονηρᾶς καὶ βασκάνου τύχης ἀνατρεπούσης αὐτοῦ τὴν [2] ἔτι σώφρονα καὶ κόσμιον, συνέβη τι τοιοῦτο. Λουκίλλα ἦν τῷ Κομμόδῳ πρεσβυτάτη πάντων ἀδελφή. αὕτη πρότερον Λουκίῳ Βήρῳ αὐτοκράτορι συνῴκει. ὃν κοινωνὸν τῆς βασιλείας Μάρκος ποιησάμενος, ἐκδούς τε αὐτῷ τὴν θυγατέρα, δεσμὸν εὐνοίας ὀχυρώτατον τὴν πρὸς αὐτὸν ἐπιγαμίαν ἐποιήσατο. ἀλλ' ἐπεὶ συνέβη τὸν Λούκιον τελευτῆσαι, μενόντων τῇ Λουκίλλῃ τῶν

lum ganeisque corrumpi sinebat: curaque omni, laboribusque susceptis, totum plane imperium administrabat. Erat in homine inexhausta divitiarum sitis, sic ut nihili quæ acquisierat pendens, novis semper lucris insatiabilis inhiaret. Hic & paternos Commodi amicos calumniis premere, & locupletissimum quemque, nobilissimumque in suspicionem adducere instituit, scilicet ut perterrefacto adolescente, atque illis supplicio affectis, causam potestatemque ipse haberet in eorum bona & fortuna invadendi.

XX. Cæterum aliquandiu cum patris memoria, tum amicorum reverentia continuit adolescentem. Dein velut maligna quædam atque invida fortuna, rectum adhuc moderatumque illius ingenium subvertit. Nam ita res accidit. Lucilla erat Commodo maxima natu soror: ea prius Lucio Vero Imperatori nupserat, quem consortem sibi imperii Marcus asciverat: locataque in matrimonium filia, firmissimo affinitatis vinculo adstrinxerat. Sed postquam Lucius fato functus est, manentibus adhuc Lucillæ principa-

---

1 Sic Lampr. *persuasit Commodo, ut ipse deliciis vacaret, idem verò Terennius curis incumberet.* Quem tamen apud Zonaram alio longè charactere commendatum habemus. Περέννιος ὁ τῆς δορυφορικῆς ἄρχων, τῆς Κομμόδου ἁρματηλασίαις, καὶ ἀσελγείαις ἐσχολακότος, ἠναγκάζετο τά τε στρατιωτικὰ καὶ τὰ τῆς κοινῆς διοικεῖν, &c. cui subinde subtexit διαγαγόντα τὴν ἀρχὴν ἀδωροδόκητά τε καὶ σωφρονέστατα.

2 Deesse videtur φύσιν, aut hujusmodi aliquid.

tûs insignibus, Pompeiano eam pater despondit: nihilo tamen secius pristinum illi honorem Commodus reliquit usurpandum. Nam & sellâ imperatoriâ sessitare in theatro, & ignem de more præferre patiebatur. Postea vero quàm Commodus uxorem duxit Crispinam, ac necesse fuit principis uxori primo loco cedere, iniquo scilicet hoc animo Lucilla ferens, atque illius honorem in suam contumeliam vertens, cum sciret à viro suo Pompeiano Commodum diligi, minime ausa est quippiam ad ipsum super occupando imperio referre: sed animum Quadrati, nobilissimi locupletissimique adolescentis periclitata, cum quo etiam stupri consuetudinem habere existimabatur, gravissimeque apud eum de accepta injuria conquesta, paulatim adolescentem eò pertulit, ut in semet universumque senatum, perniciosissime consuleret. Quippe inter cæteros senatorii ordinis, qui secum in id facinus

βασιλείας συμβόλων, Πομπηϊανῷ ὁ πατὴρ αὐτὴν ἐξέδοτο. οὐδὲν ἧττον μέντοι καὶ ὁ Κόμμοδος ἐφύλαττε τιμὰς τῇ ἀδελφῇ. καὶ γὰρ ἐπὶ τοῦ βασιλείου θρόνου καθῆστο ἐν τοῖς θεάτροις, καὶ τὸ [1] πῦρ προεπόμπευεν αὐτῆς. ἐπεὶ δὲ ὁ Κόμμοδος γυναῖκα ἠγάγετο Κρισπῖναν ὄνομα, ἀνάγκη τε ἐγίνετο τὴν προεδρίαν ἀπονέμεσθαι τῇ τοῦ βασιλεύοντος γυναικί, δυσφόρως τοῦτο φέρουσα ἡ Λουκίλλα, καὶ τὴν ἐκείνης τιμὴν ἑαυτῆς ὕβριν νομίζουσα, [2] τὸν μὲν ἑαυτῆς ἄνδρα Πομπηϊανὸν εἰδυῖα ἀγαπῶντα τὸν Κόμμοδον, οὐδὲν αὐτῷ περὶ ἐπιθέσεως τῆς ἀρχῆς ἀνακοινοῦται. Κοδράτου δὲ νεανίσκου εὐγενοῦς τινος καὶ πλουσίου, ἐφ᾽ οὗ καὶ λανθανούσῃ συνουσίᾳ διεβάλλετο, πεῖραν τῆς γνώμης λαμβάνουσα, περί τε τῆς [3] συνεδρείας χαλεπῶς ἀπωδύρετο, καὶ κατ᾽ ὀλίγον ἀνέπεισε τὸν νεανίσκον, ὀλέθρια βουλεύσασθαι ἑαυτῷ τε καὶ πάσῃ τῇ συγκλήτῳ. συνωμότας γὰρ ἐκεῖνος τῆς βουλῆς λαβὼν τινας τῶν ἐξεχόντων ἀναπείθει

---

1 Prælatus ignis olim habitus est Imperatoriæ majestatis insigne: quod Eurip. Scholiastes in Phænissis videtur annotasse. Ἐχρῶντο γὰρ inquit, κατὰ τὸ παλαιὸν ἀντὶ σαλπιγκτῶν τοῖς πυρφόροις. Οὗτοι δὲ ἦσαν ἱεροὶ Ἄρεως ἑκατέρας στρατιᾶς προηγούμενοι μετὰ λαμπάδος, ἣν ἀφιέντες εἰς τὸ μεταίχμιον, *acierum sc. interstitium*, ἀνεχώρουν ἀκίνδυνοι, ἐσώζοντο δὲ πυρφόροι εἰ καὶ πάντες ἀπώλοντο. Unde natum est proverbium apud Zenobium, cent. 5. prov. 34. ἐπὶ τῶν παντωλεθρίᾳ πεσόντων, οὐδὲ πυρφόρος ἐσώθη. Prolixiùs hæc disserui, quoniam non temere alibi quam in Herodiano occurrit hic mos. Libet etiam subtexere hujus symboli rationes ex Pierii Hieroglyphicis. 1. Divinitatem imperii regalis. 2. Fastigii claritatem. 3. Efficaciam seu ἐνέργειαν. 4. Puritatem.

2 Crudelis vita Commodi Quadratum & Lucillam ad ejus interfectionem consilia inire non sine Præfecti prætorio Tarrutini Paterni consilio. Datum est autem negotium peragendæ necis Claudio Pompeiano propinquo. &c. Lampr.

3 Mallet Stephanus προεδρείας. Sed & [συνεδρείας] retineri potest: indignatur enim Lucilla se in secundam sedem detrudi, cui olim prima cesserat.

νεανίσκον

νεανίσκον τινὰ, καὶ αὐτὸν ὄντα τῆς βουλῆς, Κυϊντιανὸν ὄνομα, προπετῆ δὲ καὶ θρασὺν, λαβόντα ἐγχειρίδιον ὑπὸ κόλπου, καιρὸν φυλάξαντα καὶ τόπον ἐπιτήδειον, ἐπιπεσεῖν τῷ Κομμόδῳ, καὶ φονεῦσαι· τὰ λοιπὰ φήσας αὐτὸς κατορθώσασθαι, χρημάτων ἐπιδόσει.

κα'. [1] Ὁ δ' ὑποστὰς ἐν τῇ τοῦ ἀμφιθεάτρου εἰσόδῳ (ζοφώδης δὲ αὕτη, καὶ λήσεσθαι ἤλπισε) γυμνώσας τὸ ξιφίδιον, ἐπελθών τε αἰφνιδίως τῷ Κομμόδῳ, καὶ μεγάλῃ φωνῇ προειπὼν, ὑπὸ τῆς συγκλήτου αὐτῷ ἐπιπεπέμφθαι. τρῶσαι μὴ φθάσας, ἀλλ' ἐν ᾧ περὶ τὴν τῶν ῥημάτων προφορὰν ἠσχολεῖτο, καὶ τὴν δεῖξιν τοῦ ξίφους, συλληφθεὶς ὑπὸ τῶν σωματοφυλάκων τοῦ βασιλέως, δίκην ἀνοίας ὑπέσχεν, ὃς προεῖπε τὸ βεβουλευμένον μᾶλλον, ἢ ἔδρασε. παρέσχε τε αὐτῷ μὲν προγνωσθέντι ἁλῶναι, ἐκείνῳ δὲ προμαθόντι, φυλάξασθαι.

κβ'. Αὕτη μὲν δὴ πρώτη καὶ μεγίστη αἰτία τῷ μειρακίῳ μίσους ἐγένετο πρὸς τὴν σύγκλητον βουλήν. ἔτρωσέ τε αὐτοῦ τὴν ψυχὴν τὰ λεχθέντα, καὶ κοινοὺς ἐχθροὺς πάντας ἡγεῖτο, μεμνημένος ἀεὶ τῆς τοῦ ἐπιδραμόντος φωνῆς.

κγ'. Ὑπέσχε δὲ καὶ τῷ Περεννίῳ πρόφασίς τε, καὶ ὑπόθεσις αὐτάρκης. ἐκκόπτειν γὰρ ἀεὶ καὶ κωλύειν αὐτῷ συνεβούλευε τοὺς ὑπερέχοντας· ὧν ἀρ-

conſpirarent, etiam adoleſcentem quendam Quintianum nomine, prompti atque audacis animi, ſibi adjunxit: perſuaſitque uti pugionem in ſinu celans, tempus locumque caperet, factoque repente impetu Commodum occideret: reliqua ſe pecuniis largiendis curaturum.

XXI. Ille in aditu amphitheatri ſubſiſtens (quippe obſcuro loco, facilè ſe occultum ſperabat fore) nudato confeſtim pugione, ac magna voce proclamans, Hunc tibi ſenatus mittit. Dum loquitur nudumque oſtentat pugionem, comprehenſus à militibus, pœnas amentiæ dedit: ſuoque indicio autor à ſe cavendi fuit, aperto magis quam impleto conſilio.

XXII. Hæc igitur prima, maximaque odii cauſa, adoleſcenti adverſus Senatum extitit. Ita namque animum verba illa ſauciarant, ut omnes hoſtium loco haberet: ſemperque ejus memoriæ vox illa irruentis in ſe juvenis inhæreret.

XXIII. Neque vero tantam hanc occaſionem Perennius omiſit: ſed ei perſuaſit, ut præcipuum quemque ſuccideret, neque eminere quem-

1 Quem Herodianus Quintianum dicit, Xiphilinus & Zonaras Pompeianum dicunt Verum par eſt ſuſpicari, corruptos eſſe in hac parte Dionis codices præſertim cum apud ipſum Zonaram legimus omnes fere à Commodo interfectos, τοὺς τότε ἀνθήσαντας ἄτερ Πομπηϊανοῦ καὶ Βικτωρίνου καὶ Περτίνακος. Qui tamen Zonaras, neſcio qua factum incuria, paragrapha proxime ſequente, id omne Pompeiano authore deſignatum contendit, quod Quintiano noſter tribuit.

piam pateretur: quorum ipſe in bona impetum faciens, facile omnium ejus ætatis hominum locupletiſſimus evaſit. Quæſtiones autem Perennio diligenter exercente, ſoror ipſa Commodi, conjuratique omnes, cæterique præterea quantulacunque ſuſpicione attacti, ſupplicio affecti ſunt.

XXIV. Igitur Perennius ſublatis e medio, quos imperator verebatur, quique illum paterno quodam affectu complectebantur, atque ipſe illius tuendæ ſalutis curâ ſuſceptâ nihilque non autoritatis adeptus, imperium jam ipſum animo invaſerat: perſuaſoque Commodo, ut ſuos liberos adoleſcentes adhuc, Illyricis præficeret exercitibus, ipſe pecuniæ vim ingentem contrahebat, ut ſcilicet prætorianos ab ipſo ampliſſimis largitionibus abalienaret. Filiique item ejus clanculùm copias colligebant eo conſilio, ut cùm primum Perennius Commodum occidiſſet, ipſi principatum arriperent.

XXV. Proditæ autem ſunt inſidiæ incredibili quodam modo. Ludos Romani Jovi Capitolino faciunt, tanta hominum confluente multitudine, quantam par eſt confluere ad tantæ urbis celebritatem. Spectare autem, ac præſidere in theatro unà cum ſacerdotibus, quos ordo ſingulis annis poſtulat, etiam Imperator ſolitus. Cum itaque no-

πάζων τὰς οὐσίας, ἔγιστα πλουσιώτατος ἐγένετο τῶν καθ' αὐτὸν ἀνθρώπων. γινομένης δ' ἐξετάσεως διὰ τοῦ Περεννίου ἀκριβεστέρας, τήν τε ἀδελφὴν ὁ Κόμμοδος διεχρήσατο, καὶ πάντας ἀφειδῶς, τούς τε ὄντας ἐν τῇ συνωμοσίᾳ, καὶ τοὺς ἐφ' οἵαις δήποτε διαβληθέντας ὑποψίαις.

κδ'. Ὁ δὲ Περέννιος ἀποσκευασάμενος πάντας, οὓς καὶ ὁ Κόμμοδος ᾐδεῖτο, καὶ ὅσοι πατρῴαν αὐτῷ εὔνοιαν ἐπεδείκνυντο, τῆς τε ἐκείνου σωτηρίας προμήθειαν εἶχον, ποιησάμενός τε αὐτὸν [1] ἐπ' ἐξουσίαν ἐπεβούλευε τῇ ἀρχῇ. καὶ τοῖς υἱοῖς ἑαυτοῦ, νεανίαις οὖσιν, ἐγχειρίσαι πείθει τὸν Κόμμοδον πρόνοιαν τῶν Ἰλλυρικῶν στρατευμάτων· αὐτός τε πλεῖστα χρήματα ἤθροιζεν, εἰς τὸ ἐπιδόσεσι λαμπραῖς ἀποστῆσαι τὸ στρατιωτικόν. οἱ δὲ παῖδες αὐτοῦ λανθάνοντες, συνεκρότουν δύναμιν, ὡς αὐτοῦ Περεννίου κατεργασαμένου τὸν Κόμμοδον ἐπιθεῖντο τῇ ἀρχῇ.

κε'. Ἐγνώσθη δ' ἡ ἐπιβουλὴ παραδόξῳ τρόπῳ. ἱερὸν ἀγῶνα τελοῦσι Ῥωμαῖοι Διῒ Καπιτωλίῳ, θεάματά τε [2] καὶ ἰσχύος πάντα ἀθροίζεται, ὡς εἰς βασιλίδα πόλιν πανηγυρίζουσιν. θεατὴς δὲ καὶ ἀθλοθέτης σὺν τοῖς λοιποῖς ἱερεῦσιν, οὓς ἐκ περιόδων χρόνου ἡ τάξις καλεῖ, ὁ βασιλεὺς γίνεται. κα-

1 Stephano magis placet ὑπ' ἐξουσίαν, Perennium ſc. in ſuam poteſtatem Commodum redegiſſe.

2 Deſideratur genitivus ante particulam καὶ, τέχνης aut quid ſimile.

τελθόντος

τελθόντος δὲ τοῦ Κομμόδου ἐπὶ τὴν ἀκρόασιν τῶν ἐνδόξων ἀγωνιστῶν, καὶ αὐτοῦ μὲν προκαθίσαντος ἐν τῇ βασιλείῳ ἕδρᾳ, πληρωθέντος δὲ τοῦ θεάτρου, μετὰ πάσης εὐκοσμίας, τῶν τε ἐν ἀξιώσεσιν ἐξαιρέτοις ἕδραις, καὶ ὡς ἑκάστοις διετέτακτο, ἱδρυμένων, πρὶν τι λέγεσθαι ἢ πράττεσθαι ἐπὶ τῆς σκηνῆς, ἀνὴρ φιλοσόφου φέρων σχῆμα (βάκτρον γὰρ ἦν αὐτοῦ μετὰ χεῖρας, ἡμιγύμνῳ τε αὐτοῦ ἐκκρεμὴς πήρα) εἰσδραμὼν, καὶ στὰς ἐν μέσῃ τῇ σκηνῇ, τοῦ τε τῆς χειρὸς νεύματι τὸν δῆμον καταστήσας, οὐ πανηγυρίζειν σοὶ καιρὸς, ἔφη, Κόμμοδε νῦν, οὐδὲ θέαις καὶ ἑορταῖς σχολάζειν. ἐπίκειται γάρ σου τοῖς αὐχέσι τὸ τοῦ Περεννίου ξίφος. καὶ εἰ μὴ φυλάξῃ κίνδυνον οὐκ ἐπαιωρούμενον, ἀλλ' ἤδη παρόντα,[1] λήσεις ἀπολόμενος. αὐτός τε γὰρ ἐνταῦθα δύναμιν ἐπὶ σοὶ καὶ χρήματα ἀθροίζει, οἵ τε παῖδες αὐτοῦ τὴν Ἰλλυρικὴν στρατιὰν ἀναπείθουσιν. εἰ δὲ μὴ φθάσεις, διεφθάρης.

κϛ'. Ταῦτα εἰπόντος αὐτοῦ εἴτε ὑπό τινος δαιμονίου τύχης ἐπειχθέντος, εἴτε καὶ τολμήσαντος ἵνα δόξαν ἄρηται, πρότερον ἄγνωστος καὶ ἄσημος ὤν, εἴτε καὶ ἐλπίσαντος ἀμοιβῆς μεγαλοδώρου παρὰ τοῦ βασιλέως τεύξεσθαι,[2] ἀφασία τὸν Κόμμοδον καταλαμβάνει. καὶ πάντες ὑπόπτευον μὲν τὰ λεχθέντα, πιστεύειν δὲ οὐ προσεποιοῦντο. κελεύει δὲ αὐτὸν συλληφθῆναι ὁ Περέννιος, οἷα δὲ μεμηνότα καὶ ψευδῆ λέγοντα, πυρὶ παραδοθῆναι. ὁ μὲν δὴ

bilissimis scenicis operam daret, sedens imperatoriâ sellâ Commodus, pleno spectatoribus theatro, suisque cuique locis ad sedendum pro dignitate attributis, priusquam quicquam diceretur, ageretur que in scena, repente quidam philosophi habitu, manu baculum gestans, peramque seminudus ab humero suspensus, curriculo prodiit, mediaque in scena consistens manuque silentium imperans: Non hoc, inquit, ludorum tempus, ô Commode: neque spectaculis celebritatique vacandum. Imminet cervicibus tuis Perennii gladius: ac nisi caveris, non quidem impendens, sed jam præsens periculum, peristi. Nam & ipse hic adversus te copias pecuniamque colligit, & nati exercitus Illyricos solicitant: quos nisi statim prævenias, occidisti.

XXVI. His dictis, sive forte quadam divinitùs huc impellente, sive id auso homine, ut gloriam sibi ignarus atque obscurus acquireret: seu quia speraret ingens aliquod præmium ab Imperatore consecuturum, sane illum derepentè obstupefecerat. Cæteri autem, etsi non de nihilo ea dicta suspicabantur, tamen fidem habere dissimulabant. At Perennius comprehendi hominem jubet, ac pro furioso & vaniloquo, igne comburi. Ita scili-

1 Exp. incautus opprimêris: hic enim in Politiano desideratur, ut & alibi sæpius, interpretis fides.

2 Loquendi impotentia.

cet

cet pœnas dedit intempestivæ libertatis.

XXVII. Cæterum qui se Commodi studiosos videri volebant, perosi antea quoque Perennium, utpote intolerandæ hominem superbiæ, contumeliæque, nactique opportunum tempus, calumniis eum premere aggrediuntur. Sed scilicet ita futurum erat, ut & Perennius unà cum liberis penderet pœnas. Quippe haud multo pòst milites quidam clam Perennii filio nummos quosdam attulerunt, illius imagine percussos: eosque ignaro etiam Perennio, quamquam erat præfectus, Commodo ostenderunt; totoque insidiarum ordine patefacto, maximis sunt muneribus affecti.

XXVIII. Quocirca inscio negotii totius Perennio, ac tum nihil minus expectanti, submissi noctu à Commodo quidam caput abscidêrunt: jussique statim ad illius filium pergere, cum nihil ad celeritatem sibi reliqui fecissent, etiam rumores famamque eorum quæ Romæ facta essent, prævenerunt. Ii amicas ei literas ab Imperatore reddiderunt, quæ magna proposita spe Romam reverti jubebant. Ergo & consiliorum & omnis ejus

ἀκαίρου παῤῥησίας τοιαύτην ὑπέσχε δίκην.

κζʹ. Οἱ μέντοι περὶ τὸν Κόμμοδον ὅσοι τε εὔνοιαν προσεποιοῦντο, καὶ πάλαι μὲν ἀπεχθῶς πρὸς τὸν Περέννιον διακείμενοι (βαρὺς γὰρ καὶ ἀφόρητος ἦν ὑπερηφανίᾳ καὶ ὕβρει) τότε καιρὸν εὔκαιρον ἔχοντες διαβάλλειν ἐπεχείρουν. ἔχρην τε ἅμα τὸν Κόμμοδον τὴν ἐπιβουλὴν ἐκφυγεῖν, καὶ τὸν Περέννιον σὺν τοῖς παισὶ διολέσθαι κακῶς. ἦλθον γὰρ μετ' οὐ πολὺ στρατιῶταί τινες, λαθόντες τὸν τοῦ Περεννίου παῖδα, καὶ νομίσματα ἐκόμισαν ἐκτετυπωμένα τὴν ἐκείνου εἰκόνα. λαθόντες δὲ, καίτοι ἔπαρχον ὄντα τὸν Περέννιον, καὶ δείξαντες τῷ Κομμόδῳ τὰ νομίσματα, διδάξαντές τε τῆς ἐπιβουλῆς τὰ λανθάνοντα, αὐτοὶ μὲν ἔτυχον μεγάλων δωρεῶν.

κηʹ. [1] Ἀγνοοῦντος δὲ ταῦτα τοῦ Περεννίου, μηδέν τέ τι τοιοῦτον προσδεχομένου, νύκτωρ ὁ Κόμμοδος πέμψας, ἀποτέμνει τὴν κεφαλήν· καὶ τὸ τάχιστον, ὅπως τὴν τῶν πεπραγμένων γνῶσιν φθάσωσιν, ἐκπέμπει τοὺς πορευσομένους ὀξυτέρῳ δρόμῳ, ἐπιστήναί τε δυνησομένους τῷ παιδὶ τοῦ Περεννίου τὰ ἐπὶ τῆς Ῥώμης ἀγνοοῦντι. γράμματά τε φιλικὰ ποιήσας, καὶ μείζοσι φήσας καλεῖν ἐλπίσιν αὐτὸν, ἥκειν κελεύει. ὁ δὲ μήτε τῆς παρασκευῆς που, καὶ τῶν βεβουλευμένων,

1 Atqui Zonaras aliam longè rationem affert Perennii interfecti. Quippe cum tumultuantes in Britanniâ milites compescere voluisset, nonnulli clam Romam profecti sunt, quos Commodus ita excepisse dicitur. Ὦ συστρατιῶται, τί βουλόμενοι πάρεστε; οἱ δὲ, ἥκομεν, ἔφασαν, ἐπεί σοι ἐπιβουλεύει Περέννιος, &c. quocum Lampridius consentit.

μήτε

μήτε τι τῶν κατὰ τὸν πατέρα εἰδώς, τῶν τε ἀγγέλων εἰπόντων, ταῦτα καὶ τὸν πατέρα ἐντετάλθαι ῥήμασι, μηδὲν δὲ ἐπεσταλκέναι τοῖς βασιλείοις ἀρκούμενον γράμμασι, πιστεύσας ὁ νεανίας ἀσχάλλων μὲν καὶ δυσφορῶν, ὅτι δὴ ἀτελῆ κατέλιπε τὰ βεβουλευμένα, ὅμως δὲ θαρρῶν τῇ τοῦ πατρὸς, ὡς ἔτι συνεστώσῃ δυνάμει, ποιεῖται τὴν ἔξοδον. γενόμενον δὲ αὐτὸν κατὰ τὴν Ἰταλίαν, οἷς τοῦτο ἐντέταλτο, διεχρήσαντο. τοιοῦτον μὲν δὴ τέλος ἐκείνους κατέλαβεν.

κθ'. Ὁ δὲ Κόμμοδος δύο τοὺς ἐπάρχους καταστήσας, ἀσφαλέστερον ᾠήθη μὴ ἑνὶ πιστεύειν τοσαύτην ἐξουσίαν. μερισθεῖσαν δὲ αὐτὴν ἀσθενεστέραν ἔσεσθαι ἤλπισε πρὸς τὴν βασίλειον ἐπιθυμίαν.

λ'. Χρόνου δὲ οὐ πολλοῦ διαγενομένου, ἑτέρα τις ἐπιβουλὴ τοιαύτη κατὰ τὸ αὐτὸ συνεσκευάσθη. Μάτερνος ἦν τις, στρατιώτης μὲν πρότερον, πολλὰ δὲ καὶ δεινὰ τολμήσας· τήν τε τάξιν λιπών, καὶ πείσας ἑτέρους ἀπὸ τῶν αὐτῶν ἔργων συναποδρᾶν, χεῖρα πολλὴν κακούργων ἐν ὀλίγῳ ἀθροίσας χρόνῳ, τὰ μὲν πρῶτα κώμαις τε καὶ ἀγροῖς ἐπιτρέχων ἐλῄστευεν. ἐπεὶ δὲ πολλῶν χρημάτων ἐγκρατὴς ἐγένετο, μεῖζόν τι πλῆθος ἤθροισε κακούργων μεγάλαις τε δωρεῶν ὑποσχέσεσι, καὶ τῶν ἁλισκομένων κοινωνίᾳ, ὡς μηκέτι λῃστῶν, ἀλλὰ καὶ πολεμίων ἔχειν ἀξίωμα. πόλεσι γὰρ ἤδη μεγίσταις ἐπετίθεντο, καὶ

paratus, postremo paterni casûs ignarus, cum quidam nuntii dictitarent, etiam paternis ipsum verbis acciri, qui ne ipse quidem scribere supersedisset, nisi satis momenti habituras imperatorias literas existimasset, credidit videlicet adolescens: & quamvis iniquo animo ferret, interpellari sua consilia, tamen paterna fretus potentia, quam esse adhuc incolumem putabat, ad reditum se comparat. Tum deinde ut attigit Italiam, per eos quibus negotium datum fuerat, occiditur. Hunc illi exitum habuerunt.

XXIX. Post hæc Commodus duos constituit præfectos, tutius fore ratus, tantam illam potestatem non uni duntaxat credere: sed dissectam in partes, imbecilliorem, eo pacto contra principem reddere.

XXX. Verum haud longè post, aliæ in illum hujuscemodi insidiæ intenduntur. Maternus erat quidem miles, multa ausus nefaria: Is repentè desertis castris, atque aliquot in societatem commilitonibus ascitis, magnam perditorum manum brevi collegerat: vicosque primò, & agros populabatur. Magna dein pecuniæ vi collecta, plures quotidie sibi ex facinorosis copulabat: pollicensque ingentia cuique operæ pretia, & in prædæ communionem invitans, eo rem adduxit, ut non jam latronum, sed justorum hostium haberent autoritatem. Quippe magnas etiam urbes occupabant, effractisque

ctisque per vim carceribus captivos sine discrimine omnes vinculis eximebant, eosque sibi impunitate ac beneficiis adjungebant. Igitur Galliam omnem atque Hispaniam incursibus vastabant, & ut quamque ex magnis urbibus vi ceperant, incensâ direptâque protinus abibant.

XXXI. Quæ ubi Commodus cognovit, rectoribus gentium plenas iræ atque minarum mittit epistolas, castigans & ignaviam exprobrans, simul comparare adversus illos exercitum imperans. Quod ubi latrones acceperunt, decedendum sibi ex illis regionibus rati, clam per avia quædam compendia, seorsum alii ab aliis, in Italiam pervenerunt, ac jam de regno majoribusque rebus Maternus cum suis deliberabat. Nam quando hactenus omnia illi spe ulterius processerant, aut aliquid magnum invadendum sibi existimabat: aut certè quando in id discriminis inciderat, non obscurè neque ignavè moriendum.

XXXII. Sed quoniam se non tantis esse viribus intelligebat quantæ ad resistendum Commodo collata acie satis essent, quippe & Romanæ plebis, & prætorianorum militum propensa in Commodum voluntas credebatur, arte sibi consilioque grassandum statuebat. Quo-

τὰ ἐν αὐτοῖς δεσμωτήρια βίᾳ ῥηγνύντες, τοὺς ἐφ' οἵαις δὴ καθειρχθέντας αἰτίαις, δεσμῶν ἐλευθέρους ἀφιέντες, ἄδειάν τε ὑπισχνούμενοι, εὐεργεσίαις ἐς τὴν συμμαχίαν προσήγοντο. πᾶσάν τε καταθέοντες τὴν Κελτῶν καὶ Ἰβήρων χώραν, πόλεσί τε ταῖς μεγίσταις ἐπιόντες, καὶ μέρη μὲν ἐμπιπράντες, τὰ δὲ λοιπὰ [1] ἁρπαγῆς ποιούμενοι, ἀνεχώρουν.

λα'. Ὡς δὲ ταῦτα ἐδηλώθη τῷ Κομμόδῳ, μετὰ πάσης ὀργῆς τε καὶ ἀπειλῆς ἐπιστέλλει τοῖς τῶν ἐθνῶν ἡγουμένοις, ῥᾳθυμίαν ἐγκαλῶν, καὶ κελεύει στρατὸν ἐπ' αὐτοὺς ἀθροισθῆναι. μαθόντες δὲ ἐκεῖνοι δύναμιν ἀγειρομένην ἐπ' αὐτούς, τῶν μὲν χωρίων, ἃ ἐπόρθουν, ἀπέστησαν· λαθόντες δὲ διὰ [2] ταχείας καὶ ἀβάτου ὁδοιπορίας, κατ' ὀλίγους εἰς τὴν Ἰταλίαν παρεδύοντο, καὶ περὶ βασιλείας ἤδη, καὶ μειζόνων πραγμάτων, ὁ Μάτερνος ἐβουλεύετο. ἐπεὶ γὰρ αὐτῷ τὰ προπεπραγμένα πάσης ἐλπίδος μεῖζον ἦν προχωρήσαντα, ᾠήθη δεῖν μέγα τι δράσας κατορθῶσαι, ἢ ἐπείπερ ἅπαξ ἐν κινδύνῳ καθειστήκει, μὴ ἀσήμως, μηδ' ἀδόξως τελευτῆσαι.

λβ'. Ἐπεὶ δὲ αὐτῷ μὴ τοσαύτην ὑπάρχειν δύναμιν ἡγεῖτο, ὡς ἐξ ἀντιπάλως ἰσοῤῥόπως, καὶ φανερῶς ἐφόδου συστῆναι πρὸς τὸν Κόμμοδον (τό, τε γὰρ πλῆθος τῶν Ῥωμαίων δήμου ἐλογίζετο εὔνουν ἔτι Κομμόδῳ ὑπάρχον, τήν τε περὶ αὐτὸν τῶν δορυφόρων εὔνοιαν) τέχνῃ καὶ σοφίᾳ ἤλπισε πε-

1 Leg. ἁρπαγήν. 2 Sylburgius τραχείας.

εἰσελθεῖν

εἰώθασι. καὶ μηχανᾶται τοιόνδε τι. ἦρος ἀρχῇ ἑκάστου ἔτους, ὡρισμένης ἡμέρας, [1] μητρὶ θεῶν πομπὴν τελοῦσι Ῥωμαῖοι. καὶ πάντα ὅσα παρ' ἑκάστοις πλούτου σύμβολα, κειμήλιά τε βασιλέων, ὕλης τε ἢ τέχνης θαύματα τῆς θεοῦ προπομπεύει. ἄνετός τε πᾶσι δέδοται ἐξουσία παντοδαπῆς παιδιᾶς, ἕκαστός τε, ὃ βούλεται, σχῆμα ὑποκρίνεται· οὐδ' ἔστιν οὕτω μέγα ἢ ἐξαίρετον ἀξίωμα, ὃ μὴ παντὶ τῷ βουλομένῳ ἀμφιεσθέντι, ὑπάρχει παῖξαί τε καὶ κρύψαι τὴν ἀλήθειαν, ὡς μὴ ῥᾳδίως διαγνῶναι τόν τε ὄντα, καὶ τὸν μιμούμενον. ἔδοξε δὴ τῷ Ματέρνῳ καιρὸς ἐπιτήδειος εἶναι, εἰς τὸ τὴν ἐπιβουλὴν λαθεῖν. ἤλπισε γὰρ αὐτός τε ἀναλαβὼν τὸ τῶν δορυφόρων σχῆμα, καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ ὁπλίσας ὁμοίως, ἀναμίξας τε τῷ πλήθει τῶν αἰχμοφόρων, καὶ τῆς πομπῆς νομισθεὶς μέρος, μηδενός τε προφυλαττομένου, αἰφνιδίως ἐπιπεσὼν, τὸν Κόμμοδον διαχειρήσασθαι.

λγ'. Ἀλλὰ προδοσίας γενομένης, καί τινων τῶν σὺν αὐτῷ προεισελθόντων εἰς τὴν πόλιν, καὶ ἐπιβουλὴν κατειπόντων (φθόνος γὰρ αὐτοὺς εἰς τοῦτο παρώξυνεν, εἰ δὴ ἔμελλον ἀντὶ λῃστοῦ δεσπότην ἕξειν, καὶ βασιλέα) πρὶν ἐλθεῖν τὴν ἑορτὴν, αὐτός τε ὁ Μάτερνος συλληφθεὶς τὴν κεφαλὴν ἀπετμήθη, καὶ οἱ συνωμόται ἀξίας ὑπέσχον δίκας.

circa tale quiddam comminiscitur. Veris initio, solennique die, pompam Matri Deûm Romani celebrant. In ea quæ apud quemque sunt divitiarum præcipua, suppellexque pleraque imperatoria materiæ aut artis spectandæ, præferri ante Deam solent. Passimque omnibus ludendi licentia permissa, sic ut personas induant, quas cuique libitum, nullamque non magistratuum quoque imaginem, prout cujusque studium, repræsentent, sic ut non temere à falsis veros dignoscas. Putavit hoc Maternus idoneum celandis insidiis tempus: ratus fore, ut si personam stipatoris alicujus indueret, suosque ad eandem similitudinem armis ornaret, ac se hastatis immiscerent, sic ut pars esse comitatûs imperatorii crederentur, nullo videlicet præcavente, repente impetu facto Commodum obtruncarent.

XXXIII. Sed proditus Imperatori à sociis quibusdam, qui unà cum ipso venerant in urbem, indignantibus scilicet, siquidem eum non pro latrone jam, sed pro principe habituri forent, antequam festus dies adesset, & ipse comprehensus, ac mulctatus capite, & qui ejusdem factionis erant, meritis supci is affecti.

---

1 Quam Phrygiam appellant & Magnam deam; à locis autem Idæam, Dindymenem, Pylenem, Pessinuntida, Cybelen. *Strabo*. In Sacris Phrygiis, quæ Matris Deûm dicunt, per annos singulos arbor pinea cæditur, & in media arbore simulachrum juvenis, subligatur. *Julius Firmicus*. Vide, si liber, plura apud Arnobium Lib. 5.

XXXIV. At Commodus facta re divina, gratulatusque deæ festum agitabat, pompamque gaudens frequentabat. Sed & populus omnis pro Imperatoris salute diem lætabundus celebrabat. Quæ autem ratio sit, cur huic deæ tantum honorem Romani habebant, non alienum videtur, quantum ex historiis accipimus, commemorare, præsertim cum ea res plerisque Græcorum ignota esse videatur.

XXXV. Ipsum igitur simulachrum cœlitus, ut aiunt, demissum, neque quæ sit materia, nec à quo fabricatum artifice satis constat, neque plane hominum manibus creditur factum. Hoc igitur decidisse cœlitus ferunt in quendam Phrygiæ agrum, cui nomen Pesinunti, à casu ejus simulachri factum putant; ibi enim à principio comparuisse: licet apud alios comperiam, pugnam illic Ilum Phryga, Tantalumque Lydum inter se conseruisse, sive de via ortam, sive potius ob raptum Ganymedis. Cumque diu æquis viribus decertatum foret, ac permulti utrinque cecidissent, nomen ex ea clade loco esse impositum. Hîc etiam fama fert Ganymedem ipsum trahentibus in diversa germani atque amatoris manibus, vita esse orbatum, sublatumque è medio, pro calamitatis solatio relatâ ad Jovem raptorem fabulâ divinis fuisse honoribus affectum. In hoc, quem

λδʹ. Ὁ δὲ Κόμμοδος θύσας τε τῇ θεῷ, καὶ χαριστήρια ὁμολογήσας, τὴν ἑορτὴν ἐπετέλει, παρέπεμπέ τε τὴν θεὸν χαίρων, καὶ σωτήρια τοῦ βασιλέως ὁ δῆμος μετὰ τῆς ἑορτῆς ἐπανηγύριζε. Θρησκεύουσι δὲ μάλιστα τὴν θεὸν τήνδε Ῥωμαῖοι, ἐξ αἰτίας τοιαύτης, ὡς ἱστορίᾳ παρειλήφαμεν, ἧς ἐπιμνησθῆναι ἔδοξε, διὰ τὴν παρ' Ἑλλήνων τισὶν ἀγνωσίαν.

λεʹ. Αὐτὸ μὲν τὸ ἄγαλμα διοπετὲς, ὡς λέγουσιν· οὔτε τὴν ὕλην, οὔτε τεχνιτῶν ὅς τις ἐποίησε ἐγνωσμένον, οὐδὲ ψαυστὸν χειρὸς ἀνθρωπίνης. τοῦτο δὲ πάλαι μὲν ἐξ οὐρανοῦ κατενεχθῆναι λόγος εἰς τινα τῆς Φρυγίας χῶρον, Πεσινοῦς δὲ ὄνομα αὐτῷ, τὴν δὲ προσηγορίαν λαβεῖν τὸν τόπον, ἐκ τοῦ πεσόντος ἀγάλματος ἐξ οὐρανοῦ, καὶ πρῶτον ἐκεῖσε [1] ὀφθῆναι. ὡς δὲ παρ' ἑτέροις εὕρομεν, Ἴλῳ τῷ Φρυγὶ, καὶ Ταντάλῳ τῷ Λυδῷ, πόλεμον ἐκεῖ γενέσθαι λέγουσιν, οἱ μὲν περὶ [2] ὁδῶν, οἱ δὲ περὶ τῆς Γανυμήδους ἁρπαγῆς. ἰσοῤῥόπου δὲ ἐπὶ πολὺ τῆς μάχης γενομένης ἑκατέρωθεν πεσεῖν ἱκανοὺς, καὶ τὴν συμφορὰν ὄνομα δοῦναι τῷ χωρίῳ. ἔνθα καὶ τὸν Γανυμήδην ἁρπασθέντα, ἀφανῆ γενέσθαι λόγος, ἀνθελκόντων αὐτὸν τοῦ ἀδελφοῦ καὶ τοῦ ἐραστοῦ. ἀφανοῦς δὲ γενομένου τοῦ σώματος, ἐκθειασθῆναι τὸ πάθος τοῦ μειρακίου ἐς μῦθον, καὶ τὴν Διὸς ἁρπαγήν. ἐν δὲ τῷ προειρη-

1 Stephanus, ὀφθ[illegible]. 2 Tan. Fab. legit ὅρων.

μένῳ

μένῳ Πεσινοῦντι, πάλαι μὲν Φρύγες ὠργίαζον ἐπὶ τῷ ποταμῷ Γάλλῳ παραῤῥέοντι, ἀφ' οὗ τὴν ἐπωνυμίαν φέρουσιν οἱ τῆς θεῶ τομίαι ἱερωμένοι· ἐπεὶ δὲ Ῥωμαίων ηὔξετο τὰ πράγματα, φασὶν αὐτοῖς χρησθῆναι, μενεῖν τε τὴν ἀρχὴν, καὶ εἰς μέγα προχωρήσειν, εἰ τὴν Πεσινουντίαν θεὸν μεταγάγοιεν ὡς αὐτούς. πέμψαντες δὲ πρέσβεις ἐς Φρύγας, τὸ ἄγαλμα ᾔτουν· ἔτυχον δὲ ῥαδίως, συγγένειαν προβαλλόμενοι, καὶ τὴν ἀπ' Αἰνείου τοῦ Φρυγὸς εἰς αὐτοὺς διαδοχὴν καταλέγοντες. κομισθὲν δὲ ἐπὶ νεὼς τὸ ἄγαλμα, καὶ γενόμενον ἐν ταῖς τοῦ Θύμβρειδος ἐκβολαῖς (ταύταις γὰρ ἀντὶ λιμένων ἐχρῶντο Ῥωμαῖοι) ἔστησε θείᾳ δυνάμει τὸ σκάφος. ἐπιπολὺ δὲ πανδημεὶ τῶν Ῥωμαίων τὴν ναῦν ἐφελκόντων, ἀντεχούσης τῆς ἰλύος, οὐ πρότερον ἡ ναῦς ἀνέδραμε, πρὶν ἢ τὴν [1] ἱέρειαν ἐνεχθῆναι τῆς θεοῦ, ἥτις τῆς Ἑστίας ἦν. ταύτην ἔδει παρθενεύεσθαι· αἰτίαν δὴ διαφθορᾶς εἶχεν, ὡς μέλλουσα δὲ κριθήσεσθαι, ἐκέλευε τὸν δῆμον ἐπιτρέψαι τῇ Πεσινουντίᾳ θεῷ τὴν κρίσιν. καὶ λυσαμένη τὴν ζώνην, ἐπαφῆκε τῇ πρώρᾳ τῆς νεὼς, προσευξαμένη εἰ παρθένος εἴη καὶ ἁγνὴ, [2] πεισθῆναι τὸ σκάφος. ῥαδίως δὲ τῆς ζώνης ἐξηρτημένης, ἡ ναῦς ἠκολούθησεν· ὁμοῦ δὲ τὸ ἐναργὲς τῆς θεοῦ, καὶ τὸ σεμνὸν τῆς

diximus, Pesinunte Phryges olim Orgia colebant, ad ipsum fluvium Gallum, à quo etiam evirati Deæ Sacerdotes cognominantur. Sed ubi res Romana crevit, responso accepto mansurum imperium, atque ad summam auctum iri, si Pesinuntiam Deam ad se transferrent, missi in Phrygiam legati sunt, petitum Deæ simulachrum. Quod quidem facile concessum est, consanguineos se dictantibus, atque oriundos ab Ænea Phryge. Cum itaque navigio devectum simulachrum ad ipsius Tyberis fauces appulisset, quibus tum Romani vice portuum utebantur, confestim divina quadam vi navigium substitit, neque ullis Romani populi certatim trahentis moveri viribus potuit, donec Vestalis sacerdos adesset. Ea cùm virginitatem perpetuo servandam polluisse falsò argueretur, damnationem metuens, supplex petiit à populo ut judicium de se Deæ Pesinuntiæ committerent: quo impetrato, zonam recinxit, clare precata, ut si intemeratam se esse, ac virginem Dea sciret, navim progredi juberet. Quæ ubi dixit, statim alligatam zonam manu ducta navis sequi cœpit. Ita sunt pariter, Romani manifestam numinis divinitatem, at-

1 Gentis ejusdem utraque Claudia fuit, & quæ navem cum sacris matris deûm Ideæ, obhærentem Tiberino vado extraxit, precata propalam ut ita demum sequeretur si sibi pudicitia constaret. *Suetonius in vita Tiberii.*

2 Ut quasi exorari se fineret navigium. σταθῆναι *Steph.*

que innocentiam virginis admirati. Sed hæc hactenus de Peſinuntia Dea, prolixius etiam fortaſſe quam decuit, haud inſuavem tamen ſcientiam allatura iis, qui res Romanas minus cognitas habeant.

XXXVI. Commodus autem evitatis Materni inſidiis, majore ſe cuſtodiâ muniebat, rarus prodire in publicum, plerunque temporis in ſuburbanis, aut in principalibus prædiis procul ab urbe conſumere, abſtinere prorſus ab juriſdictione, omnique actu imperatorio. Per idem tempus accidit, ut ingens Italiam quidem univerſam peſtilentia occuparet, ſed in civitatem Romanam vehementiùs tamen ſæviret, utpote quæ & per ſe populo abundaret, & advenas toto orbe confluentes exciperet. Quare magna jumentorum atque hominum ſtrages conſecuta. Tum Commodus (ita ſcilicet quidam medicinæ periti perſuaſerant) Laurentum ſeceſſit, quod frigidior ea regio ſit, ſylviſque è lauro permultis opaca, à quo etiam regioni inditum nomen. Valere enim plurimum aiebant ad aëris evitandam contagionem, cùm odores laurorum, tum ipſarum amœnitatem umbrarum. Quocirca in ipſa quoque urbe de medicorum ſententia, plerique unguentis ſuaviſſimis nares atque aures opple-

παρθένου, Ῥωμαῖοι ἐθαύμασαν. τοσαῦτα μὲν δὴ τῆς Πεσσινουντίας θεοῦ φιλοτιμότερον ἱστορείσθω, οὐκ ἄχαριν ἕξοντα γνῶσιν τοῖς τὰ Ῥωμαίων οὐκ ἀκριβοῦσιν.

λδʹ. Ὁ δὲ Κόμμοδος ἐκφυγὼν τὴν Ματέρνου ἐπιβουλήν, πλείονί τε περὶ αὑτὸν ἐχρῆτο φρουρᾷ, καὶ σπανίως τοῖς δήμοις ἐπεφαίνετο, τὰ πλεῖστα ἐν προαστείοις, καὶ τοῖς ἀπωτέρω τῆς πόλεως βασιλικοῖς κτήμασι διατρίβων, καὶ ἑαυτὸν δικαστηρίων ἀπείργων, καὶ βασιλικῶν πράξεων. συνέβη δὲ κατ' ἐκεῖνο καιροῦ λοιμώδη νόσον κατασχεῖν τὴν Ἰταλίαν. μάλιστα δὲ τὸ πάθος τῇ Ῥωμαίων πόλει ἤκμασεν, ἅτε πολυανθρώπῳ τε οὔσῃ, καὶ τοὺς πανταχόθεν ὑποδεχομένῃ. πολλή τέ τις φθορὰ ἐγίνετο ὑποζυγίων ἅμα καὶ ἀνθρώπων. τότε ὁ Κόμμοδος, συμβουλευσάντων αὐτῷ τινων ἰατρῶν, εἰς τὸ Λαύρεντον ἀνεχώρησεν, εὐψυχέστερον γὰρ τὸ χωρίον καὶ μεγίστοις κατάσκιον δαφνηφόροις ἄλσεσιν (ὅθεν καὶ τὸ ὄνομα τοῦ χωρίῳ) [1] σωτήριον εἶναι ἐδόκει, καὶ πρὸς τὴν τοῦ ἀέρος φθορὰν ἀντέχειν ἐλέγετο, εὐωδίᾳ τε τῇ τῶν δαφνῶν ἀποφορᾶς, καὶ [2] τῆς τῶν δένδρων ἡδείας σκιᾶς. ἀλλὰ καὶ οἱ κατὰ τὴν πόλιν, κελευόντων τῶν ἰατρῶν, μύρου εὐωδεστάτου τάς τε ὀσφρήσεις, καὶ τὰ ὦτα ἐνεπίμπλασαν.

---

1 Melius fortaſſe σωτηρεῖον, inſolentior enim eſt iſtiuſmodi formatio à τηρίῳ.

2 Scr. Ταῖς τῶν δένδρων ἡδείαις σκιαῖς. Aliter juſtâ conſtructionis lege ad [εὐωδίᾳ] referri debet. Ecquis vero ſenſu adeo ſubtili, ut etiam umbras ſubodoretur?

θυμί-

θυμιάμασί τε καὶ ἀρώμασι συνεχῶς ἐχρῶντο, φασκόντων τινῶν, τὴν εὐωδίαν φθάσασαν ἐμπιπλᾶναι τοὺς πόρους τῶν αἰσθήσεων, καὶ κωλύειν δέχεσθαι τὸ φθινῶδες τοῦ ἀέρος. ἢ εἰ καί τι προσεμπέσοι, καταλγάζεσθαι δυνάμει κρείττονι. πλὴν οὐδὲν ἧττον ἡ νόσος ἐπὶ πλεῖστον ἤκμασε, πολλῆς ἀνθρώπων φθορᾶς γινομένης, πάντων τε ζώων τοῖς ἀνθρώποις συνοίκων.

λζʹ. [1] Ὑπέσχε δὲ κατ' αὐτὸ καὶ λιμὸς τὴν πόλιν, ἐξ αἰτίας τοιαύτης. [2] Κλέανδρός τις ἦν, τὸ μὲν γένος Φρύξ, τῶν δημοσίᾳ εἰωθότων ὑπὸ κήρυκι πιπράσκεσθαι· οἰκέτης δὲ βασιλικὸς γενόμενος, συναυξηθείς τε τῷ Κομμόδῳ, εἰς τοσοῦτο ὑπ' αὐτοῦ τιμῆς καὶ ἐξουσίας προήχθη, ὡς τήν τε τοῦ σώματος φρουρὰν, καὶ τὴν τοῦ θαλάμου ἐξουσίαν, τήν τε τῶν στρατῶν ἀρχὴν ἐγχειρισθῆναι. ὑπὸ δὲ πλούτου καὶ τρυφῆς ἀνεπείσθη καὶ πρὸς βασιλείας ἐπιθυμίαν. ἀθροίζων δὲ χρήματα, καὶ σῖτου πλεῖστον συνωνούμενος, καὶ ἀποκλείων, ἤλπιζε προσάξεσθαι τόν τε δῆμον καὶ τὸ στρατόπεδον, [3] εἰ πρότερον ἐν σπάνει τῶν ἐπιτηδείων καταστήσας, ἐπιδόσεσι λαμπραῖς, ἁλόντας, πόθῳ τοῦ χρειώδους προσαγάγοιτο. μέγιστον δὲ γυμνάσιον κατασκευάσας λουτρὸν δη-

bant, ſuffituque & odoramentis aſſidue utebantur, quod meatus ſenſuum (ut quidam dicunt,) odoribus illis occupati, neque admittant aëra tabificum: & ſi maxime admiſerint, tamen eum majore quaſi vi longe ſuperari. Cæterum nihilo ſecius morbus ingraveſcere, homineſque paſſim & pecora inter homines agitantia interire.

XXXVII. Sed & fames eodem tempore civitatem oppreſſerat, hac de cauſa. Cleander erat quidam Phryx genere, ex ea nota hominum, qui publicè per præconem veneunt. Hic cum in domum imperatoriam ſervitio eſſet traditus, & cum ipſo Commodo accreviſſet, eo ſcilicet honoris atque autoritatis provectus eſt, ut & corporis cuſtodiam, & cubiculi curam, præterea militum præfecturam ſolus obtineret. Cæterum divitiæ ac luxus, etiam illum ad imperii ſpem inſtigabant. Quocirca grandi coacta pecunia plurimnm frumenti coëmit. Id autem occluſum habebat, ſperans ſibi Romani populi, atque exercitûs voluntates, adjuncturum, ſi prius rerum neceſſariarum penuriâ laborantes magnis repente largitionibus demereretur. Idem gymnaſium quoque maximum exædificaverat, publicatis etiam

1 Scrib ἐπέσχε.

2 Vide Xiphil. in excerptis Dionis, καὶ ἐπράθη μετὰ τῶν ὁμοδούλων, &c.

3 Zonaras frumenti penuriam Cleandro non aſcribit. Σιτοδείας γὰρ, inquit, ἐν Ῥώμῃ συμβάσης, πλέον αὐτὴν Παπίριος Διονύσιος ἐπὶ τοῦ σίτου τεταγμένος ἐπέτεινεν, ὡς ἂν τὸν Κλέανδρον μισήσωσί τε καὶ διαφθείρωσι, ὡς αἴτιον τοῦ κακοῦ διὰ κλέμματα.

balneis,

balneis, ut eo modo populum inescaret.

XXXVIII. At Romani infensi jampridem, ac totius caussam pestilentiæ in eum conferentes, simul perosi hominem divitiis inexplebilem, prius quidem confertim per theatra identidem traducebant. Deinde agente in suburbanis Commodo repente universi magnis clamoribus concurrerunt, Cleandrum ad necem deposcentes. Cum autem suburbanum omne tumultu compleretur, & Commodus ipse in alto secessu voluptatibus indulgeret, inscius quæ gererentur (nam id Cleander caverat) repente extra omnium expectationem armati equites principis eruperunt, Cleandri jussu proruentes in obvium quenque, ac vulnerantes. Neque scilicet populus excipere illorum impetum valebat, inermis armatorum, pedester equitum. Quare fuga facta in urbem rejiciuntur: ibique permulti, neque modo quos ferro milites conficiebant, neci dediti, sed quos etiam ipsi proculcaverunt equites, quique aut confertâ turbâ, aut equitum incursu conflictabantur. Igitur ad urbis portas sine ullo impedimento persecuti, magnam populi partem interfecerunt. Qui autem in urbe remanserant, calamitate suorum intellecta,

μόνον ἀνῆκεν αὐτοῖς. ὁ μὲν οὖν οὕτω τὸν δῆμον ἐδελέαζεν.

λη'. Οἱ δὲ Ῥωμαῖοι, ἀπεχθῶς ἔχοντες πρὸς αὐτὸν, καὶ τῶν δεινῶν τὰς αἰτίας εἰς ἐκεῖνον ἀναφέροντες, μισοῦντες αὐτοῦ [1] τὸ ἀκόρεστον τῆς τοῦ πλούτου ἐπιθυμίας, τὰ μὲν πρῶτα ἐν θεάτροις συνιστάμενοι, κατὰ πλήθη, κακῶς ἠγόρευον. καὶ τὸ τελευταῖον, διάγοντι ἐν προαστείῳ τῷ Κομμόδῳ, ἐπελθόντες πανδημεὶ ἐβόων, καὶ τὸν Κλέανδρον εἰς θάνατον ᾔτουν· ταραχῆς δ' οὔσης περὶ τὸ προάστειον, τοῦ τε Κομμόδου ἐν τοῖς ἀνακεχωρηκόσι τόποις ἡδοναῖς σχολάζοντος, ἀγνοοῦντός τε τὰ θρυλλούμενα, ἐπείπερ ὁ Κλέανδρος ἀγγέλλεσθαί τι τῶν πραττομένων ἐκώλυεν αὐτῷ, αἰφνιδίως οὐ προσδοκώντων τῶν δήμων, ἐπιφαίνονται ὡπλισμένοι, κελεύσαντος τοῦ Κλεάνδρου. πάντες δὲ οἱ βασίλειοι ἱππεῖς, τούς τε ἐντυγχάνοντας ἔβαλλον, καὶ ἐτίτρωσκον. ὁ δὲ δῆμος οὐδὲ ἀντιστῆναι οἷός τε ἦν, ἄνοπλοι πρὸς ὡπλισμένους, καὶ πεζοὶ πρὸς ἱππεῖς. τροπῆς δὲ γινομένης, ἔφευγον εἰς τὴν πόλιν. ἐφθείρετο δὲ ὁ δῆμος οὐ μόνον βαλλόμενος ὑπὸ τῶν στρατιωτῶν, οὐδὲ πατούμενος ὑπὸ τῶν ἵππων, ἀλλὰ καὶ ὑπὸ τοῦ πλήθους ὠθούμενος. καὶ ὑπὸ τῶν ἱππέων ἐπάλληλοι πίπτοντες, πολλοὶ ἀπώλοντο. μέχρι μὲν οὖν τῶν τῆς Ῥώμης πυλῶν, ἀκωλύτως οἱ ἱππεῖς διώκοντες τοὺς ἐμπίπτοντας ἀφειδῶς ἀνῄρουν. ἐπεὶ δὲ οἱ ἐν τῇ πόλει μείναντες, αἰσθόμενοι τὸ καταλειφθὸς

1 Omnia Cleander pecunia venditabat. *Lamprid.*

πάθος,

πάθος, ἀποκλείσαντες τὰς τῶν οἰκιῶν εἰσόδους, εἴς τε τὰ δωμάτια ἀναβάντες λίθοις καὶ κεράμοις ἔβαλλον τοὺς ἱππεῖς. οἱ δὲ ἔπασχον, ἅπερ δεδράκεσαν, οὐδενὸς μὲν αὐτοῖς συστάδην μαχομένου, τοῦ δὲ πλήθους ἐξ ἀσφαλῶς ἤδη βάλλοντος αὐτούς. τιτρωσκόμενοι τοίνυν, καὶ μὴ φέροντες, ἐς φυγὴν ἐτράπησαν. πολλοὶ δὲ αὐτῶν διεφθείροντο ὑπό τε τῆς τῶν λίθων συνεχοῦς βολῆς. οἱ δὲ ἵπποι κυλινδουμένοις τοῖς λίθοις ἐπιβαίνοντες, ὠλίσθανον, καὶ τοὺς ἐπιβάτας ἀπωθοῦντο. πολλῶν δὲ ἑκατέρωθεν πιπτόντων, ἐπεβοήθουν τῷ δήμῳ καὶ οἱ τῆς πόλεως πεζοὶ στρατιῶται, μίσει τῶν ἱππέων.

λθʹ. Ὄντος δὲ πολέμου ἐμφυλίου, ἄλλος μὲν οὐδεὶς ἀγγεῖλαι τὰ πραττόμενα τῷ Κομμόδῳ ἐβούλετο, δέει τῆς Κλεάνδρου ἐξουσίας.[1] ἡ δὲ πρεσβυτάτη τῶν Κομμόδου ἀδελφῶν (Φαδίλλα ἦν ὄνομα αὐτῇ) εἰσδραμοῦσα πρὸς τὸν βασιλέα (ῥᾳδία δὲ ἡ εἴσοδος αὐτῇ, καὶ ἀκάλυτος, ἅτε ἀδελφῇ) λυσαμένη τὰς τρίχας, ῥίψασά τε εἰς τὴν γῆν ἑαυτὴν, οὐδὲν ἀλλ' ἢ πένθους σχῆμα δείξασα· σὺ μὲν, ἔφη, ὦ βασιλεῦ, μένων ἐπὶ ἡσυχίᾳ, τῶν πραττομένων ἀγνοίᾳ, ἐσχάτῳ καθέστηκας κινδύνῳ· ἡμεῖς δὲ τὸ σὸν γένος, ὅσον οὐδέπω ἀπολλύμεθα. οἴχεται δέ σοι ὅ, τε δῆμος Ρωμαίων, καὶ τὸ πλεῖστον τοῦ στρατιωτικοῦ.

clausis domibus cum in tecta & culmina evasissent, lapidibus tegulisque equites desuper incessebant. Itaque statim conversa fortuna est, nullo manibus decertare auso, sed omni multitudine desuper quasi ex tuto dimicante. Quocirca saucii magna pars cum tolerare jam ulterius nequirent, terga fugæ mandarunt. Multi itaque cadebant crebro telorum jactu: multi equis excutiebantur, inter devolutos lapides fallente vestigio lapsantibus. Sed & pedites, qui in urbe stationes habebant, populo suppetias adversus invisos sibi equites raptim tulerunt.

XXXIX. Itaque cum civile bellum esset, nemo tamen quæ gererentur nunciare Commodo audebat, metu Cleandri potentiæ. Donec maxima natu soror Fadilla nomine, accurrens ad imperatorem (quippe facilis aditus sorori) crinibus solutis projecta humi, ac plane in lugubrem habitum deformata. Tu quidem, inquit, ô Princeps, otium agitans, & omnium quæ gerantur ignarus, extremo in periculo versaris. Nos autem sanguis tuus, propemodum occidimus. Actum de populo Romano, actum magna ex parte etiam de exercitu est: & quæ

1 Narrat Xiphilinus rem Commodo delatam à Marcia pellice. Porro Cleandri interitum aliunde repetit Lampridius, ob interfectum sc. Antoninum, fictis in illum criminibus. Sed in uno homine tot flagitiorum consensus, historicorum dissidiis causam dedit.

ne

ne à barbaris quidem nos paſſuros expectabamus, ea nobis domeſtici faciunt: & in quos maxima contuliſti beneficia, eos primos inimicos habes. Cleander adverſus te populum & exercitum armavit: quorumque alteris inviſus eſt, alteris charus, utrique tamen in armis ſunt, cædem inter ſe patrant, & civili ſanguine Romam replent. Sed in nos videlicet utriuſque multitudinis recidet calamitas. Niſi tu quamprimum neci dedideris ſceleratiſſimum famulum, qui tantæ cladis illis jam fuit, nobis mox futurus eſt autor.

XL. Hæc loquens, veſtem ſcidit, multique item qui aderant, ſumptâ de verbis mulieris audaciâ, Commodum territabant. Is expavefactus, cum jam non ut impendens, ſed ut præſens periculum formidaret, acciri ad ſe Cleandrum propere jubet, nihil dum certi ſcientem, ſed tamen aliquid ſuſpectantem imperatori renunciatum. Accedentemque ad ſe, imperat comprehendi, & caput ejus amputatum, contoque præfixum circumferri, voluptuoſum ſcilicet atque optatum populo ſpectaculum præbiturus.

XLI. Ita id malum ſedatum, atque utrinque dimicatio dirempta. Siquidem milites cum occiſum viderent, pro quo decertabant, iram quoque imperatoris formidabant cui verba data, nihilque non factum contra illius ſententiam compererant.

ἃ δὲ πρὸς μηδενὸς βαρβάρων πείσεσθαι προσεδοκῶμεν, ταῦτα δρῶσιν ἡμᾶς οἱ οἰκέται. καὶ οὓς μάλιστα εὐηργέτησας, τούτους ἐχθροὺς ἔχεις. Κλέανδρος ἐπὶ σὲ τόν τε δῆμον, καὶ τὸ στρατιωτικὸν ὥπλισεν. ἐκ δὲ διαφόρου, καὶ ἐναντίας γνώμης, οἱ μὲν μισοῦντες αὐτὸν, ὁ δῆμος, οἱ δὲ στέργοντες, πᾶν τὸ ἱππικὸν τάγμα, ἐν ὅπλοις εἰσί. καὶ φθείροντες ἀλλήλους, ἐμφυλίου αἵματος τὴν Ῥώμην ἐπλήρωσαν. τὰ δ' ἑκατέρου τοῦ πλήθους δεινὰ ἡμᾶς περιλήψεται, εἰ μὴ τὴν ταχίστην πρὸς τὸν θάνατον ἐκδώσεις πονηρὸν οἰκέτην, ὀλέθρου τοσούτου τοῖς μὲν αἴτιον ἤδη γεγονότα, ἡμῖν δὲ ἐσόμενον ὅσον οὐδέπω.

μ'. Τοιαῦτά τινα εἰποῦσα, ἐῤῥηξαμένη τε τὴν ἐσθῆτα, καὶ τῶν παρόντων τινὲς θαῤῥήσαντες τοῖς τῆς ἀδελφῆς τοῦ βασιλέως λόγοις, τὸν Κόμμοδον ἐτάραξαν. ἐκπλαγεὶς ἐκεῖνος, τόν τε ἐπικείμενον κίνδυνον οὐ μέλλοντα, ἀλλὰ παρόντα ἤδη φοβηθεὶς, μεταπέμπεται τὸν Κλέανδρον, οὐδὲν μέν τοι εἰδότα τῶν ἀπηγγελμένων, οἰόμενον δέ. ἐλθόντα δ' αὐτὸν συλληφθῆναι κελεύει. καὶ τὴν κεφαλὴν ἀποτεμὼν, δόρατί τε ἐπιμήκει ἐγκαταπήξας, ἐκπέμπει τερπνὸν καὶ ποθεινὸν τῷ δήμῳ θέαμα.

μα'. Ἔστη γὰρ οὕτω τὸ δεινὸν, καὶ ἑκάτεροι πολεμοῦντες ἐπαύσαντο, οἱ μὲν στρατιῶται ἀνῃρημένον ἰδόντες, ὑπὲρ οὗ ἐμάχοντο, δέει τῆς τοῦ βασιλέως ὀργῆς. (συνίεσαν γὰρ ἐξηπατῆσθαι, καὶ τὰ δραθέντα παρὰ γνώμην αὐτοῦ τετολμηκέναι) ὁ δὲ

δήμους κατόρθωσε, τιμωρίαν παρὰ τοῦ τὰ δεινὰ δράσαντος εἰληφώς. προσαπώλεσαν δὲ καὶ τοὺς παῖδας τοῦ Κλεάνδρου (δύο δὲ ἦσαν ἄρρενες αὐτῷ.) πάντας τε ὅσους ᾔδεσαν ἐκείνῳ φίλους, διεχειρίσαντο σύροντές τε τὰ σώματα, καὶ πᾶσαν ὕβριν ἐνυβρίσαντες. τέλος, λελωβημένους εἰς τοὺς ὀχετοὺς ἔρριψαν φέροντες. τοιούτῳ μὲν δὴ τέλει Κλέανδρός τε καὶ οἱ περὶ αὐτὸν ἐχρήσαντο, φιλοτιμησαμένης, ὡς ἄν τις εἴποι, τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως, ἐν ἑνὶ δεῖξαι, ὅτι ἐκ τῆς ἐσχάτης εὐτελείας εἰς τὸ μέγιστον ὕψους ἆραι, καὶ πάλιν τὸν ἀρθέντα ῥῖψαι, ὀλίγη καὶ ἀνέλπιστος δύναται τύχης ῥοπή.

μβ'. Ὁ δὲ Κόμμοδος, δεδιὼς μὲν τὴν τοῦ δήμου κίνησιν, μή τι καὶ περὶ αὐτοῦ νεωτερίσειεν, ὅμως δὲ παρορμησάντων αὐτὸν τῶν οἰκείων, κατελθὼν ἐς τὸ ἄστυ, μετὰ πάσης εὐφημίας τε καὶ παραπομπῆς τοῦ δήμου ὑποδεχθεὶς, εἰς τὴν βασίλειον ἐπανῆλθεν αὐλήν. πειραθεὶς δὲ τοσούτων κινδύνων, ἀπίστως προσεφέρετο πᾶσιν, [1] ἀφειδῶς τε φονεύων, καὶ πάσαις διαβολαῖς ῥᾳδίως πιστεύων, μὴ δέ τινα προσιέμενος τῶν λόγου ἀξίων· ἀλλὰ τῆς μὲν περὶ τὰ καλὰ σπουδῆς ἀπῆγεν ἑαυτὸν, ἐδεδούλωντο δὲ πᾶσαν αὐτοῦ τὴν ψυχὴν, νύκτωρ τε καὶ μεθ' ἡμέραν ἐπάλληλοι, καὶ ἀκόλαστοι σώματος ἡδοναί. καὶ σώφρων μὲν πᾶς, καὶ παιδείας κἂν μετρίως μεμυημέ-

Populus contrà satisfactum sibi autoris supplicio putabat. Sed & liberi Cleandri (binos enim virilis sexûs habebat) & quotquot illius amici fuerant, ad unum omnes contrucidati: tractaque per urbem cadavera, & contumeliosissime habita, postremo in cloacas abjecta. Hæc finis Cleandri fatorum fuit, quasi in uno illo velut ambitiosius ostentaret natura (ut sic dixerim) humana posse ex infimo loco ad supremum fastigium evehi hominem, atque evectum dein rursum deturbari quamlibet exiguo atque inspetato fortunæ momento.

XLII. Cæterum Commodus, tametsi verebatur ne quid fortasse populus etiam contra se novi moliretur; tamen suadentibus amicis in urbem reversus est. Ac lætis acclamationibus magnoque comitatu exceptus, in aulam principalem se contulit. Enimverò ex illo tot aditis jam periculis, cœpit nulli satis confidere: sed occidere hunc atque illum, nulli non calumniæ fidem accommodans. Ad hæc neminem, cui virtus ulla esset, amicum sibi adjungebat, sed à cunctis æquè rectis studiis animum avocaverat. Quippe quem die nocteque aliæ ex aliis effrenæ corporis voluptates gravissimo servitio premebant, neminemque non ab limine velut insidiatorem submovebat, quemcunque

1 Finxisse etiam quandam contra se conspirationem dicitur ut multos occideret. *Lamprid.*

aut probitas, aut disciplina ulla etiam mediocris illustraret.

XLIII. Scurræ vero, & qui turpissima quæque repræsentabant, quasi addictum sibi habebant. Aurigando etiam, bestiisque conficiendis supra modum exercebatur: ob quæ studia adulatores eum fortitudinis gloriâ celebrabant, quare illa minus decorè tractabat, quam modesto principi conveniebat.

XLIV. Extitere ea tempestate etiam quædam in cœlo prodigia, stellæ enim per diem perpetuo apparuerunt, quædamque ex iis in longum productæ, medio quasi aëre suspensæ videbantur. Præterea animalia genus omne, minime suam naturam servantia, cum figura corporis prodigiosa, tum membris haudquaquam congruentibus edebantur. Maximum autem nefas cum in præsens dolorem attulit, tum in futurum pessimo augurio universos conterruit. Nam cum neque imbres ulli, neque nubes, tantumque exiguus terræ motus antecessisset, seu nocturni casu fulminis, sive igni aliquo in ipso terrarum motu velut extrito, totum de improviso Pacis templum consumptum incendio est, quod unum scilicet opus cunctorum totâ urbe maximum fuit atque pulcherrimum: idem templorum omnium opulentissimum egregieque munitum, multoque or-

νος, τῆς αὐλῆς ὡς ἐπίβουλος ἐδιώκετο.

μγ'. Γελωτοποιοὶ δὲ καὶ τῶν αἰσχίστων ὑποκριταὶ, εἶχον αὐτὸν ὑποχείριον. ἁρμάτων τε ἡνιοχείαις, καὶ θηρίων ἐξ ἀντιστάσεως μάχαις ἐπαιδεύετο, τῶν μὲν κολάκων εἰς ἀνδρείας δόξαν αὐτὰ ὑμνούντων, τῶν δὲ ἀπρεπέστερον μετιόντος ἢ βασιλεῖ σώφρονι ἥρμοζεν.

μδ'. Ἐγένοντο δέ τινες κατ' ἐκεῖνο καιροῦ καὶ διοσημίαι. ἀστέρες γὰρ ἡμέριοι συνεχῶς ἐβλέποντο, [1] ἕτεροί τε εἰς μῆκος κεχαλασμένοι, ὡς ἐν μέσῳ ἀέρι κρέμασθαι δοκεῖν· ζῶά τε παντοῖα, καὶ τὴν ἑαυτῶν φύσιν μὴ τηροῦντα, σχήμασί τε ἀλλοδαποῖς καὶ μέρεσι σώματος ἀναρμόστοις πολλάκις ἀπεκυήθη. μέγιστον δὲ δεινὸν καὶ τὸν παρόντα καιρὸν ἐλύπησε, καὶ πρὸς τὸ μέλλον, οἰωνίσματι καὶ φαύλῳ συμβόλῳ χρωμένους πάντας ἐτάραξεν· οὔτε γὰρ ὄμβρου προϋπάρξαντος, οὔτε νεφῶν ἀθροισθέντων, σεισμοῦ δὲ ὀλίγου προγενομένου γῆς, εἴτε σκηπτοῦ νύκτωρ κατενεχθέντος, εἴτε καὶ πυρός ποθεν ἐκ τοῦ σεισμοῦ διαρραγέντος, [2] πᾶν τὸ τῆς Εἰρήνης τέμενος κατεφλέχθη, μέγιστον καὶ κάλλιστον γενόμενον τῶν ἐν τῇ πόλει ἔργων. πλουσιώτατον δὲ ἦν πάντων ἱερῶν διὰ ἀσφάλειαν ἀναθήμασι [3] κεκοσμημέ-

1 Crinita stella apparuit. Lampr. quem pariter & Zonaram consule de cæteris prodigiis.

2 Εἰρηναῖον Xiph. qui circa finem Commodi, damnorum, quibus pop. R. istud affecerat incendium, fusiorem exhibet ὑποτύπωσιν.

3 Leg. κεκοσμημένον.

νων

νων χρυσοῦ τε καὶ ἀργύρου, ἕκαστος δὲ, ἃ εἶχεν, ἐκεῖσε ἐθησαυρίζετο. ἀλλὰ τὸ πῦρ ἐκ τῆς νυκτὸς, πολλοὺς ἐκ πλουσίων πένητας ἐποίησεν. ὅθεν ὠλοφύροντο κοινῇ μὲν πάντες τὰ δημόσια, ἕκαστος δὲ τὰ ἴδια αὐτοῦ.

με΄. Καταφλέξαν δὲ τὸ πῦρ τόν τε νεὼν, καὶ πάντα τὸν περίβολον, ἐπενεμήθη καὶ τὰ πλεῖστα τῆς πόλεως καὶ κάλλιστα ἔργα. ὅτε καὶ τῆς Ἑστίας τοῦ νεὼ καταφλεχθέντος ὑπὸ τοῦ πυρὸς, γυμνωθὲν ὤφθη [1] τὸ τῆς Παλλάδος ἄγαλμα, ὃ σέβουσι καὶ κρύπτουσι Ῥωμαῖοι, κομισθὲν ἀπὸ Τροίας, (ὡς λόγος) ὅτε πρῶτον καὶ μετὰ τὴν ἀπ᾽ Ἰλίου εἰς Ἰταλίαν ἄφιξιν, εἶδον οἱ καθ᾽ ἡμᾶς ἄνθρωποι. ἁρπάσασαι γὰρ τὸ ἄγαλμα αἱ τῆς Ἑστίας ἱέρειαι παρθένοι, διὰ μέσης τῆς ἱερᾶς ὁδοῦ, εἰς τὴν τοῦ βασιλέως αὐλὴν μετεκόμισαν. κατεφλέχθη δὲ καὶ πλεῖστα ἄλλα τῆς πόλεως μέρη κάλλιστα. ἱκανῶν τε ἡμερῶν πάντα ὅπιὸν τὸ πῦρ ἐπεβόσκετο. οὐδὲ πρότερον ἐπαύσατο πρὶν ἢ κατενεχθέντες ὄμβροι ἐπέσχον αὐτοῦ τὴν ὁρμήν.

μς΄ Ὅθεν καὶ τὸ πᾶν ἔργον ἐξεθειάσθη, πιστευόντων κατ᾽ ἐκεῖνο καιροῦ τῶν τότε ἀνθρώπων, ὅτι γνώμῃ θεῶν καὶ δυνάμει ἤρξατό τε τὸ πῦρ, καὶ ἐπαύσατο. συνέβαλλοντο δέ τινες ἐκ τῶν κατειληφότων, πολέμων σημεῖον εἶναι, τὴν τοῦ νεὼ τῆς Εἰρήνης ἀπώλειαν. τὰ γοῦν ἀκολουθήσαντα, (ὡς ἐν

natum auro & argento. Quippe universi ferme suas illic divitias quasi in thesaurum congerebant: ideoque per noctem debacchatus ignis, multos ex opulentis egenos reddidit. Quapropter communem quidem jacturam publicè omnes, suam autem quisque privatim deplorabant.

XLV. Sed ubi templum omne consumptum ignibus est, plurima quoque & pulcherrima urbis ædificia conflagrarunt. Inter quæ etiam Vestæ templum, sic ut Palladium quoque conspiceretur: quod in primis colunt, atque in arcano habent Romani, Trojâ (ut perhibent) avectum, ac tum primum postquam in Italiam devenit, conspectum ab hominibus. Quippe raptum id Vestales virgines mediâ Sacrâ viâ in aulam Imperatoris transtulerunt. Multæ præterea pulcherrimæque urbis partes combustæ: plurimosque dies pervagatum incendium, non prius sedatum est, quam repentinis imbribus extingueretur.

XLVI. Itaque totam rem Diis imputabant ejus ætatis mortales, quorum scilicet voluntate & inchoasse incendium, & desiisse arbitrabantur: ac portendi bella, quæ sunt deinceps insecuta, consumpto Pacis templo, interpretabantur. Quam deinceps famam rerum eventus comprobavit.

1 Palladium & dii penates Trojâ avecti, fatale pignus imperii colebantur, ad quod nulli hominum nisi vestalibus & Pontificibus adire fas erat *Alex. ab Alex. genial. dierum lib. 5. cap. 12.*

Enimvero plurimis maximisque incommoditatibus laborante civitate, non jam ut antea multitudo, benevolè Commodum aspicere, sed referre omnes ejus calamitatis causam in illius injustos actus, & reliqua vitæ crimina. Siquidem neque latebant populum scelera hominis, neque latere ipse volebat: sed quæ domi non sine infamia patrabantur, ea etiam in publicum ostentare haud verebatur, eoque vecordiæ petulantiæque processit, ut paternum primò cognomen repudiaret, ac pro Commodo Marci filio, Herculem se Jovis filium jusserit appellari: depositoque principum Romanorum cultu, leonis pellem substerneret, manuque clavam gestaret: simul purpureas sibi atque auro intextas vestes circundaret, non sine omnium irrisione. Quippe eodem schemate & fæminarum luxum, & heroum virtutem repræsentabat. Talem se videlicet quotidie præstabat. Idemque mensium nomina demutavit, ac pro vetustis appellationibus novas de

τοῖς ἑξῆς ἐροῦμεν) ἐκ τῆς ἀποβάσεως τὴν προϋπάρχουσαν φήμην ἐπιστώσατο. πολλῶν δὴ καὶ δεινῶν συνεχῶς κατειληφότων τὴν πόλιν, [1] οὐκέτι ὁ Ῥωμαίων δῆμος μετ' εὐνοίας τὸν Κόμμοδον ἐπέβλεπεν· ἀλλὰ καὶ τὰς αἰτίας τῶν ἐπαλλήλων συμφορῶν εἰς τοὺς ἐκείνου ἀκρίτους φόνους, καὶ τὰ λοιπὰ τοῦ βίου ἀνέφερεν ἁμαρτήματα. οὐδὲ γὰρ ἐλάνθανε τὰ πραττόμενα πάντας, ἀλλὰ οὐδὲ αὐτὸς λανθάνειν ἤθελεν. ἃ δὲ πράττων οἴκοι διεβάλλετο, ταῦτα καὶ δημοσίᾳ δεῖξαι ἐτόλμησεν· εἰς τοσοῦτόν τε μανίας καὶ παροινίας προὐχώρησεν, ὡς πρῶτον μὲν τὴν πατρῴαν προσηγορίαν παραιτήσασθαι, ἀντὶ δὲ Κομμόδου, καὶ Μάρκου υἱοῦ, [2] Ἡρακλέα τε καὶ Διὸς υἱὸν αὐτὸν κελεύσας καλεῖσθαι. ἀποδυσάμενός τε τὸ Ῥωμαίων καὶ βασίλειον σχῆμα, λεοντῆν ὑπεστρώννυτο, καὶ [3] ῥόπαλον μετὰ χεῖρας φέρειν, ἀμφιέννυτό τε ἁλουργεῖς καὶ χρυσοϋφεῖς ἐσθῆτας, ὡς εἶναι καταγέλαστον αὐτὸν, καὶ ὑφ' ἑνὶ σχήματι θηλειῶν πολυτέλειαν καὶ ἡρώων ἰσχὺν μιμούμενον. τοιοῦτος μὲν δὴ προϊὼν ἐφαίνετο. ἤλλαξε δὲ καὶ τῶν [4] ἐνιαυσιαίων μηνῶν τὰ ὀνόματα, ὅσα μὲν ἀρχαῖα καταλύσας, πάντας δὲ ταῖς ἑαυτοῦ

1 Ην δὲ ἁπάντων νοσημάτων καὶ κακουργημάτων χαλεπώτερος Ῥωμαίοις ὁ Κόμμοδος. *Xiphil.*

2 Appellatus est etiam Romanus Hercules, quod feras Lanuvii in amphitheatro occidisset. *Lamprid.*

3 Ἡρακλέος ῥοπάλῳ παίων ἀπέκτεινε. *Zonaras.*

4 Quorum series ita se habet Ἀμαζόνιος, Januarius, & sic deinceps. Ἀνίκητος, Εὐτυχὴς, Εὐσεβὴς, Λούκιος, Αἴλιος, Αὐρήλιος. Κόμμοδος. Αὔγουστος, Ἡράκλειος, Ῥωμαῖος. Ὑπεραίρων. Quanquam ordinem hunc interturbat Casaubonus, & Commodianum annum à primo prænomine, Lucio sc. auspicari contendit. Dioni & Zonaræ secum in hoc calculo magis convenit.

προση-

προσηγορίαις ὀνομασίαις. ὧν αἱ πλεῖσται εἰς Ἡρακλέα δῆθεν, ὡς ἀνδρειότατον, ἀνεφέροντο. ἔστησε δὲ καὶ ἀνδριάντας αὐτοῦ κατὰ πᾶσαν τὴν πόλιν, ἀλλὰ μὴν καὶ ἀντικρὺ τοῦ τῆς συγκλήτου συνεδρίου τόξον διηγκυλημένον· ἐβούλετο γὰρ δὴ καὶ τὰς εἰκόνας αὐτοῦ φόβον ἀπειλεῖν. Τὸν μὲν οὖν ἀνδριάντα μετὰ τὴν ἐκείνου τελευτὴν καθελοῦσα ἡ σύγκλητος, Ἐλευθερίας εἰκόνα ἱδρύσατο.

μζʹ. Ὁ δὲ Κόμμοδος μηκέτι κατέχων ἑαυτοῦ δημοσίᾳ θέας ἐπετέλεσεν, ὑποσχόμενος τά τε θηρία πάντα ἰδίᾳ χειρὶ κατακτείνειν, καὶ τοῖς ἀνδρειοτάτοις τῶν νεανιῶν μονομαχήσειν. διαδραμούσης δὲ τῆς φήμης, συνέθεον ἔκ τε τῆς Ἰταλίας πάσης καὶ τῶν ὁμόρων ἐθνῶν, θεασόμενοι ἃ μὴ πρότερον μήτε ἑωράκεσαν, μήτε ἠκηκόεσαν. καὶ γὰρ διηγγέλλετο αὐτοῦ τῆς χειρὸς τὸ εὔστοχον, καὶ ὅτι ἔμελεν αὐτῷ ἀκοντίζοντι καὶ τοξεύοντι μὴ πταίειν. συνῆσαν δὲ παιδεύοντες αὐτὸν Παρθυαίων οἱ τοξικὴν ἀκριβοῦντες, καὶ Μαυρουσίων οἱ ἀκοντίζειν ἄριστοι, οὓς πάντας εὐχειρίᾳ ὑπερέβαλλεν· ἐπεὶ δὲ κατέλαβον αἱ τῆς θέας ἡμέραι, τὸ μὲν ἀμφιθέατρον πεπλήρωτο. τῷ δὲ Κομμόδῳ περίδρομος κύκλῳ κατεσκεύαστο, ὡς μὴ συστάδην τοῖς θηρίοις μαχόμενος κινδυνεύοι, ἄνωθεν δὲ καὶ ἐξ ἀσφαλοῦς ἀκοντίζων, εὐτοξίας μᾶλλον ἢ ἀνδρείας παρέχοιτο δεῖξιν. ἐλάφους μὲν οὖν καὶ δορκάδας, ὅσα τε κερασφόρα, πλὴν ταύρων, συνθέων αὐτοῖς, καὶ καταδιώκων ἔβαλλε, φθάνων τε αὐτῶν

suis cognominibus imposuit, quorum ad Herculem pleraque tanquam scilicet ad fortissimum referebantur. Quin statuas quoque sibi totâ urbe poni jussit, inque iis unam pro curia, quæ arcum contenderet, ut etiam imagines ipsæ terrores atque minas præ se ferrent: quam dein tamen senatus post illius obitum sustulit, proque ea libertatis imaginem reposuit.

XLVII. Commodus autem cum temperare jam sibi ultra non posset, publicè spectacula edere professus, omnes se sua manu feras occisurum pollicebatur, & cum fortissimis quibusque juvenum singulari certamine depugnaturum. Ea cum rumoribus celebrarentur, concurrebant ex Italia omni ac finitimis gentibus universi ad id spectaculum, quod nec antea oculis usurpaverant, neque unquam fando audiverant. Siquidem ita esse certa manus illius dicebatur, ut quodcunque destinaret, jaculo sagittâve contingeret. Erantque cum illo assidue Parthorum lectissimi sagittarii, ac Numidæ jaculatores, quos ille tamen omnes longe artificio superabat. Ubi autem spectaculi dies adfuit, pleno amphitheatro exædificatus Commodo peridromus fuerat, per quem decurrere in orbem posset, ne cominus cum bestiis pugnans periclitaretur, sed superne ac de tuto loco tela jaciendo, jaculandi potius scientiam quam fortitudinem ostentaret. Cervos igitur & damas, item cornigera alia præter tauros, currens pariter ipse, atque insequens impetebat, ac præ-

venta

venta fuga certiſſimis ictibus proſternebat. Leones vero & pantheras, aliaque id genus nobiliſſima animalia, currens in orbem ſuperne jaculis confodiebat, ſic ut nec telum quiſquam ſecundum, nec vulnus viderit niſi letiferum. Nam ut primùm ſe fera concitaverat, ſtatim illam vel in fronte, vel in corde ſauciabat, nullo præterea uſus ſcopo, neque ad aliam corporis partem telo deſtinato, ſic ut pariter cum vulnere ipſo conficeretur. Cæterum beſtiæ conquirebantur undique, ac tum primum vidimus, quæ antea in picturis mirabamur. Quippe ex India, Æthiopiaque, itemque à meridie & à ſeptentrionibus quicquid incognitum prioribus ſeculis fuerat, confecit ille pariter, atque oſtendit, nullo non obſtupefacto, tam certa illa manu, tamque nuſquam telis oberrantibus. Idem aliquando ſagittas lunatæ cuſpidis in Mauruſias ſtruthos intorquebat, quæ & pedum celeritate, & alarum quaſi velis ocyſſimè ferebantur, ſic ut ſummum contingeret collum, atque ita capita amputaret, ut exſectis cervicibus (qui teli impetus fuerat) aliquamdiu tamen viventibus ſimilem curſum continuarent. Quin & pantheram quæ ſcilicet eductum quendam in harenam curſu acerrimo comprehenderat, ſic ut jamjam laniatura videretur; ita opportuno vulnere conſequutus eſt, ut interfecta bellua hominem ſervaverit, ac dentium quoque aciem cuſpide ipſa jaculi præve-

τὸν δρόμον, καὶ πληγαῖς καιρίοις ἀναιρῶν. λέοντας δὲ καὶ παρδάλεις, ὅσα τε ζῶα γενναῖα, περιθέων ἄνωθεν κατηκόντιζεν. οὐδέ τις εἶδεν ἀκόντιον δεύτερον, οὐδὲ τραῦμα ἄλλο, πλὴν τὸ θανατηφόρον. ἅμα γὰρ τῇ τοῦ ζώου ὁρμῇ, κατά τε μετώπου ἢ κατὰ καρδίας ἔφερε τὴν πληγήν. καὶ οὐδέποτε σκοπὸν ἄλλον ἔχεν, οὐδὲ ἐπ' ἄλλο μέρος ἦλθε τὸ ἀκόντιον τοῦ σώματος, ὡς μὴ ἅμα τε τρῶσαι καὶ φονεῦσαι. τὰ δὲ πανταχόθεν ζῶα ἠθροίζετο αὐτῷ. Τότε γοῦν εἴδομεν, ὅσα ἐν γραφαῖς ἐθαυμάζομεν. ἀπό τε γὰρ Ἰνδῶν καὶ Αἰθιόπων, εἴ τι πρότερον ἄγνωστον ἦν, μεσημβρίας τε καὶ τῆς ἀρκτώας γῆς ζῶα πάντα φονεύων Ῥωμαίοις ἔδειξε. Τὸ δ' εὔστοχον τῆς χειρὸς αὐτοῦ πάντες ἐξεπλήττοντο. Λαβὼν οὖν ποτε βέλη ὧν αἱ ἀκμαὶ ἦσαν μηνοειδεῖς, ταῖς Μαυρουσίαις [1] στρουθοῖς ὀξύτατα φερομέναις καὶ ποδῶν τάχει καὶ κολπώσει πτερῶν, ἐπαφιεὶς τὰ βέλη κατ' ἄκρου τοῦ τραχήλου, ἐκαρατόμει, ὡς τῶν κεφαλῶν ἀφῃρημένας, ὁρμῇ τοῦ βέλους ἔτι περιθεῖν αὐτάς, ὡς μηδὲν παθούσας. παρδάλεως δέ ποτε ὀξυτάτῳ δρόμῳ τὸν ἐκκαλούμενον καταλαβούσης, φθάσας τῷ ἀκοντίῳ μέλλουσαν δήξασθαι, τὴν μὲν ἀπέκτεινε, τὸν δὲ ἐξερύσατο, φθάσας τῇ τοῦ δόρατος αἰχμῇ τὴν τῶν ὀδόντων

1 Avium grandiſſimi & pæne beſtiarum generis, Struthiocameli Africi vel Æthiopici, altitudem equitis inſidentis equo excedunt, celeritate vincunt; ad hoc demum datis pennis ut currentes adjuvent. *Plinius Sen.*

ἀκμήν.

ἀκμήν. λεόντων δέ ποτε ἐξ ὑπογαίων ἑκατὸν ἀναρριφθέντων, ἰσαρίθμοις ἀκοντίοις πάντας ἀπέκτεινεν, ὡς ἐπὶ πολὺ κειμένων τῶν πτωμάτων, δι' αὐτὸ τοῦτο ἐπὶ σχολῆς πάντας ἀριθμῆσαι, καὶ μηδὲν ἰδεῖν περιττὸν ἀκόντιον.

μη'. Μέχρι μὲν τούτων, εἰ καὶ βασιλείας τὰ πραττόμενα ἦν ἀλλότρια, πλὴν ἀνδρείας καὶ εὐστοχίας, παρὰ τοῖς δημώδεσιν εἶχέ τινα χάριν. ἐπεὶ δὲ καὶ γυμνὸς εἰς τὸ ἀμφιθέατρον εἰσῆλθεν, ὅπλα τε ἀναλαβὼν, ἐμονομάχει, τότε σκυθρωπὸν εἶδεν ὁ δῆμος θέαμα· τὸν εὐγενῆ καὶ Ῥωμαίων βασιλέα, μετὰ τοσαῦτα τρόπαια πατρός τε καὶ προγόνων, οὐκ ἐπὶ βαρβάρους ὅπλα λαμβάνοντα στρατιωτικὰ, ἢ Ῥωμαίων ἀρχῇ πρέποντα, καθυβρίζοντα δὲ τὸ ἀξίωμα, αἰσχίστῳ καὶ μεμιασμένῳ σχήματι. ὁ μὲν οὖν μονομαχῶν, ῥᾳδίως τῶν ἀνταγωνιστῶν περιεγένετο, καὶ μέχρι τραυμάτων, προεχώρει, ὑπεικόντων ἁπάντων, καὶ τὸν βασιλέα οὐ τὸν μονομάχον ἐννοούντων. εἰς τοσοῦτον δὲ προεχώρησε μανίας, ὡς μηκέτι βούλεσθαι, μηδὲ τὴν βασίλειον ἑστίαν οἰκεῖν. ἀλλὰ γὰρ μετοικισθῆναι ἐβούλετο εἰς τὸ τῶν μονομάχων καταγώγιον. ἑαυτὸν δὲ οὐκέτι Ἡρακλέα, ἀλλὰ τοῦ μονομαχούντων [1] ἐνδόξου τινὸς, προτετελευτηκότος ὀνόματι καλεῖσθαι προσέταξε. τοῦ δὲ μεγίστου ἀγάλματος

niret. Leones item caveâ centum eductos, totidem missilibus universos occidit, ita suo ordine jacentibus corporibus ut numerari facillime singula possent, nullo scilicet supervacuo incidente telo.

XLVIII. Hactenus igitur quæ gerebantur, quamvis à principe aliena viderentur, tamen quoniam fortitudinem, scientiamque præ se ferrent, popularem quandam gratiam emerebantur. Verùm ubi jam nudus ingressus amphitheatrum est, sumptisque armis numeros gladiatorios implebat, tum verò triste Romano populo spectaculum id visum; nobilissimum imperatorem post tam multos parentis sui, majorumque triumphos, non quidem adversus Barbaros arma capere militaria, vel Romanorum imperio congruentia, sed amplissimam dignitatem, turpissimo fœdissimoque cultu contaminare. Facile autem dimicans suos compares superabat: neque tamen ultra vulnera procedebat, dante unoquoque manus, atque imperatorem potius quàm gladiatorem agnoscente. Eoque vesaniæ profectus est, ut deserere principalem aulam, atque in ludum gladiatorium migrare institueret: neque se amplius Herculem appellari patiebatur, adoptato nobilissimi gladiatoris nomine, qui jam vitâ excessisset: quin simulachro illi

1 Appellatus est sane inter cætera triumphalia nomina, sexcenties vicies Palus primus sequutorum. *Lamprid.* Quem Lampridii locum (Dione licet suffragante) ita immutandum censet Salmasius, ut legi debeat [Πρωτόπαλος] qui is est cujus sors in gladiatorio munere primò exit.

Colosseo.

Colosseo, quod Romanis venerabile est, Solis effigiem gerens, capite dempto suum imposuit, atque in basi subscripsit, non quos consuesset imperatoris paternosque titulos, sed pro Germanico, mille gladiatorum victorem.

XLIX. Cæterum ipsum quoque desinere aliquando ab sua vecordia, & civitatem tyrannide liberari oportebat, idque anno ineunte, quem diem Romani festum agunt, ad Janum, vetustissimum Italiæ Deum referentes: cujus etiam Saturnum ipsum ab Jove filio pulsum fuisse hospitem prædicant: & quod ibi latuisset, nomen Latio inditum. Quocirca etiam nunc Romani Saturnalia priùs, dein vero initium anni more suo concelebrant. Estque ejus Dei biceps imago, ut à quo incipit, & in quem desinit annus. Cum igitur hunc diem festum civitas agitaret, in quo Romani invicem se colunt, salutantque, & nomismata alter alteri, cæteraque omnifariam munera missitant, summique magistratus conspicuam

[1] Κολοσσιαίῳ, ὅπερ σέβουσι Ῥωμαῖοι, εἰκόνα φέρον ἡλίου, τὴν κεφαλὴν ἀποτεμὼν, ἱδρύσατο ἑαυτοῦ, ὑπογράψας τῇ βάσει, οὐχ ἃς εἰώθασι βασιλικὰς καὶ πατρῴους προσηγορίας, ἀντὶ δὲ Γερμανικοῦ, [2] μονομάχους χιλίους νικήσαντος.

μθ'. Ἔδει δὲ ἄρα ποτὲ κἀκεῖνον παύσασθαι μεμηνότα, καὶ τὴν Ῥωμαίων ἀρχὴν τυραννουμένην. νέου μὲν γὰρ ἔτους τῆς ἐπιούσης ἔμελλεν ἡμέρας, σέβουσί τε τὴν ἑορτὴν Ῥωμαῖοι, εἰς θεὸν ἀρχαιότατον, τῆς Ἰταλίας ἐπιχώριον ἀναφέροντες. φασὶν γὰρ αὐτοῦ καὶ Κρόνον ὑπὸ Διὸς ἐκβληθέντα τῆς ἀρχῆς, κατελθόντα εἰς γῆν, γενέσθαι ξένον, δεδιότα δὲ τὴν τοῦ παιδὸς δυναστείαν, παρ' αὐτῷ κρυπτόμενον λαθεῖν· ὅθεν καὶ τὸ ὄνομα δοθῆναι τῷ χώρῳ τῆς Ἰταλίας, Λάτιόν τε κληθῆναι, ἀπὸ τῆς ἑλλάδος φωνῆς εἰς τὴν ἐπιχώριον παραχθέν. διὰ ταῦτά τοι καὶ μέχρι νῦν Ἰταλιῶται, τὰ μὲν Κρόνια προεορτάζουσι θεῷ τῷ Λαθόντι· τὴν δὲ τοῦ ἔτους ἀρχὴν, ἱερομηνίαν ἄγουσι τῷ τῆς Ἰταλίας ἔθει. διπρόσωπον δὲ αὐτοῦ ἵδρυται τὸ ἄγαλμα, ἐπειδὴ εἰς αὐτὸν ὁ ἐνιαυτὸς ἄρχεταί τε καὶ παύεται. ταύτης δὲ τῆς ἑορτῆς προεισούσης, ἐν ᾗ μάλιστα Ῥωμαῖοι δεξιοῦνταί τε ἀλλήλους καὶ προσαγορεύουσι, [3] νομισμάτων τε ἀντιδόσει καὶ κοινωνίᾳ τῶν γῆς καὶ θαλάττης καλῶν εὐφραίνουσιν αὑτοὺς, ἀρχαί τε [4] ἐπώνυμοι τότε πρῶτον τὴν ἔνδοξον καὶ ἐνιαύσιον

1 Colossi autem caput demsit quod Neronis esset, ac suum imposuit, & titulum more solito subscripsit. *Lamprid.* ut merito existimet Casaubonus tollendam negativam particulam [οὐχ] proximè sequentem.

2 In literas refertur tantum palmarum gladiatoriarum confecisse vel victis retiariis vel occisis, ut mille contingeret. *Lamprid.*

3 De strenis ex mutuo comitatis officio datis & acceptis, vulgata omnia.

4 Consules, quorum nomina illo anno fastis præscribebantur.

[1] πορφύραν

[1] πορφύραν περιτίθενται. πάντων ἑορταζόντων, ὁ Κόμμοδος ἐβουλεύετο, οὐκ ἐκ τῆς βασιλείου, ὡς ἔθος, προελθεῖν οἰκίας, ἀλλ' ἐκ τοῦ τῶν μοναμάχων καταγωγίου. ἀντὶ δὲ τῆς εὐπαρύφου καὶ βασιλικῆς πορφύρας, ὅπλα τε αὐτὸς φέρων, καὶ συμπροϊόντων τῶν λοιπῶν μονομάχων ὀφθῆναι τοῖς Ῥωμαίοις.

ν'. Ἐπεὶ δὲ τὴν γνώμην αὐτοῦ ταύτην ἀνήνεγκε πρὸς Μαρκίαν ἣν εἶχε τῶν παλλακίδων τιμιωτάτην, ἣ οὐδέν τι ἀπεῖχε γαμετῆς γυναικός, ἀλλὰ πάντα ὑπῆρχεν ὅσα Σεβαστῇ, πλὴν τοῦ [2] πυρός· ἡ μαθοῦσα τὸ παράλογον οὕτω καὶ ἀπρεπῆ βούλησιν αὐτοῦ, τὰ πρῶτα ἐλιπάρει, καὶ προσπίπτουσα, μετὰ δακρύων ἐδεῖτο, μήτε τὴν Ῥωμαίων ἀρχὴν καθυβρίσαι, μήθ' ἑαυτὸν ἐπιδόντα μονομάχοις καὶ ἀπεγνωσμένοις ἀνθρώποις, κινδυνεῦσαι. ἐπεὶ δὲ πολλὰ ἱκετεύουσα οὐκ ἐτύγχανεν αὐτοῦ, ἡ μὲν δακρύουσα ἀπέστη.

να'. Ὁ δὲ Κόμμοδος μεταπεμψάμενος Λαῖτον, τὸν ἔπαρχον τῶν στρατοπέδων, Ἐκλεκτόν τε, τὸν τοῦ θαλάμου προεστῶτα, ἐκέλευεν αὐτοῖς παρασκευάσαι, ὡς διανυκτερεύσων ἐν τῷ μονομάχων καταγωγίῳ, κἀκεῖθεν προελευσόμενος ἐπὶ τὰς θυσίας τῆς ἱερομηνίας, ὡς Ῥωμαίοις ἔνοπλος ὀφθείη. οἱ δ' ἱκέτευον, καὶ πείθειν ἐπειρῶντο, μηδὲν ἀνάξιον τῆς βασιλείας ποιεῖν.

sibi & solennem purpuram induunt. Universis diem concelebrantibus, statuit Commodus non quidem ex imperatoriis (ut mos erat) ædibus, sed ex ipso gladiatorio ludo prodire in publicum; ac pro eleganti vestitu, purpuraque imperatoria procedere armatus, deducente gladiatorum agmine, in conspectum Romani populi.

L. Quod ubi consilium suum ad Martiam retulit, unam è suis concubinis, cui scilicet plurimum deferebat, ac prope uxoris eam loco habebat, sic, ut præter ignem, omnes honores velut Augustæ tribuerentur. Intellecto mulier tam absurdo turpique consilio, orare multis lachrymis, supplexque ad genua accidere, ne aut Romanum imperium pollui pateretur, aut ipse vitam suam perditis ac deploratis hominibus tam periculosè commiteret. Sed cum nihil profecisset, lachrymans discessit.

LI. Ille præfectum exercitibus, Lætum nomine, & Electum cubiculi custodem, ad se accitos, parare jubet in ludo ipso gladiatorio, quo se dormitum recipiat, ut illinc ad sacrificandum mane procederet, ac se armatum Romano populo ostentaret. Illi multis precibus persuadere tentabant, ne quid indignum principe conaretur.

1 Festis Saturni diebus servatum est, magistratus purpuram induere, reliquos in veste candida diem concelebrare. *Alex. ab Alex. lib. 2. c. 22. ubi de Saturnalibus, si libet, plura.*

2 Vide supra. cap. 20.

F LII. Qui-

LII. Quibus Comodus ira percitus, facessere ab se jussis: statim in cubiculum reversus, ut quemadmodum consueverat, meridiaretur, sumpto in manus libello, quales de philyra tenuissimi, atque in utramque partem replicabiles fiunt, conscribit in eo quoscunque illa nocte interficere destinaverat. Ex quibus prima erat Martia, mox Lætus atque Electus: post hos ingens eorum numerus, qui plurimum auctoritatis in senatu obtinebant. Siquidem senes universos paternos amicos tollere è medio, ne censura illorum sua interpellarentur flagitia; bonaque ipsa divitum dilargiri partim militibus, partim gladiatoribus decreverat, ut alteri se defenderent, alteri oblectarent.

LIII. Eum igitur libellum ita conscriptum, supra lectulum deposuit, neminem ad se introiturum suspectans. Erat autem pusio quidem infans adhuc ex ea nota, qui vestitu cætero nudi, sed auro gemmisque ornati, solent delicatissimo cuique Romanorum esse oblectamento. Is ita Commodo carus erat, ut cum illo sæpe etiam cubaret, ac Philocommodus appellaretur: ipso

νβ'. Ὁ δὲ Κόμμοδος ἀσχάλλων, τοὺς μὲν ἀπεπέμψατο, αὐτὸς δὲ ἐπανελθὼν εἰς τὸ δωμάτιον, ὡς δὴ καθευδήσων (καὶ γὰρ μεσημβρίας εἰώθει τοῦτο ποιεῖν) λαβὼν γραμματεῖον τούτων δὴ τῶν [1] ἐκ φιλύρας εἰς λεπτότητα ἠσκημένων, ἐπαλλήλῳ τε ἀνακλάσει ἀμφοτέρωθεν ἐπτυγμένων, γράφει ὅσους χρὴ τῆς νυκτὸς φονευθῆναι. ὧν πρώτη μὲν ἦν Μαρκία. εἵποντο δὲ Λαῖτός τε καὶ Ἔκλεκτος. ἐπὶ δὲ τούτοις πολὺ πλῆθος τῶν συγκλήτου πρωτευόντων. τοὺς μὲν γὰρ πρεσβυτέρους, καὶ λοιποὺς πατρῴους φίλους ἀποσκευάσασθαι πάντας ἤθελεν, [2] αἰδούμενος ἔχειν αἰσχρῶν ἔργων σεμνοὺς ἐπόπτας. τῶν δὲ πλουσίων τὰς οὐσίας χαρίσασθαι ἐβούλετο, μερίσαι τε εἰς τοὺς στρατιώτας καὶ τοὺς μονομαχοῦντας· τοὺς μὲν, ἵνα φυλάττοιεν αὐτόν· τοὺς δὲ, ἵνα τέρποιεν.

νγ'. Γράψας δὴ γραμματεῖον, τίθησιν ἐπὶ τοῦ σκίμποδος, οἰηθεὶς μηδένα ἐκεῖθεν εἰσελεύσεσθαι. ἦν δὲ καὶ παιδίον πάνυ νήπιον, [3] τούτων δὴ τῶν γυμνῶν μὲν ἐσθῆτος, χρυσῷ δὲ καὶ λίθοις πολυτίμοις κεκοσμημένων, οἷς ἀεὶ χαίρουσι Ῥωμαίων οἱ τρυφῶντες. ὑπερηγάπα δὲ αὐτὸ Κόμμοδος, ὡς συγκαθεύδειν πολλάκις. Φιλοκόμμοδός τε ἐκαλεῖτο, δεικνυούσης καὶ τῆς προση-

1 Postea scribi cæptum in tenuioribus arborum philyris, quæ inter ipsam corticem & arboris lignum sunt, & Latinis *libri* dicuntur. Panciroll. cap. de chartæ invent. lib. 2.

2 Adhibitos custodes vitæ suæ honestiores ferre non potuit. *Lampr.*

3 Παιδίον τι τῶν ψιθύρων οἷα αἱ γυναῖκες γυμνὰ, ὡς πλήθει, ἀθύρουσαι τρέφουσι. *Dio lib.* 58. *de nuptiis Liviæ & Augusti loquens.*

γορίας

γορίας τὴν στοργήν, τὴν εἰς τὸν παῖδα τοῦ βασιλέως. τὸ δὴ παιδίον τοῦτο ἄλλως ἀθῦρον, προελθόντος τοῦ Κομμόδου ἐπὶ τὰ συνήθη λουτρά τε καὶ κραιπάλας, εἰσδραμὸν εἰς τὸν θάλαμον, ὥσπερ εἰώθει, τὸ γραμματεῖον ἐπὶ τοῦ σκίμποδος κείμενον, ἀνελόμενον, ἵνα δὴ παίζειν ἔχοι, [1] πρόεισι τοῦ οἴκου. κατὰ δέ τινα δαίμονα, συναντᾷ τῇ Μαρκίᾳ. ἡ δὲ (καὶ αὐτὴ γὰρ ἔστεργε τὸ παιδίον) περιπλύξασα καὶ φιλοῦσα, τὸ γραμματεῖον ἀφαιρεῖται, δεδοικυῖα δή, μή τι τῶν ἀναγκαίων, ὑπὸ νηπιότητος ἀγνοοῦν, παῖζον διαφθείρῃ. γνωρίσασα δὲ τὴν Κομμόδου χεῖρα, ταύτῃ καὶ μᾶλλον ἐσπούδαζε διεξελθεῖν τὴν γραφήν. ἐπεὶ δὲ εὗρεν αὐτὸ θανατηφόρον, καὶ περὶ ἁπάντων αὐτήν τε μέλλουσαν τεθνήξεσθαι, Λαῖτόν τε καὶ Εκλεκτον ἐπακολουθήσοντας, τῶν τε λοιπῶν τοιοῦτον φόνον ἀνοιμώξασα, καθ' ἑαυτήν τε εἰποῦσα· Εὖγε ὦ Κόμμοδε, ταῦτα χαριστήρια εὐνοίας τε καὶ στοργῆς, ὕβρεώς τε καὶ παροινίας τῆς σῆς, ἧς ἐτῶν τοσούτων ἠνεσχόμην; ἀλλ' οὐ καταπροΐξῃ αὐτός, μεθύων νηφούσης γυναικός. ταῦτα εἰποῦσα τὸν Εκλεκτον μεταπέμπεται. ἔθος δὲ ἦν αὐτῷ προσιέναι, ἅτε τοῦ θαλάμου φύλακι, ἔτι τε καὶ ἐπὶ συνουσίᾳ αὐτοῦ διεβάλλετο. δοῦσα δὲ τὸ γραμματεῖον, ὅρα (ἔφη) ποίαν μέλλομεν παννυχίζειν ἑορτήν. ὁ δὲ Εκλεκτος

indicante nomine amorem principis. Hic itaque puer forte ludibundus, occupato inter balnea & crapulas Commodo, cubiculum (ut consueverat) ingressus, sumpto in manus libello, quîcum lusitaret, foras processit. Ac forte quadam in Martiam incidit, quæ cum puerum etiam ipsa diligeret, complexa prius atque deosculata, libellum manu aufert, verita ne quid ob infantiam inscius puer rerum fortasse graviorum labefaceret. Agnita dein Commodi manu, ac legendi cupidine illecta, ubi funesta contineri, ac se primam peti intellexit, Lætumque & Electum subsequi, tantamque reliquorum futuram cædem, hæc secum ingemiscens consusurrabat. Euge, Commode, hæccine præmia benevolentiæ amorisque sunt? ita scilicet de te merui, cum tam multos annos contumelias, ebrietatemque tuam pertuli? Sed nequaquam tibi hæc ita successerint, viro temulento adversus sobriam mulierem. His dictis Electum ad se arcessit, quem etiam ipsa aliquando per se convenire, utpote cubiculi custodem, solita, & cum eo quoque stupri habuisse consuetudinem credebatur: traditoque in manus libello. Vide (inquit) Electe, cujusmodi sumus hac nocte festum celebraturi. Is eo lecto ex-

1 Multos præterea paraverat interimere, quod per parvulum quendam proditum est, qui tabulam è cubiculo ejecit, in quâ occidendorum erant nomina scripta. *Lamprid.*

pavefactus (erat autem Ægyptius genere, audax homo, ac promptus & irasci facilis) statim signatum libellum, per hominem sibi fidum, Læto legendum mittit. Qui item exterritus, ad Martiam contendit, simulans de iis ire se consultatum, quæ ad concinnandum ex jussu principis ludum gladiatorium pertinerent. Hoc igitur usi prætextu, constituunt aut faciendum sibi quamprimùm, aut patiendum aliquid: nullum moræ locum, nullum procrastinationi esse.

LIV. Placitum autem est, rem veneno agi: quod se facilè daturam, Martia recepit. Quippe solita primum illi miscere atque offerre poculum, ut ab amica porrectum suavius biberetur. Igitur redeunti ex balneis commixtum vino odoratissimo venenum in calice obtulit. Ille diu lavando, venandoque collecta siti, veluti de more propinatum sibi, temerè interbibit. Quare statim capitis gravedine occupatus, atque in soporem prolapsus, cum id ex labore accidisse opinaretur, quieti se tradidit. Electus autem & Martia recedere omnes confestim, & suam quemque domum, reverti jubent, ne somni indigum Commodum expergefacerent, id autem aliàs quoque ex ebrietate nimia facere consueverat. Nam cum vel balneis, vel epulis operam daret, nullum scilicet habebat præstitutum quieti tempus.

ἀναγνοὺς τε καὶ ἐκπλαγεὶς, (ἦν δὲ τὸ γένος Αἰγύπτιος, τολμῆσαί τε ἅμα καὶ δρᾶσαι θυμῷ τε δουλεῦσαι πεφυκὼς) κατασημηνάμενος οὖν τὸ γραμματεῖον, διά τινος τῶν ἑαυτοῦ πιστῶν ἀναγνωσθησόμενον πέμπει τῷ Λαίτῳ· ὁ δὲ καὶ αὐτὸς ταραχθεὶς, ἀφικνεῖται πρὸς Μαρκίαν, ὡς δὴ συσκεψόμενος αὐτοῖς περὶ ὧν ἐκέλευσεν ὁ βασιλεὺς, καὶ τῆς τῶν μονομάχων καταγωγῆς· προσποιησάμενοι δὲ περὶ τῶν ἐκείνῳ διαφερόντων σκέπτεσθαι, συντίθενται φθάσαι τι δράσαντες, [1] ἢ παθεῖν, οὐδὲ καιρὸν εἶναι μελλήσεως, ἢ ἀναβολῆς.

νδ΄. Αρέσκει δὴ δοῦναι φάρμακον δηλητήριον τῷ Κομμόδῳ, ὑπέσχετο δ' αὐτὸ ῥᾷστα δώσειν ἡ Μαρκία, εἰώθει γὰρ αὐτὴ κιρνᾶναί τε, καὶ διδόναι τὴν προτέραν πόσιν, ὡς ἥδιον πίοι παρ' ἐρωμένης. ἐλθόντι δὲ αὐτῷ ἀπὸ τοῦ λουτροῦ, ἐμβαλοῦσα εἰς κύλικα τοῦ φαρμάκου, οἴνῳ τε κεράσασα εὐώδει δίδωσιν. ὁ δ' ὡς συνήθη φιλοτησίαν, μετὰ πολλὰ λουτρὰ καὶ γυμνάσια τὰ πρὸς θηρία διψῶν, ἔπιεν ἀναισθήτως. εὐθέως δὲ κάρος ἐπέπεσεν αὐτῷ, εἰς ὕπνον τε καθελκόμενος, ὑπὸ καμάτου πάσχειν οἰηθεὶς, ἀνεπαύσατο. Ο δὲ Εκλεκτος καὶ Μαρκία, πάντας ἀποστῆναι κελεύσαντες, εἰς τε τὰ οἰκεῖα ἀπιέναι, ἡσυχίαν δὴ παρεσκεύαζον αὐτῷ. εἰώθει δὲ καὶ ἐπὶ ἄλλων τοῦτο πάσχειν ὁ Κόμμοδος, ὑπὸ κραιπάλης. πολλάκις γὰρ λουσάμενος, καὶ πολλάκις ἐσθίων, οὐδένα καιρὸν εἶχεν εἰς ἀνάπαυσιν

1 Forte μᾶλλον ἢ παθεῖν.

ὡρισμένον· ἀλλ' ἐπ' ἀλλήλαις καὶ διαφόροις συνεχόμενον ἡδοναῖς, αἷς δὴ καταλαβούσῃ ὥρᾳ καὶ ἄκων ἐδούλευεν. ἐπ' ὀλίγον μὲν οὖν ἡσύχασε περὶ στόμαχον δὲ καὶ κοιλίαν τοῦ φαρμάκου γενομένου, ἴλιγγός τε αὐτὸν καταλαμβάνει, ἔμετός τε πολὺς ἐπιγίνεται, ἢ τῆς προϋποκειμένης τροφῆς ἅμα ποτῷ πολλῷ ἐξωθούσης τὸ φάρμακον, ἢ διὰ τὸ προλαμβανόμενον (ὅπερ εἰώθασιν βασιλεῖς ἑκάστοτε πρὸ πάσης τροφῆς λαμβάνειν) κώλυμα δηλητηρίων.

νε'. Πλὴν ἀλλὰ πολλοῦ γε ὄντος τοῦ ἐμέτου, φοβηθέντες μὴ πᾶν ἐξεμέσας τὸ φάρμακον ἀνανήψῃ, καὶ πάντες ἀπόλωνται, [1] νεανίαν τινὰ ὀνόματι Νάρκισσον, γενναῖόν τε καὶ ἀκμαστὴν, πείθουσιν εἰσελθόντα, τὸν Κόμμοδον ἀποπνῖξαι, μεγάλα δώσειν ἔπαθλα ὑποσχόμενοι. ὁ δὲ εἰσδραμὼν παρειμένον αὐτὸν ὑπὸ τοῦ φαρμάκου καὶ μέθης, ἀποσφίγξας τὸν τράχηλον, φονεύει. τοιούτῳ μὲν τέλει βίου ὁ Κόμμοδος ἐχρήσατο, βασιλεύσας ἔτη τρισκαίδεκα μετὰ τὴν τοῦ πατρὸς τελευτὴν, εὐγενέστατός τε τῶν πρὸ αὐτοῦ γενομένων βασιλέων, κάλλει τε τῶν καθ' ἑαυτὸν ἀνθρώπων εὐπρεπέστατος. εἰ δέ τι δεῖ καὶ περὶ ἀνδρείας εἰπεῖν, οὐδενὸς ἥττων εὐστοχίᾳ τε καὶ εὐχειρίᾳ, εἰ μὴ τὴν τούτων εὐμοιρίαν αἰσχροῖς ἐπιτηδεύμασι κατῄσχυνεν ὡς προείρηται.

Etenim aliæ ex aliis voluptates, eæque inter se maximè diversæ, servire sibi hominem etiam invitum quocunque tempore subigebant. Pauxillum igitur cum requievisset, ac jam se ad stomachum & alvum veneni vis insinuasset, oborta vertigine, vomitus & quidem affatim consecutus est, sive ipso cibo, quem largiter ante sumpsisset, multaque meri potione virus expellente: seu quoniam principibus mos est, antequam cibum capiant, medicamento uti, quo venena prohibeantur.

LV. Cæterùm cum multum evomuisset, veriti illi ne veneno quoque omni ejecto, colligeret sese, utque unà omnes cædi imperaret, persuaserunt magna mercede Narcisso cuidam audaci strenuoque adolescenti, ut ipsum in cubiculo strangularet. Hic irrumpens illum & veneno & crapulâ languescentem constricto gutture interficit. Hunc finem vitæ Commodus habuit, tredecim annos post parentis obitum imperio administrato: unus omnium ante se imperatorum nobilissimus, omniumque ejus ætatis hominum formosissimus. Quod si dicendum de fortitudine quoque est, ne in hoc quidem cuiquam, præsertim destinandis ictibus, concessurus. Sed tamen totam vitæ rationem studiis, (ut dictum est) fœdissimis contaminavit.

---

1 Primum ei venenum dederunt, quod cum minus operaretur, per Athletam, cum quo exerceri solebant, eum strangulaverunt. *Ламprid.*

ΗΡΩΔΙΑΝΟΥ
ΤΗΣ
Μετὰ ΜΑΡΚΟΝ Βασιλείας ΒΙΒΛΙΟΝ
ΔΕΥΤΕΡΟΝ.

HERODIANI
LIBER SECUNDUS.
BREVIARIUM LIBRI SECUNDI.

Occiso Commodo, qui apoplexiâ periisse dicebatur, Pertinax, ut optimus, ad imperium eligitur; quod cum exoratus vix suscepisset, à populo, & milite, ac senatu Romano Augustus salutatur. Dein oratione habitâ, sacrisque factis, in aulam principalem se contulit. Posthac imperium æquissimè administravit: unde civibus carus, provinciis gratus, hostibus formidabilis fuit: verùm militibus, qui à rapinis prohibebantur, intolerabilis: unde illum conspiratione factâ obtruncant. Posthæc in castra se recipiunt, atque inde proclamant, Venale esse imperium Romanum. Id Julianus licitando emercatus est, ac turpissimè administravit: quare ad Nigrum, Syriæ præfectum, defertur, qui Antiochiæ illud sibi usurpavit. Sed cùm negligentius res ageret, Severus imperium arripuit, Pertinacis cædem se ulturum simulans. Igitur in Pannoniis Imperator salutatur: mox Romam contendit: ibi senatus imperium Severo, ac Juliano necem decernit: qui etiam à Tribuno interimitur. Severus itaque eos milites qui Pertinacem occiderant, exauctoravit: res imperii sibi vindicans, Albinum Britanniæ Præsidem sibi adjungens in Asiam profectionem contra Nigrum ingenti apparatu instituit.

Occiso Commodo, quemadmodnm superiore volumine demonstravimus, cum celare factum interfectores,

Ἀνελόντες δὲ τὸν Κόμμοδον οἱ ἐπιβουλεύσαντες, ὡς ἐν πρώτῳ συντάγματι τῆς ἱστορίας δεδήλωται, κρύψαι τε τὸ γενόμενον βουλόμενοι,

μένοι, ὡς ἂν τοὺς φυλάσσοντας τὴν βασίλειον αὐλὴν δορυφόρους λάθοιεν, εἰλίξαντες στρωμνῇ τινὶ εὐτελεῖ τὸ σωμάτιον καὶ καταδήσαντες, ἐπιθέντες δυσὶν οἰκέταις τῶν πιστῶν ἑαυτοῖς, ἐκπέμπουσιν, ὡς δή τι σκεῦος τῶν ἐκ τοῦ θαλάμου περιττῶν· οἱ δὲ φέροντες, διὰ μέσων ἐκφέρουσι τῶν φυλάκων. ὧν οἱ μὲν ἀπὸ μέθης ἐκραιπάλων, οἱ δὲ ἐγρηγορότες, κἀκεῖνοι εἰς ὕπνον κατεφέροντο, κατεχύσαις τε ταῖς χερσὶ τὰ δοράτια ἐπανεπαύοντο. οἷς δ' οὐ πάνυ τὸ ἐκφερόμενον τοῦ θαλάμου, ὅτι πότ' εἴη, ἐπολυπραγμόνουν, ἐπεὶ μηδὲ αὐτοῖς διέφερε ταῦτ' εἰδέναι. τὸ μὲν οὖν σῶμα τοῦ βασιλέως οὕτω κλαπὲν ἐκκομισθέν τε τὰς αὐλείους θύρας, νύκτωρ ὀχήματι ἐπιθέντες, εἰς τὸ [1] Ἀριστεῖον ἀπέπεμψαν.

β'. Ὁ δὲ Λαῖτος, καὶ Ἔκλεκτος, ἅμα τῇ Μαρκίᾳ τὸ πρακτέον ἐβουλεύοντο. ἔδοξε δὲ αὐτοῖς περὶ μὲν τοῦ θανάτου φήμην ἐγκατασπεῖραι ὅτι δὴ αἰφνιδίως τετελευτήκοι, ἀποπληξίας ἐπιπεσούσης. καὶ γὰρ ἐνδεχομένην πίστιν ἕξειν ᾤοντο τὴν φήμην, προδιαβεβλημένης τῆς ἀκορέστου, καὶ ὑπερβαλλούσης ἐκείνου τροφῆς. πρῶτον δὲ ἔδοξεν αὐτοῖς ἐπιλέξασθαι ἄνδρα, πρεσβύτην τινὰ, καὶ σώφρονα, τὸν διαδεξόμενον τὴν ἀρχὴν, ὅπως αὐτοί τε σωθεῖεν, καὶ ἀπὸ τῆς πικρᾶς καὶ ἀκολάστου τυραννίδος πάντες ἀναπνεύσειαν. καθ' ἑαυτοὺς δὲ ἀναλογιζόμενοι, οὐδένα οὕτως ἐπιτήδειον εὕρισκον, ὡς Περτίνακα.

& aulicas excubias fallere vellent, vili quodam ſtragulo involutum, conſtrictumque corpuſculum, ac duobus exploratæ fidei famulis impoſitum, ædibus exportandum, velut aliquid ſupervacuum ex cubiculi ſupellectile, curaverunt. Qui exportabant, per medios evaſere cuſtodes, partim ebrios, dormitanteſque, ac manu languida tenentes haſtilia: partim etiam ſocordes eorum, quæ ad ſe parum pertinere arbitrabantur. Ita corpus principis furtim elatum, ac per noctem vehiculo impoſitum, in Ariſteum miſerunt.

II. Lætus autem & Electus, Martiaque, quid agendum foret diu deliberato, tandem decernunt, ita, de ejus morte rumores ſerere, quaſi repente in apoplexiam incidiſſet: quod facile de illo creditum iri exiſtimabant, quem conſtabat identidem ſolitum immoderatis epulis ſaginari. Sed ante omnia tamen viſum eſt, aliquem provectum ætate, ac modeſtum hominem deligere ad imperium, per quem & ipſi incolumes forent, & omnes à ſæva immoderataque tyrannide reſpirarent. Igitur diu conſultato, neminem ſic idoneum invenerunt, ut Pertinacem.

1 Legunt alii, neſcio quâ fide, περαιστεῖον.

 III. Erat

III. Erat autem Pertinax genere Italus, domi, bellique rebus gestis clarus, multisque insignis trophæis, quæ adversum Germanos, atque Orientales barbaros erexerat; Unusque erat reliquus è gravissimis illis, quos pater Commodo amicos reliquisset, cuique plurimum ex omnibus sociis ducibusque contulerat. Tutus hactenus, vel gravitatem ipsam verito, vel ob paupertatem hominis dissimulante Commodo: siquidem quoque illius laudibus accedebat, quod cum plurima omnium administrasset, tamen erat omnium pauperrimus.

IV. Hunc igitur Pertinacem nocte intempesta sopitis omnibus, Lætus atque Electus cum paucis ejusdem factionis adeunt: & cum januam occlusam offendissent janitorem excitarunt, qui ubi adaperuit, militesque & Lætum præfectum adesse vidit, perterritus, atque expavefactus, Pertinaci renunciat. Is admitti illico jubet, eventura mox inquiens, quæ sibi ad eum diem mala præsagiverat. Tanta porro fuit animi constantia, ut ne lecto quidem se moverit, aut habitum oris demutaverit: sed ingressis Læto atque Electo; quamvis ad se occidendum mis-

γʹ. Ἦν δὲ ὁ Περτίναξ τὸ μὲν γένος [1] Ἰταλιώτης, ἐν δὲ πολλαῖς στρατιωτικαῖς τε καὶ πολιτικαῖς εὐδοκιμήσας πράξεσι, πολλὰ δὲ κατὰ Γερμανῶν καὶ τῶν ὑπὸ τὴν ἀνατολὴν βαρβάρων ἐγείρας τρόπαια, μόνος τε περιλειφθεὶς τῶν σεμνῶν πατρῴων τῷ Κομμόδῳ φίλων, ὃν οὐκ ἀπέκτεινε, ἢ διὰ σεμνότητα αἰδούμενος, ἢ ὡς [2] πένητα τηρήσας· ἦν γὰρ αὐτοῦ καὶ τοῦτο μέρος τῶν ἐγκωμίων, ὅτι πλεῖστα πάντων ἐγχειρισθεὶς, πάντων οὐσίαν εἶχεν ἐλάττονα.

δʹ. Πρὸς δὴ τοῦτον τὸν Περτίνακα νυκτὸς ἀκμαζούσης, πάντων τε ὕπνῳ κατειλημμένων, ἀφικνοῦνται ὁ Λαῖτος καὶ Ἔκλεκτος, ὀλίγους τῶν συνωμοτῶν ἐπαγόμενοι. Ἐπιστάντες δὲ αὐτοῦ κεκλεισμένης τῆς οἰκίας ταῖς θύραις, διεγείρουσι τὸν φυλάττοντα. ἀνοίξας δὲ ἐκεῖνος καὶ θεασάμενος στρατιώτας ἐφεστῶτας καὶ Λαῖτον, ὃν ᾔδει ἔπαρχον ὄντα, ἐκπλαγεὶς καὶ ταραχθεὶς, ἀπήγγελλε. Ὁ δὲ ἥκειν αὐτοὺς κελεύει, δεινὰ προσδοκώμενα ἑαυτῷ ἑκάστοτε, συμβήσεσθαι φάσκων. Ἐν τοσαύτῃ γοῦν αὐτὸν φασὶ μεῖναι ψυχῆς ἀταραξίᾳ, ὡς μήδ' ἀναθορεῖν τοῦ σκίμποδος, μεῖναι δὲ ἐπὶ τοῦ σχήματος, καὶ τὸν Λαῖτον ἅμα τῷ Ἐκλέκτῳ εἰσελθόντας, καί τοι δο-

1 Xiphilinus Λίγυν. cui assentit Victor Capitolinus natum tradit in Apennino in villâ Martis. Ut mirari subeat, quod in Zonarâ scriptum reperio [Ἄλβος ἦν ἐκ τῆς Ἄλβης Πομπηΐας] quod nec satis animadvertit ipsius interpres cum ita reddiderit, [*Aser ex Albâ Pompeiâ*] ideoque mendum irrepsisse suspicor γ in β perperam mutato.

2 Nam post excessum Marci, *referente Capitolino*, pecuniæ studuit.

κοῦντας

ἥκοντας ἐπὶ φόνῳ ἥκειν, προσειπεῖν τε, καὶ θαρροῦντι, μηδὲ ὠχριάσαντι τῷ προσώπῳ, πάλαι μὲν (φάναι) καὶ πάσης νυκτὸς τόδε τὸ τέλος τοῦ βίου εἶχον δι' ἐλπίδος, μόνος τε τῶν πατρῴων περιλειπόμενος φίλων ἔτι. ἐθαύμαζον ἐπ' ἐμοὶ Κόμμοδον βραδύνοντα· τί δὴ μέλλετε; ὑμεῖς τε γὰρ δράσετε τὸ κεκελευσμένον, ἐγώ τε πονηρᾶς ἐλπίδος καὶ φόβου συνεχοῦς ἀπαλλάξομαι. πρὸς ταῦτα ὁ Λαῖτος, οὐ παύσῃ, ἔφη, ἀνάξια σαυτοῦ, καὶ τῶν προβεβιωμένων σοι λέγων; οὐ γὰρ ἐπ' ὀλέθρῳ τῷ σῷ ἥδε ἡμῶν ἡ ἄφιξις, ἀλλ' ἐπὶ σωτηρίᾳ τῇ τε ἡμῶν αὐτῶν, καὶ τῆς Ῥωμαίων ἀρχῆς. κεῖται μὲν γὰρ ὁ τύραννος, δίκην δοὺς τὴν προσήκουσαν· καὶ ἅπερ αὐτὸς ἡμᾶς δρᾶσαι διενοεῖτο, ταῦτα πρὸς ἡμῶν παθών. ἡμεῖς δὲ ἥκομεν σοὶ τὴν βασιλείαν ἐγχειριοῦντες, ὃν ἴσμεν προὔχοντα ἐν τῇ συγκλήτῳ βουλῇ, σωφροσύνῃ βίου, μεγέθει τε ἀξιώματος, καὶ ἡλικίας σεμνότητι, ποθούμενόν τε καὶ τιμώμενον ὑπὸ τοῦ δήμου, ὅθεν κἀκείνοις εὐκταῖον, καὶ ἡμῖν σωτήριον τὸ πραττόμενον ἔσεσθαι προσδοκῶμεν.

ε'. Πρὸς ταῦτα ὁ Περτίναξ οὐ παύσεσθε, ἔφη, χλευάζοντες πρεσβύτην, καὶ τοσαύτην μου δειλίαν κατεγνωκότες, ὡς πρῶτον ἀπατῆσαι βούλεσθε, εἶθ' οὕτω φονεῦσαι; ἀλλὰ μήν, ἔφη ὁ Ἔκλεκτος, ἐπεὶ λέγουσιν ἡμῖν οὐ πεπίστευκας, λαβὼν τουτὶ τὸ γραμματεῖον, γνωρίζεις γὰρ τὴν Κομμόδου χεῖρα, οὔσης σοι τῆς ἀναγνώσεως ἐν συνηθείᾳ, ἐπίσκεψαι. οὕτω γὰρ γνώσῃ τίνα τε κίνδυνον ἐφύγομεν, καὶ ὅτι μὴ σκῆψις,

ſos crederet, pleno audaciæ vultu minimeque pallenti; Jampridem, inquit, hunc exitum vitæ ſingulis etiam noctibus ſperabam, qui ex omnibus paternis amicis unus adhuc eſſem reliquus. Itaque demirabar, quonam tamdiu rem differret Commodus. Proinde quid ſtatis, quin facitis imperata: meque à triſti aliquando, ac perpetua formidine liberatis? Ad hæc Lætus: Deſine, inquit, indigna te, & ſuperiore vita tua fabulari: neque nos mortem tuam, ſed ſalutem cum noſtram tum Romani imperii petitum venimus. Jacet enim tyrannus, debitaſque luit pœnas, ea paſſus à nobis, quæ in nos facere moliebatur. Quare huc adſumus, imperium tibi tradituri: quem unum ex omni ſenatu, vel temperantia vitæ, vel autoritate, vel ætate etiam & gravitate morum ſcimus eſſe præſtantiſſimum, carumque populo, & venerabilem: ſperantes quod agimus, & optabile illis, & nobis ſalubre futurum.

V. Ad hæc Pertinax: Deſinite, inquit, ſenem ludere hominem, atque ita timiditatis arguere, ut prius decipere, dein occidere ſtudeatis. Atqui, inquit, Electus, quando nobis parum credis, cape libellum hunc (nam manum certè agnoſcis Commodi) ac tutè lege: cognoſces procul dubio, quantum effugerimus periculi, neque tentamentum aliquod in noſtris verbis, ſed

veri fidem deprehendes. Quod ubi Pertinax fecit, jam profecto viris antea quoque sibi amicissimis credendum ratus, intellecta omni re, totum se illorum potestati permisit. Placuit igitur primo exercitum adiri, ac militum tentari animos: quos tamen Lætus in sententiam suam facile se adducturum pollicetur, quippe cujus aliqua, utpote præfecti, futura esset apud illos autoritas. Quocirca omnes quotquot aderant, ad exercitum festinant, cum jam multum noctis processisset, instante Kalend. Januariarum die. Mittunt præterea fidos homines, qui passim rumorem disseminent, vita defunctum Commodum, Pertinacemque jam imperaturum, contendere ad exercitum.

VI. Qui ubi rumor evagatus, repentè populus universus lymphato similis, ebacchari, & discurrere per vias, ac lætabundi omnes renunciare pro se quisque amicis, quibus aut dignitas aut divitiæ superabant: namque illis potissimum discrimen impendebat à Commodo. Ibant igitur ad templa & aras, diis gratulatum, alii alia vociferantes. Quidam jacere tyrannum, pars gladiatorem, nonnulli etiam multo his fœdiora. Quæque hactenus metus represserat, ea nunc licentia ac libertate oborta, impunè jactabantur. Sed & ple-

ἀλλ' ἀλήθεια πρόσεστι τοῖς λεχθεῖσιν. ἐπιγνοὺς δὴ τὰ γεγραμμένα ὁ Περτίναξ, πεισθείς τε ἀνδράσι, καὶ πρότερον αὐτοῦ φίλοις, πάντα πυθόμενος τὰ πεπραγμένα, ἐπιδίδωσιν ἑαυτόν. καὶ πρῶτον ἀρέσκει προσελθεῖν ἐπὶ τὸ στρατόπεδον, καὶ πεῖραν τῆς γνώμης τῶν στρατιωτῶν λαβεῖν. πείσειν δὲ αὐτοὺς ὁ Λαῖτος ὑπισχνεῖτο, ἐπείπερ αὐτῷ ἐπάρχῳ ὄντι μετρίαν ἀπένεμον αἰδῶ. συμπαραλαβόντες οὖν καὶ τῶν λοιπῶν ὅσοι παρῆσαν, ἐπὶ τὸ στρατόπεδον ἠπείγοντο. ἤδη δὲ καὶ τὸ πλεῖστον τῆς νυκτὸς προκεχωρήκει καὶ τῆς ἑορτῆς ἐνεστώσης, πρὸ ἡμέρας πάντα ἐπράττετο, διαπέμπουσι δή τινας τῶν πιστῶν τοὺς διαβοήσοντας, ὅτι ὁ Κόμμοδος τέθνηκε μὲν, ὁ Περτίναξ δὲ εἰς τὸ στρατόπεδον βασιλεύσων ἄπεισι.

ς'. Διαδραμούσης δὲ τῆς φήμης, πᾶς ὁ δῆμος ἐνθουσιῶντι ἐοικὼς ἐξεβακχεύετο. διέθεόν τε, καὶ τοῖς οἰκείοις ἕκαστος χαίρων διήγγελλε, καὶ μάλιστα τοῖς ἐπ' ἀξιώσεως, ἢ πλουσίοις. ἐκείνοις γὰρ καὶ ἐπιβουλεύοντα ᾔδεσαν τὸν Κόμμοδον. ἔθεόν τε περί τε τὰ ἱερὰ καὶ βωμοὺς, θεοῖς χάριτας ὁμολογοῦντες. ἐβόων δὲ διάφορα, οἱ μὲν κεῖσθαι τὸν [1] τύραννον λέγοντες, οἱ δὲ τὸν μονομάχον, ἄλλοι δὲ ἀπρεπέστερα βλασφημοῦντες, καὶ ὅσα πρότερον ἐπεῖχεν ὁ φόβος ῥήματα, ταῦτα προσελθούσης ἀδείας, καὶ ἐλευθερίας, ῥαδίως ἐλέγετο. πλεῖστον

1 Ἀλιτήριον δέ τινα καὶ Τύραννον ἀποκαλοῦντες προσεπιτίθεσθαι ἐπισκώπτοντες τὸν Μονομάχον, τὸν Ἁρματηλάτην, τὸν Ἀριστερὸν, τὸν Κηλήτην. *Xiphil. de Commodo.*

δὴ

δὴ τοῦ δήμου συνέθει δρόμῳ, καὶ ἐπὶ τὸ στρατόπεδον ἠπείγετο, τοῦτο μάλιστα δεδιότες, μή πως ἄρα οἱ στρατιῶται ὀκνηρότερον ὑπακούσωσι τῇ Περτίνακος ἀρχῇ. [1] ἐσόμενον γὰρ σώφρονα, μὴ πάνυ τι ἀποδέξασθαι τοὺς στρατιώτας προσεδόκων, τυραννίδι δουλεύειν εἰθισμένους, ἁρπαγαῖς τε καὶ βίαις ἐγγεγυμνασμένους. ἵν' οὖν αὐτοὺς ἐκβιάσαιντο ὑπακοῦσαι πανδημεὶ συνῆλθον. ἐπεὶ δὲ ἐγένοντο ἐν τῷ στρατοπέδῳ, ὁ Λαῖτός τε καὶ Ἐκλεκτὸς εἰσῆλθον, ἄγοντες τὸν Περτίνακα, συγκαλέσας τοὺς στρατιώτας ὁ Λαῖτος, ἔλεξε τοιάδε.

Δημηγορία Λαίτου πρὸς τοὺς στρατιώτας.

ζ΄. Κόμμοδος μὲν ἡμῖν ὁ βασιλεὺς τέθνηκεν ἀποπληξίᾳ. αἴτιος δὲ τοῦ τοιούτου θανάτου οὐκ ἄλλος ἀλλ' αὐτὸς αὐτῷ. συμβουλεύουσι γὰρ ἡμῖν αἰεὶ τὰ ἄριστα καὶ σωτήρια, οἷς μὴ πειθόμενος, βίους δὲ ὡς οὐκ ἀγνοεῖτε, ὑπὸ πλήθους ἐπιπνιγεὶς διεφθάρη. Τὸν μὲν οὖν κατέλαβε τέλος τὸ πεπρωμένον. οὐδὲ γὰρ μία, οὐδ' ἡ αὐτὴ πᾶσιν ἀνθρώποις θανάτου αἰτία· διάφοροι δὲ οὖσαι, εἰς ἓν τέρμα βίου συντελοῦσιν. ἀλλ' ἀντ' ἐκείνου γὰρ ὑμῖν ἄγομεν ἡμεῖς τε καὶ ὁ δῆμος ὁ Ῥωμαίων, ἄνδρα τὴν μὲν ἡλικίαν σεμνόν, τὸν δὲ βίον σώφρονα, ἀρετῆς δὲ τῆς ἐν ἔργοις ἔμπειρον.

raque pars populi curſu concitato ad exercitum tendebant, veritis omnibus ut ſatis libenter imperatorem Pertinacem milites acciperent: quippe moderatum principem, non ſanè nimis ex ſententia futurum ſperabant militibus: qui ſcilicet tyrannidi ſervire, vimque omnem ac rapinas exercere conſueviſſent. Itaque velut ad obſequium impulſuri, confluxere ad caſtra frequentes. Quò ubi perventum, ingreſſi Lætus & Electus unà cum Pertinace ſunt, ibi convocatis militibus ad hunc modum Lætus verba facit.

Oratio Læti ad milites.

VII. Commodus imperator veſter apoplexiæ morbo interiit. Cauſa mortis nemo alius, ſed eſt ipſemet ſibi. Nam cum fruſtra nos optima atque ſalubria ſubjiceremus, gerens ille ſe quemadmodum omnes noſtis, cibo potuque nimio ſuffocatus eſt. Atque is quidem ſuo ſibi fato extinctus periit. Quippe non una eademque cunctis hominibus mortis cauſa, ſed aliæ aliis, cunctæque tamen ad eundem tendentes vitæ finem. Verum pro illo adducimus vobis ipſi, ac Romanus populus, virum ætate gravem, vita moderatum, militaris diſciplinæ peritiſſimum. Cujus

1 In re ſimili Tacitus. *Legatos ac duces magnâ ex parte luxus, egeſtatis, ſcelerum ſibi conſcios, niſi pollutum obſtrictumque meritis ſuis principem non paſſuros.*

bellicam virtutem nos quidem veterani sæpenumerò experti, cæteri tot annos urbi præfectum non honore solum, sed etiam admiratione dignissimum judicastis. Igitur fortuna non principem solum vobis dat, sed parentem quoque optimum. Cujus principatus non vobis modo, qui eum præsentes tuemini, sed iis etiam jucundissimus futurus est, qui ripas fluviorum, ac Romani terminos imperii defensant, videlicet res ejus præclarè gestas memoria retinentibus. Neque verò jam barbaros nobis precio conciliabimus: sed eorum memores, quæ hoc duce perpessi sunt metu potius subigentur.

VIII. Hæc dicente Læto, minimè jam se cohibuit populus, quin cessante adhuc & dubitabundo milite, Augustum illum declararet, patremque appellaret, & faustis omnibus acclamationibus prosequeretur. Idem etiam milites factitabant. Quanquam non pari alacritate, sed circumfusa, undique inermibus, festumque agitantibus diem, populi turba, facile illos acclamare, ac Pertinacem vocare Augustum coegit. Mox jurati de more in illius nomen, factaque re divina laureati omnes populus atque exercitus prosequebantur.

IX. Sed postquam in aulam imperatoriam per noctem (ut diximus) à milite populoque deductus magnis curarum motibus

ὧν οἱ μὲν πρεσβύτεροι, καὶ τῶν στρατιωτικῶν αὐτοῦ παρατάξεων ἐπειράθητε· οἱ δὲ λοιποὶ τῆς πόλεως ἐπάρχοντα τοσούτων ἐτῶν ἀεὶ διὰ τιμῆς τε καὶ θαύματος ἔχετε, δίδωσί τε ἡμῖν ἡ τύχη οὐ βασιλέα μόνον, ἀλλὰ καὶ πατέρα χρηστόν. εὐφρανεῖ τε ἡ τούτου δὲ ἀρχὴ οὐ μόνον ὑμᾶς τοὺς ἐνταυθοῖ δορυφοροῦντας, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἐπὶ ταῖς ὄχθαις τῶν ποταμῶν, καὶ τοὺς ἐπὶ τοῖς ὅροις τῆς Ῥωμαίων ἀρχῆς ἱδρυμένους, οἳ τὴν πεῖραν αὐτοῦ τῶν ἔργων φέρουσι διὰ μνήμης. τό, τε γὰρ βάρβαρον οὐ χρήμασιν ἔτι θεραπεύσομεν, πείρᾳ δὲ ὧν πρὸς αὐτοῦ πεπόνθασι στρατηγοῦντος, φόβῳ ὑποτάξονται.

η΄. Τοιαῦτα δὴ λέγοντος τοῦ Λαίτου, μὴ κατασχὼν ἑαυτὸν ὁ δῆμος, μελλόντων καὶ ὀκνούντων ἔτι τῶν στρατιωτῶν, Σεβαστόν τε ἀναγορεύει, καὶ πατέρα καλεῖ, πάσαις τε γεραίρει εὐφημίαις· τότε καὶ οἱ στρατιῶται οὐχ ὁμοίᾳ μὲν προθυμίᾳ, τῇ δὲ ἐκ τοῦ παρόντος πλήθους ἀνάγκῃ (καὶ γὰρ ἦσαν πανταχόθεν ὑπὸ τοῦ δήμου περιειλημμένοι, ὀλίγοι τε καὶ ἄνευ τῶν ὅπλων, ὡς ἐν ἱερομηνίᾳ) τὴν συνεξεβόησαν, καὶ Σεβαστὸν προσεῖπον τὸν Περτίνακα, εἴς τε τὸ ἐκείνου ὄνομα τοὺς συνήθεις [1] ὅρκους ὀμόσαντες, καὶ θύσαντες, δαφνηφοροῦντες πᾶς ὁ δῆμος καὶ τὸ στρατιωτικόν.

θ΄. Ἐπεὶ δὲ ἱδρύθη ἐν τῇ βασιλείῳ ἑστίᾳ τῶν τε στρατιωτῶν καὶ τοῦ δήμου, ὡς προείρηται, νύκτωρ ἀναγαγόντων, φροντίσι μεγίσταις τὴν γνώ-

1 De sacramento militari lege *Alex. ab Alex. lib.* 1. *cap.* 20.

μην

μην ἐταράττετο, πάνυ τε αὐτὸν, καίτοι δοκοῦντα ψυχῆς εἶναι ἐρρωμένης, καὶ πρὸς πάντα ἀνδρεῖον, τὰ παρόντα ἐφόβει, οὐχ οὕτω προνοίᾳ τῆς ἑαυτοῦ σωτηρίας, κινδύνων γὰρ καὶ μειζόνων πολλάκις ἦν καταφρονήσας, ἐλογίζετο δὲ τήν τε αἰφνίδιον τῆς τυραννίδος μεταβολὴν, τήν τε ἐν τῇ συγκλήτῳ βουλῇ τινῶν εὐγένειαν, οὓς ὑπώπτευεν οὐκ ἀνεξομένους, μετὰ βασιλέα εὐγενέστατον τῆς ἀρχῆς μεταπεσούσης εἰς ἄνδρα ἐξ ἰδιωτικοῦ καὶ ἀσήμου γένους ἐπὶ τοῦτο ἐλθόντα. εἰ γὰρ καὶ ὁ βίος αὐτοῦ διὰ σωφροσύνην ἐπηνεῖτο, καὶ τὰ ἐν ταῖς στρατιωτικαῖς πράξεσιν ἦν εὐκλεῆ, ἀλλ' ὅσον εὐγενείας χάριν πολὺ τῶν εὐπατριδῶν ἀπελείπετο. [1] ἡμέρας οὖν καταλαβούσης, κατῆλθεν ἐπὶ τὸ συνέδριον τῆς βουλῆς, οὔτε τὸ [2] πῦρ ἐάσας ἑαυτοῦ προπομπεῦσαι, οὔτε τι ἄλλο τῶν βασιλικῶν συμβόλων εἰς ὕψος ἀρθῆναι, πρὶν ἢ μαθεῖν τὴν γνώμην τῆς συγκλήτου βουλῆς.

ι'. Ἐπεὶ δὲ αὐτὸν ἅμα τῷ ἐπιφανῆναι πάντες ὁμοθυμαδὸν εὐφήμησαν, [3] σεβάσμιόν τε καὶ βασιλέα προσηγόρευσαν. ὁ δὲ τὰ μὲν πρῶτα παρῃτεῖτο τῆς ἀρχῆς τὸ ἐπίφθονον, γῆράς τε προϊσχόμενος, συγγνώμης ἐδεῖτο· εἶναί τε πολλοὺς εὐπατρίδας ἔφασκεν, οἷς ἡ βασιλεία μᾶλλον ἁρμόζει. καὶ λαβόμενος τῆς χειρὸς [4] Γλαβρίωνος, εἷλκεν αὐτὸν, καθίζεσθαι

æstuabat. Et quamvis animo esse forti constantique videretur, tamen illum vehementer præsentia territabant, non de salute sua magnopere solicitum, quippe alias graviora pericula contempserat; sed repentinæ tyrannidis mutationem animo versantem, nobilitatemque nonnullorum reputantem, quos minimè passuros arbitrabatur, post imperatorem generosissimum recidisse principatum ad hominem privatæ stirpis, atque obscuræ. Nam etsi vita ipsius planè temperans ac frugalis audiebat, maximamque in bellicis negotiis gloriam fuerat adeptus, attamen claritate generis impar habebatur. Igitnr postquam diluxit, in curiam se contulit, neque ignem sibi præferri neque ulla principatus insignia passus attolli, donec Senatus sententiam scitaretur.

X. Sed eum omnes simulatque viderunt, lætis acclamationibus unanimiter exceperunt, Augustumque & Imperatorem consalutarunt. At ille recusare institit, tanquam rem invidiosam, nomen Imperii, excusare senectutem, veniamque orare: multos esse dictitans patricios viros, quibus magis imperium conveniret. Simul Glabrionem manu comprehensum protrahens,

1 Νυκτὸς ἔτι οὔσης ἀφίκετο. *Xiphil.* nocte scilicet nondum præteritâ, die tamen appetente.

2 Vide quæ supra annot: in vitâ Commodi.

3 Alii Σεβαστὸν, eo enim nomine insigniti sunt Imperatores Romani.

4 De Glabrione nihil habeo comperti. Secundum Capitolinum, Claudium Pompeianum hortatus est ut imperium sumeret, sed ille recusavit quia jam Pertinacem Imperatorem videbat.

hens, sessitare imperatoria sella jubebat. Erat enim ille omnium patriciorum nobilissimus, ad Æneam Veneris & Anchisæ filium seriem generis referens: idemque iterum consul, qui tamen ita tum loquutus est: Equidem egomet, quem tu omnium putas dignissimum, cedo tibi imperio, atque unà mecum Senatus omnis summam tibi potestatem decernimus. Ibi verò ille vim penè afferentibus, atque impense rogantibus universis, vix tandem dubitabundus sellam imperatoriam conscendit, atque orationem hujuscemodi habuit.

κελεύων ἐπὶ τοῦ βασιλείου θρόνου. ἦν δὲ ἐκεῖνος εὐγενέστατος μὲν πάντων εὐπατριδῶν· ἀνέφερε γοῦν εἰς Αἰνείαν τὸν Ἀφροδίτης καὶ Ἀγχίσου, τὴν τοῦ γένους διαδοχήν. ἔτι δὲ καὶ τὴν ὕπατον ἀρχὴν τελέσας δεύτερον. ὁ δὲ, ἀλλ' αὐτός τε (ἔφη) ἐγὼ, ὃν σὺ νομίζεις πάντων ἀξιώτατον, σοί τε τῆς ἀρχῆς παραχωρῶ, καὶ πᾶσαν τὴν ἐξουσίαν ἐγὼ καὶ οἱ λοιποὶ πάντες ψηφιζόμεθά σοι διδόντες. τότε δὲ πάντων αὐτὸν ἐκβιασαμένων, ἐκλιπαρησάντων τε, ὀκνῶν καὶ μόλις ἀνελθὼν ἐπὶ τὸν βασίλειον θρόνον, ἔλεξε τοιάδε.

Oratio Pertinacis.

Δημηγορεία Περτίνακος.

XI. Consensus hic vester, studiumque eximium, uni mihi plurimum in tanta ista nobilitate deferendi, cum omni adulationis suspicione vacet, argumentumque benevolentiæ, fidemque præferat, alium fortassis audaciorem atque alacriorem redderet ad ea quæ traderentur suscipienda sperantem facili se gubernatione usurum, qui tantam in vobis benevolentiam animadverteret. Me autem contrà, magna ista scilicet atque egregia, sicut honoris sensu obstupefaciunt, ita

ια'. [1] Τὸ πάνυ δεξιὸν ὑμῶν τῆς πρός με τιμῆς, καὶ τῆς σπουδῆς ὑπερβάλλον, ἐπίλεκτόν τε εἰς πρόκρισιν τοσαύτης παρ' ὑμῖν εὐγενείας οὐκ ἔχον κολακείας ὑποψίαν, ἀλλὰ δεῖξιν καὶ πίστιν εὐνοίας, ἄλλῳ μὲν ἄν τῳ θάρσος καὶ προθυμίαν ἐνέβαλεν, εἰς τὸ ἑτοίμως δέξασθαι τὰ ἐγκεχειρισμένα, ἐλπίδα τε ῥᾳστώνης ὑπέφηνεν ἂν ὡς εὐμαρῶς τὴν ἀρχὴν διοίσοντα, ἐν ἀρχομένοις οὕτως εὐνοοῦσιν. ἐμοὶ δὲ ταῦτα μεγάλα ὄντα καὶ ἐξαίρετα, τιμῆς τε αἰσθήσει ἐκπλήττει, δέος τε καὶ ἀ-

1 Orationem hanc pro Herodiani ingenio magis quàm re natâ formatam credo. Dio enim ejusdem ætatis Historicus, Pertinacem ἐξ αὐτοσχεδίου oratiunculam hanc habuisse testatur. Ὠνόμασμαι μὲν ὑπὸ τῶν στρατιωτῶν αὐτοκράτωρ. οὐδὲν μέντοι τῆς ἀρχῆς δέομαι, ἀλλ' ἐξίσταμαι ἤδη καὶ τήμερον αὐτῆς διά τε τὴν ἐμαυτοῦ ἡλικίαν καὶ ἀρρωστίαν.

γῶνα

γῶνα οὐ μικρὸν ἐμποιεῖ. μεγάλων γὰρ εὐεργεσιῶν προϋπαρχουσῶν, τὸ ἰσότιμον δυσέφικτον. ἀλλ' ἐν ταῖς ἀμοιβαῖς, καὶ μικρὰ μὲν λαβοῦσιν, ἀντιδοῦναι μεῖζον, οὐχ οὕτως εὐμαρὲς ὡς εὐχάριστον δοκεῖν. ὁπηνίκα δ' ἂν ὁ πρότερός τι δράσας ἀγαθὸν, ἀνυπέρβλητον καταθῆται χάριν, τὸ μὴ κατ' ἀξίαν ἀντιδοθὲν, οὐχ οὕτω δυσπορώτατον, ὡς ἀναίσθητον ἅμα καὶ ἀχάριστον ὀνομάζεται. ὁρῶ δὴ οὐ τὸν τυχόντα μοὶ ἐπηρτημένον ἀγῶνα, πρὸς τὸ ἄξιον ἐμαυτὸν παρασχεῖν τῆς τοσαύτης παρ' ὑμῶν τιμῆς. οὐ γὰρ ἐν τῇ καθέδρᾳ ἡ προεδρία, ἀλλ' ἐν τοῖς ἔργοις, εἴ τις αὐτὴν μὴ καταισχύνοι. ὅσῳ δὲ τὰ [1] γεγόμενα ὡς φαῦλα μισεῖται, τοσούτῳ τὰ μέλλοντα ὡς ἀγαθὰ [2] μεγάλως ἐλπίζεται. καὶ τὰ μὲν δεινὰ τῶν ἔργων ἀεὶ μνημονεύεται. Τὸ γάρ λυπῆσαν, δυσεξάλειπτον. Τὰ δὲ χρηστὰ ἅμα τῇ ἀπολαύσει καὶ τὴν περὶ αὐτῶν μνήμην συναναλίσκει. ἐπεὶ μὴ ὁμοίως εὐφραίνει ἐλευθερία, ὡς λυπεῖ δουλεία. οὐδέ τις ἀδεῶς τὰ ἑαυτοῦ ἔχων, ἐν χάριτος μοίρᾳ τίθεται, τὰ ἴδια καρποῦσθαι νομίζων. ὁ δὲ τῶν οἰκείων στερηθεὶς, αἰώνιον ἔχων τὴν μνήμην τοῦ λελυπηκότος, οὐδ' εἴ τις εἰς τὸ κοινὸν χρηστὴ γένοιτο μεταβολὴ, αὐτὸς τι πλέον νομίζοι

metu quodam curaque ſolicitant, ſiquidem, arduum inprimis eſt, magnis acceptis beneficiis paria referre. Nam in beneficiorum viciſſitudine, ſi magnam gratiam referat, qui parvam debuerit, non tam facilitas remunerandi expenditur, quam in ipſo argumentum grati animi commendatur. Sed cum prior quiſpiam eximia in te quædam contulerit, tum ſi illum parum amplè demerearis, non tam deeſſe quod reponas, quam ipſe inops ſenſuum, ac planè ingratiſſimus videare. Cerno igitur jam animo, quam mihi arduum ſit propoſitum certamen, ne tanto à vobis accepto honore parum me fortaſſe dignum exhibeam. Quippe non in ſella ipſa faſtigium dignitatis, ſed in operibus ſitum, quæ illam minimè dedecorent. Nam quantum præterita odimus, tantum de futuris bene ſperamus. Et ut tenax eſt injuriarum memoria (quod enim offendit, nunquam obliteratur) ſic beneficia in ipſo excidunt uſu: ſiquidem non tam delectat libertas, quam ſervitus offendit. Neque habendam quiſquam gratiam putat, quod rebus ſuis pro arbitrio utatur: quippe id ſibi deberi jure autumat. Qui verò ſuis exuitur bonis, nunquam ſanè injuriam obliviſcitur. Neque quiſquam lucro apponit,

1 Mallem γενόμενα, Nam de præteritis ſermo eſt.

2 Μεγάλα Stephanus & Sylburg. quia vix ferendum eſt Atticis auribus τοσούτῳ μᾶλλον μεγάλως. μᾶλλον enim utrinque ſubintelligitur.

quod

quod utilitatem in commune pariat. Quæ enim publicè prosunt, parum cuique curæ sunt. Sin quæ propria cujusque sunt, minus ex sententia ceciderint: tum nemo satis secum benignè agi putat. Ad hæc, quicunque enormibus tyrannorum, atque immensis largitionibus insuêrunt, ii si frugalius paulo aut continentius ex pecuniæ inopia agere instituas, non tam id moderatæ cuidam dispensationi prudentique attribuunt, quàm avaritiam continuò tibi & sordes exprobrant. Neque autem cogitant, neminem posse magna cuivis dilargiri, qui se à vi atque à rapinis abstineat. Qui autem rectè ac pro cujusque dignitate dispensat, non modo nihil cuiquam injuste eripit, sed & cæteros frugi esse docet, & parcere parto. Hæc igitur cum animis vestris reputantes; adnitimini vos quoque mecum Patres, communemque hanc imperii administrationem existimate. Quippe in republica, optimatium, non autem sub tyrannide victuri, cum ipsi optimam habere spem, tum reliquis etiam debetis polliceri.

XII. Hæc loquutus Pertinax, Senatui animum addidit: votisque exceptus & acclamationibus, habitusque honorificentissimè, Jovis aliorumque Deorum templis consalutatis, sacrificioque de more facto in aulam Palatinam se contulit.

καρποῦσθαι. ἐπεὶ τοῦ μὲν δημωφελοῦς, καὶ κοινῇ διαφέροντος, ὀλίγη τοῖς καθ' ἕνα φροντίς. τὸ δὲ καθ' αὐτὸν ἕκαστος, εἰ μὴ κατὰ γνώμην προχωροίη, οὐδέν τι μέγα ὠφελεῖσθαι νομίζει. Οἵ τε εἰθισμένοι ταῖς τῆς τυραννίδος ἀκρίτοις καὶ ἀφειδέσι μεγαλοδωρεαῖς ἐντρυφᾷν, τὴν εἰς τὸ σωφρονέστερον καὶ μεμετρημένον διὰ σπάνιν χρημάτων μεταβολὴν, οὐ φιλοσώφρονα, οὐδὲ σύμμετρον καὶ κεκριμένην διοίκησιν ὀνομάζουσιν, ἀλλὰ μικρολογίαν καὶ ἀθλιότητα βίου ὀνειδίζουσιν, οὐκ εἰδότες, ὅτι τὸ μὲν μεγάλα, καὶ ὡς ἔτυχε, χαρίζεσθαι, οὐκ ἂν περιγένοιτο, εἰ μὴ ἐκ τοῦ ἁρπάζειν καὶ βιάζεσθαι. τὸ δὲ λογισμῷ πάντα καὶ κατ' ἀξίαν ἑκάστου νέμειν, ἄνευ τοῦ δεινόν τι δρᾶσαι, μὴ παρέχον ἄδικον εὐπορίαν χρημάτων, διδάσκει φειδὼ σώφρονα τῶν καλῶς ποιηθέντων. ταῦτα δὴ ὑμᾶς ἐγνωκότας χρὴ συναίρεσθαι, καὶ κοινὴν τὴν ἀρχῆς τὴν διοίκησιν νομίζοντας, ἀριστοκρατίαν τε ἀλλ' οὐ τυραννίδα ὑπομένοντας, αὐτούς τε ἀγαθὰς ἔχειν ἐλπίδας, καὶ πᾶσι τοῖς ἀρχομένοις ταῦτα ὑπισχνεῖσθαι.

ιβ'. Τοιαῦτα ὁ Περτίναξ εἰπὼν, ὑπήρεισέ τε τὴν σύγκλητον βουλὴν, καὶ πρὸς πάντων εὐφημηθεὶς, [1] πάσης τε τιμῆς καὶ αἰδοῦς παρ' αὐτῶν τυχὼν, εἴς τε τὸν τοῦ Διὸς νεὼν καὶ τὰ λοιπὰ ἱερὰ πεμφθεὶς, τάς τε ὑπὲρ τῆς βασιλείας θυσίας τελέσας,

1 Appellatus est eadem die Augustus & Pater Patriæ; datum porrò est illi jus quartæ relationis *Vide Capitolinum.*

εἰς τὴν βασίλειον ἐπανῆλθεν αὐλήν. ἐπεὶ δὲ διεφοίτησεν ἡ φήμη τῶν τε λεχθέντων ὑπ' αὐτοῦ ἐν τῇ συγκλήτῳ, καὶ τῶν πρὸς τὸν δῆμον γραφέντων, ὑπερήδοντο πάντες σεμνὸν καὶ ἤπιον ἄρχοντα, καὶ πατέρα, οὐ βασιλέα ἕξειν ἐλπίζοντες. Τούς τε γὰρ στρατιώτας ἐκέλευσε παύσασθαι τῆς πρὸς τοὺς δημότας ὕβρεως, καὶ μήτε παίειν τινὰ τῶν παριόντων, εἴς τε τὸ κόσμιον καὶ εὔτακτον μετάγειν πάντα ἐπειρᾶτο.

ιγ'. Ἔν τε ταῖς προόδοις καὶ ταῖς δικαστηρίοις, [1] πρᾶον καὶ ἥμερον ἦθος ἐπεδείκνυτο. καὶ τῆς Μάρκου ἀρχῆς ζήλῳ τε καὶ μιμήσει τοὺς μὲν πρεσβυτέρους ὑπομιμνήσκων εὔφραινε· τοὺς δ' ἄλλους πάντας, ἐξ ὠμῆς καὶ ἐφυβρίστου τυραννίδος εἰς σώφρονα καὶ ἀμέριμνον βίον μεταχθέντας, ῥᾷστα εἰς εὔνοιαν ᾠκειώσατο. τῆς τε ἡμέρου ἀρχῆς ἡ φήμη διαθέουσα, πάντα ἔθνη καὶ πάντα στρατόπεδα, ὅσα τε Ῥωμαίοις ὑπήκοα, καὶ ὅσα φίλα, ἐκθειάζειν αὐτοῦ τὴν ἀρχὴν ἔπεισεν. ἀλλὰ μὴν καὶ τῶν Βαρβάρων ὅσοι πρότερον ἀφηνίαζον, ἢ ἐστασίαζον, φόβῳ τε καὶ μνήμῃ τῆς ἐν ταῖς προτέραις αὐτοῦ στρατείαις ἀρετῆς, πίστει τε γνώμης, ὅτι μηδένα ἑκὼν ἀδικήσει ποτέ, ἑκάστῳ τὸ κατ' ἀξίαν ἀπονέμων, χάριτος ἀπρεποῦς καὶ βίας ὠμῆς ἀλλότριος, ἑκόντες αὐτῷ προσεχώρουν.

ιδ'. Πρεσβεῖαί τε πανταχόθεν ἀφικνοῦντο, συνηδομένων ἁπάντων τῇ Ῥωμαίων ὑπὸ Περτίνακι ἀρχῇ. Οἱ

Poſtea vero quam fama vulgavit, quæ ille vel in Senatu dixiſſet, vel ad populum ſcripſiſſet, læti omnes agitare, ſperantes ſerium ſe & clementem principem, parentemque adeò magis quàm imperatorem habituros. Nam & militibus edixit, ne cui ex populo contumeliam facerent, neve quem viatorem pulſarent, cunctaque denique ad honeſti cultum, modeſtiamque referebat.

XIII. Ipſe cum aut ingrederetur, aut jus diceret, comem ſcilicet ac manſuetam indolem oſtendebat. Et cum Marcum in primis referre videretur, ſeniores quidem admonitu delectabat: reliquos autem à crudeli, contumelioſaque tyrannide ad modeſtam vitam tranquillamque vindicatos, facile ad ſe amandum impulerat. Quæ cum fama latius evagaretur, nationes omnes atque exercitus ſubjectos Romanis, aut amicos, ad deferendos ei divinos honores incitavit. Quin Barbari quoque, ſi qui aut frœnos depulerant, aut ſeditiones moliebantur, metu virtutis quam præſtitiſſe eum ſuperioribus bellis meminiſſent, juſtitiæque fide, cum neminem ab illo ſcirent ultro offendi, ſed gratiam cuique pro meritis referri, vimque abeſſe & crudelitatem, ſponte ſe dediderunt.

XIV. Legationes præterea undique confluebant, gratulatum Romano populo, quod Pertinacis imperio gubernaren-

1 Erat enim ſecundum Dionem εὐπροσήγορος.

tur. Sed quod plerisque omnibus publicè privatimque gratum fuit, modestumque mansuetumque principem populo Romano contigisse; id verò urbanæ cohortes imperatorum custodiæ adhibitæ graviter, molesteque ferebant: siquidem à rapinis injuriisque ad temperatum vitæ cultum revocatæ; ac mitem illam civilemque gubernandi rationem in contumeliam suam ac dedecus accipientes, ut ex quâ licentiam sibi ademptam intelligerent; nullo jam pacto rectorem hujuscemodi tolerandum statuebant. Igitur principio contumaciores se gerere, minusque dicto audientes esse: postremò nondum bimestri imperio expleto, cum quidem ille jam non dubium probitatis specimen dedisset, universis in optimam spem erectis, invidit repentè mala sors, quæ omnia funditus evertit, sic ut egregii illi conatus vehementer omnibus profuturi, in medio quasi cursu prolaberentur.

XV. Nam primùm quidem, quicquid in Italia aut alibi gentium inculti soli, etiamque sub regibus vacaret, id totum occupantibus & colentibus adjudicavit: decemque

μὲν οὖν ἄλλοι πάντες ἄνθρωποι, καὶ κοινῇ καὶ ἰδίᾳ, τῷ εὐτάκτῳ καὶ ἡμέρῳ τῆς βασιλείας ἔχαιρον· ὃ δὲ πάντας εὔφραινε, τοῦτο μόνους ἐλύπει τοὺς ἐν τῇ Ῥώμῃ στρατιώτας, οἳ δορυφορεῖν εἰώθασι τοὺς βασιλέας. κωλυόμενοι γὰρ [1] ἁρπάζειν τε καὶ ὑβρίζειν, εἴς τε τὸ εὔτακτον καὶ κόσμιον ἀνακαλούμενοι, τὸ πρᾶον καὶ ἥμερον τῆς ἀρχῆς ὕβριν αὑτῶν καὶ ἀτιμίαν, καθαίρεσίν τε τῆς ἀνέτου ἐξουσίας νομίζοντες, ὑπὸ τῆς ἀρχῆς οὐκ ἔφερον εὐταξίαν. ἀλλὰ τὰ μὲν πρῶτα κατ' ὀλίγον ὀκνηρούς τε καὶ ἀπειθεῖς αὑτοὺς τοῖς κελευομένοις παρεῖχον· τὸ δὲ τελευταῖον, [2] οὐδ' ὅλων μηνῶν δύο τῆς βασιλείας αὐτῷ προκεχωρηκυίας, ἐπιδειξαμένου τε ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ πολλὰ σώφρονα καὶ χρηστὰ ἔργα, ἐλπίδων τε ἀγαθῶν τοῖς ἀρχομένοις ὑποφαινομένων, ἐβάσκηνε πάντα καὶ ἀνέτρεψε πονηρὰ τύχη, ἐκώλυσέ τε θαυμαστὰ καὶ ἐπωφελῆ τοῖς ὑπηκόοις ἔργα εἰς τέλος ἀχθῆναι.

ιε'. Πρῶτον μὲν γὰρ πᾶσαν τήν τε Ἰταλίαν, καὶ ἐν τοῖς λοιποῖς ἔθνεσιν ἀγεώργητόν τε καὶ παντάπασιν οὖσαν ἀργὸν, ἐπέτρεψεν, ὁπόσην τις βούλεται καὶ δύναται, εἰ καὶ βασιλέως κτῆμα εἴη, καταλαμβάνειν. ἐπιμεληθέντι τε καὶ γεωργήσαντι δεσπότην

1 Ἐπεὶ οὖν οὔτε τοῖς στρατιώταις ἁρπάζειν, οὔτε τοῖς καισαρείοις ἀσελγαίνειν ἔτι ἐξῆν, δεινῶς οὗτοι ἐμίσουν αὐτόν. *Xiphil.*

2 Sc. ex quo cæpit parendi dedignatio. Dio enim & Capitolinus Pertinacem regnasse ferunt dies 88. à quibus immanè quantum differt Eusebius qui regnasse ait μῆνας ς. Sed huic computo annumerari debet intervallum illud quo rerum potitus est Julianus; Qui in serie imperatorum omittitur, vel quod imperium turpiter mercatus esset, vel quòd istud intervallum implerent certamina potius de principatu, quàm principatus ipse.

ἔδ.

εἶναι). ἔδωκέ τε γεωργοῦσιν ἀτέλειαν πάντων εἰς δέκα ἔτη, καὶ διὰ παντὸς δεσποτείας ἀμεριμνίαν. τοῖς τε βασιλικοῖς κτήμασιν ἐκώλυσεν αὐτοῦ τὸ ὄνομα ἐπιγράφεσθαι, εἰπὼν [1] αὐτὰ οὐκ ἴδια τοῦ βασιλεύοντος εἶναι, ἀλλὰ κοινὰ καὶ δημόσια τῆς Ῥωμαίων ἀρχῆς. τέλη τε πάντα πρότερον ἐπὶ τῆς τυραννίδος εἰς εὐπορίαν χρημάτων ἐπινοηθέντα, ἐπί τε [2] ὄχθαις ποταμῶν, καὶ λιμέσι πόλεων, ἔν τε ὁδῶν πορείαις καταλύσας, εἰς τὸ ἀρχαῖον καὶ ἐλεύθερον ἀφῆκεν. ἐμέλλησε δ' ἂν ἔτι καὶ πλείονα, ὥς γε τὰ τῆς προαιρέσεως ἐνεδείκνυτο, εὐεργετήσειν τοὺς ὑπηκόους.

ιϛ'. Ἐπεὶ καὶ τοὺς συκοφάντας τῆς πόλεως ἦν διώξας, καὶ τοὺς πανταχοῦ ἦν κολασθῆναι κελεύσας, τοῦ μηδένα ἐπηρεάζεσθαι, μήτε ματαίοις ἐγκλήμασι περιπίπτειν προνοούμενος· ἐν ἀδείᾳ τε καὶ μακαρίῳ βίῳ ἥ τε σύγκλητος μάλιστα, καὶ οἱ λοιποὶ πάντες βιώσεσθαι προσεδόκουν. οὕτω γὰρ μέτριος καὶ ἰσότιμος ἦν, ὡς καὶ τὸν υἱὸν αὐτοῦ ἤδη μειράκιον ὄντα, [3] μήτε εἰς τὴν βασίλειον αὐλὴν ἀναγαγεῖν, ἀλλ' ἔν τε τῇ πατρῴᾳ μένειν οἰκίᾳ, καὶ εἰς τὰ συνήθη περιϊόντα διδασκαλεῖα καὶ γυμνάσια ἰδιωτεύοντα, ὁμοίως τοῖς λοιποῖς παιδεύεσθαί τε, καὶ πάντα πράττειν, οὐδαμοῦ τῦφον ἢ πομπὴν παρεχόμενον βασιλικήν.

annorum immunitatem, ac perpetuam libertatem agricolis concessit. Imperatoriis autem possessionibus nomen suum inscribi prohibuit, non esse illas dictitans imperantium proprias, sed communes Romanorum, & publicas. Vectigalia quoque omnia, quæ ad contrahendas pecunias tyranni excogitaverant, in fluviorum ripis, in urbium portibus, perque vias & itinera penitùs remisit, atque in antiquam libertatem revocavit. Multaque item ad idem exemplum facturus videbatur.

XVI. Nam & delatores urbe exegerat: & ubi invenirentur, puniri imperaverat; cavens ne cui de vanis criminibus periculum conflaretur. Ergo in maxima tranquillitate sese, beatissimoque rerum statu victuros, Senatus cæterique arbitrabantur: siquidem adeò se æquabilem, paremque cæteris præstabat, ut filium quoque jam adolescentem in aulam Palatinam nunquam adduxerit, sed intra privatos parietes continuerit. Sic ut ad ludum quoque literarium, atque gymnasia de more itaret, nihil privatis absimilis; erudireturque, & omnia perinde ut quis è medio agitaret, neque ullam aut tyrannicam, aut omnino imperatoriam pompam ostentaret.

1 *Tandemque imperium principis quàm patrimonium majus est.* Plin in paneg.

2 Erecta sunt duo priora vectigalia propter fluminum & portuum usum, ultimum verò ob cursum vehicularium, uti licet conjicere.

3 Quia, inquit Xiphil. διαφθαρῆναι οὐκ ἠθέλησε.

XVII. Cùm in hac morum vitæque modeſtia ageret, ſoli ſcilicet prætoriani milites, præſentem rerum conditionem non ſatis æquo animo ferentes, veterem illam licentiam violenter ſe gerendi, raptandiqne omnia affectabant; interque vina & epulas, conſilia inierunt Pertinacem è medio tollendi, gravem ipſis atque oneroſum; alterumque ejus loco imponendi rebus Romanis indulgentem atque intemperantem, nihilque denique non licentiæ præbiturum. Igitur confeſtim haud opinatò cunctis ocium agitantibus, turbidi, ac furentes, militari curſu meridie ipſo, potentis haſtis, nudis gladiis, frequentes ad imperatoris ædes feruntur. Re autem ſubita, inſperataque perterriti cubicularii Palatini, pauci plurimis, & inermes armatis minimè auſi reſiſtere, relicta ſua quiſque ſtatione, diverſi alii aliò deſugerunt. Pauci tamen ex amiciſſimis, nunciato militum concurſu, perſuadere Pertinaci conabantur, uti fuga ſibi conſuleret, populique auxilium imploraret. Ille autem tametſi utilia in præſens audiebat, tamen indecorum exiſtimans, atque illiberale, minimeque dignum imperatoria majeſtate, atque anteacta vitâ, fugæ aut latebris ſalutem debere: occurrere periculo, ac pro-

ιζ΄. Τοιαύτης δὲ εὐμοιρίας καὶ εὐταξίας κατεχούσης τὸν βίον, μόνοι οἱ δορυφόροι ἀσχάλλοντες μὲν ἐπὶ τοῖς παροῦσι, ποθοῦντες δὲ τὰς ἐπὶ τῆς προηγουμένης τυραννίδος ἁρπαγάς τε καὶ βίας, ἔν τε ἀσωτίαις καὶ κραιπάλαις ἐβουλεύσαντο [1] ἀποσκευάσασθαι τὸν Περτίνακα, ὡς ὄντα αὐτοῖς βαρὺν καὶ ἐπαχθῆ. ζητῆσαι δέ τινα τὸν πάλιν αὐτοῖς ἄνετον καὶ ἀκόλαστον παρέξοντα ἐξουσίαν. αἰφνιδίως τοίνυν οὐδενὸς προσδοκῶντος, ἀλλὰ πάντων ἐν ἡσυχίᾳ διατριβόντων, καὶ θυμῷ καὶ ἀλόγῳ ὁρμῇ, τοῦ στρατοπέδου δρόμῳ φερόμενοι αὐτοὶ, ἡμέρας ἀκμαζούσης ἐπεισῆλθον τοῖς βασιλείοις, τά τε δόρατα διατεινάμενοι, καὶ τὰ ξίφη σπασάμενοι. τῷ δὲ παραδόξῳ τοῦ ἔργου καὶ ἀνελπίστῳ, οἱ ἐν τῇ βασιλείῳ ὑπηρεσίᾳ ταραχθέντες, ὀλίγοι τε πρὸς πολλοὺς, καὶ ἄνοπλοι πρὸς ὡπλισμένους, οὐκ ἔμενον· ἀλλ' ἕκαστος, ἣν ἐγκεχείριστο φρουρὰν λιπὼν, ἢ ἐπὶ τῇ αὐλείῳ, ἢ ἐπὶ ταῖς λοιπαῖς εἰσόδοις ἔφευγον. ὀλίγοι δέ τινες τῶν εὐνοούντων, διαγγείλαντες τῷ Περτίνακι τὴν ἔφοδον, συνεβούλευον φυγεῖν, τῇ τε τοῦ δήμου βοηθείᾳ ἑαυτὸν ἐπιδοῦναι. ὁ δὲ καὶ τοῖς συμβουλεύουσιν αὐτῷ πρὸς τὸ παρὸν ὠφέλημα μὴ πεισθεὶς, ἀπρεπῆ δὲ καὶ ἀνελεύθερα, βασιλείας τε ἀνάξια, καὶ τῶν προβεβιωμένων αὐτῷ καὶ προπεπραγμένων νομίσας, φεύγειν μὲν ἢ λαθεῖν οὐκ ἠθέλησεν. ὁμόσε δὲ χωρή-

1 Pertinaci factio preparata eſt per Lætum præfectum Prætorii, & eos quos Pertinacis Sanctimonia offenderat. *Capitolinus.*

2 Scrib. ἐκ τοῦ.

σας τῷ πράγματι, προῆλθεν ὡς διαλεξόμενος αὐτοῖς, ἐλπίσας πείσειν τε αὐτοὺς, καὶ παύσειν τῆς ἀλόγου εἰς τὸ παρὸν ὁρμῆς. καὶ δὴ τοῦ δωματίου προελθὼν, ὑπαντόμενος αὐτοῖς, πυνθάνεσθαί τε ἐπειρᾶτο τὰς αἰτίας τῆς ὁρμῆς, πείθειν τε ἐπεχείρει μὴ ἐνθουσιαζομένως· καὶ τότε ἐν σώφρονι καὶ σεμνῷ σχήματι, καὶ τηρῶν τὸ τοῦ βασιλέως ἀξίωμα, οὐδέν τι καταπεπληγότος, οὐδὲ καταδειλιῶντος, καὶ ἱκετεύοντος σχῆμα ἐνδεικνύμενος.

cedere in medium decrevit, ſperans perſuaſurum quæ vellet, & furentes in præſens animos placaturum. Igitur cubiculo egreſſus, factuſque irruentibus obviam, quærere cauſas inſtitit tam ſubiti motus, & à fœdiſſimo illo tumultu abſterrere, non attonitus periculo: ſed habitum oris gravem, moderatumque retinens, paremque imperatoriæ dignitati; ac nihil humile, nihil pavidum aut obnoxium, nihil denique ſupplice dignum præ ſe ferens; ita ad eos verba fecit.

Ἑτέρα δημηγορία Περτίνακος πρὸς τοὺς δορυφόρους.

Alia Oratio Pertinacis ad milites Prætorianos.

ιη. Τὸ μὲν ἐμὲ, ἔφη, πρὸς ὑμῶν ἀναιρεθῆναι οὐδέν τι μέγα, ἢ βαρὺ, πρεσβύτῃ εἰς μακρὸν γῆρας ἐνδόξως ἐλάσαντι. παντὶ γὰρ ἀνθρώπων βίῳ, ἀνάγκη τέλος ἐπιτεθῆναι. Τὸ δὲ ὑμᾶς φύλακας καὶ φρουροὺς δοκοῦντας βασιλέως, καὶ τοὺς ἔξωθεν κινδύνους ἀπείργοντας, αὐτοὺς γενέσθαι φονεῖς, καὶ μὴ μόνον ἐμφυλίῳ, ἀλλὰ καὶ βασιλείῳ μιᾶναι τὰς δεξιὰς αἵματι, ὁρᾶτε, μὴ πρὸς τὸ νῦν ἀνόσιον, καὶ ὕστερον ὑμῖν ἐπικίνδυνον ᾖ. οὐ γάρ τι ἐμαυτῷ σύνοιδα λυπήσαντι ὑμᾶς. εἰ δὲ καὶ ἐπὶ τῇ Κομμόδου τελευτῇ δυσχεραίνετε, οὐδὲν παράδοξον, ἄνθρωπον ὄντα εἰ τελευτὴ κατέλαβεν. εἰ δὲ τοῦτο ἐξ ἐπιβουλῆς οἴεσθε γεγενῆσθαι, οὐκ ἐμὸν τὸ ἁμάρτημα. ἴστε γὰρ, ἔξω

XVIII. Me quidem, ô milites, inquit, ſi occiditis, neque ipſi rem magnam facitis; neque mihi ſanè gravem, homini videlicet hujus ætatis & gloriæ: ſiquidem humanæ vitæ finis certè eſt aliquis neceſſarius. Vos autem principis curæ, cuſtodiæque, & propulſandis aliunde periculis adhibitos, cædem ipſos facere primos; neque civili tantum, ſed Imperatorio quoque ſanguine polluere dextras; id verò videte, ne vel in præſens flagitioſum ſit vobis, vel in poſterum periculoſum. Neque enim ego ulla vos injuria affeci. Si enim Commodi doletis interitu, nihil profectò novum fuit mori, qui homo natus fuerat. Sin dolo necatum putatis, non meum ſanè id crimen: quippe quem ipſi ſcitis ab omni etiam ſuſpicione procul abeſſe. Quæ enim

enim tunc acta ſunt, vos prius cognita habuiſtis : ut etiamſi quid obortum ſuſpicionis eſt, utique alios attigerit. Cæterum ne illo quidem extincto, quicquam de vobis fieri patiemur, quod modeſtè, atque ex dignitate veſtra, non autem per vim & rapinas concupiveritis.

XIX. Ita loquenre eo, jam quidam ex his permotum iri videbantur : neque ſanè pauci abire jam cœperant, veriti ſanctimoniam prncipis, ac ſenectutem : ſed à cæteris facto impetu obtruncatur. Qui ſtatim eo perpetrato ſcelere, multitudinem declinantes indigniſſimè laturam id facinus occupant in caſtra abire, muroque continent ſe, diſpoſitis pro turribus armatis, qui populum à mœnibus arcerent. Hunc finem Pertinax ſortitus eſt vitæ, morumque (ut ſupra diximus) laudandus.

XX. Sed ubi cædis illius fama per populum dedita, tumultu ſcilicet, luctuque omnia compleri, diſcurrere univerſi furentibus ſimiles, neque certi quid agerent quærere ipſos autores : quos neque invenire tamen poterant, neque ulciſci. Præcipuè verò ſenatus indignè id ferre, communemque eam

πάσης ὄντα με ὑποψίας, καὶ οὐδὲν ἧττον ὑμῶν ἀγνοοῦντα τὰ τότε πεπραγμένα. ὡς εἴ τι ὑποπτεύετε, ἑτέροις ὑποφέρειν τὸ ἔγκλημα. ἀλλ' ὅμως τελευτήσαντος κἀκείνου, οὐδὲν ὑμῖν τῶν εὐπρεπῶς, καὶ κατ' ἀξίαν, καὶ ἄνευ τοῦ βιάζεσθαί με, ἢ ἁρπάζειν ἐνδεήσει.

ιθ'. Τοιαῦτά τινα λέγειν αὐτοῖς πειρώμενος, ἤδη τινὰς αὐτῶν καὶ πείσειν ἐμέλλησε, καὶ οὐκ ὀλίγοι γε ἀποστραφέντες, ἀνεχώρουν, σεμνοῦ βασιλέως γῆρας αἰδούμενοι· ἔτι δὴ λαλοῦντα τὸν πρεσβύτην, ἐπιπεσόντες φονεύουσι. δράσαντές τε οὕτως ὠμὸν ἔργον, δέει τῶν τετολμημένων φθάσαι θέλοντες τὴν τοῦ δήμου ἔφοδον, ἐπιστάμενοί τε ὅτι χαλεπῶς τὸ πλῆθος οἴσει τὰ πεπραγμένα, εἰς τὸ στρατόπεδον δρόμῳ ἀναχωρήσαντες, ἐντὸς τείχους ἔμενον, φρουρὰς ἐπὶ τῶν πύργων καταστήσαντες, ὡς ἀμυνοῦντο εἰ τῷ τείχει προσβάλλοι ὁ δῆμος. Τέλος μὲν δὴ τοιοῦτον κατέλαβε Περτίνακα, χρησάμενον βίῳ καὶ προαιρέσει, ὡς προείρηται.

κ'. Ἐπειδὴ δὲ διεφοίτησεν εἰς τὸν δῆμον ἡ τοῦ βασιλέως ἀναίρεσις, ταραχή τε καὶ πένθος πάντας κατεῖχε, διέθεόν τε ἐνθουσιῶσιν ἐοικότες, κίνησίς τε ἄλογος κατεῖχε τὸν δῆμον, ζητούντων τοὺς δράσαντας, μήτε δὴ εὑρεῖν, μήτε ἀμύνασθαι δυναμένων. μάλιστά τε δεινῶς ἔφερον τὸ πεπραγμένον, καὶ συμφορὰν κοινὴν ἐτήρουν οἱ

1 Expreſſior Capitolinus. *Sed cum Tanuſius quidam unus è Tungris, in iram & timorem milites loquendo adduxiſſet, haſtam in pectus Pertinacis objecit*; hâç voce uſus, uti refert Xiphilinus, τοῦτό σοι ξίφος οἱ στρατιῶται πεπόμφασι.

τῆς

τὴν σύγκλητον βουλὴν νέμοντες, πατέρα τε ἤπιον καὶ χρηστὸν προστάτην ἀποβαλόντες. πάλιν τε τυραννίδος ἦν δέος, ἐπεὶ τούτῳ χαίρειν τοὺς στρατιώτας ἤλπιζον.

κα'. Μιᾶς δὴ πρώτης καὶ δευτέρας ἡμέρας διαδραμούσης, οἱ μὲν δημόται, ἕκαστος τὸ καθ' αὑτὸν δεδιὼς, ὑπανεχώρει. οἵ τε ἐν ἀξιώσει ὄντες εἰς τὰ πορρωτάτω τῆς πόλεως κτήματα ἀπεδίδρασκον, ὅπως ἂν μή τι δεινὸν ἐκ τῆς ἐσομένης ἀρχῆς παρόντες πάθοιεν. Οἱ δὲ στρατιῶται, ἐπεὶ τόν τε δῆμον ἡσυχάζοντα ἔγνωσαν, μή τέ τινα τολμῶντα ἐπεξελθεῖν τῷ τοῦ βασιλέως αἵματι, ἔμμενον μὲν ἐντὸς τοῦ τείχους κατακλείσαντες ἑαυτούς. ἀναγαγόντες δὲ τοὺς εὐφωνοτάτους ἑαυτῶν ἐπὶ τὸ τεῖχος, [1] προσεκήρυττον ὤνιον τὴν βασιλείαν· τῷ τε πλεῖον ἀργύρειον δώσοντι, ἐγχειριεῖν ὑπισχνοῦντο τὴν ἀρχὴν καὶ διὰ τῶν ὅπλων αὐτὸν ἀνάξειν ἀδεῶς εἰς τὴν βασίλειον αὐλήν. ἐπεὶ δὲ τὸ κήρυγμα διεφοίτησεν, οἱ μὲν σεμνότεροί τε καὶ εὐσταθέστεροι τῆς συγκλήτου βουλῆς, ὅσοι τε εὐπατρίδαι, ἢ ἔτι πλούσιοι, λείψανα ὀλίγα τῆς Κομμόδου τυραννίδος, οὔτε προσῆλθον τῷ τείχει, οὔτε ἀπρεπῆ καὶ ἐπονείδιστον χρήμασι κτήσασθαι τὴν ἀρχὴν ἠθέλησαν.

κβ'. Ἰουλιανῷ δέ τινι ἤδη μὲν τὴν ὕπατον τετελεκότι ἀρχὴν, δοκοῦντι δὲ

calamitatem exiſtimare, deſiderans parentem optimum, ac principem indulgentiſſimum: rurſumque tyrannidem metuens quam cordi eſſe militibus intelligebat.

XXI. Sed quum dies unus itemque alter abiiſſet, plebſque univerſa ſuo quiſque metu quietem ageret; & qui dignitate, autoritateque pollebant in ſua prædia quàm longiſſimè poterant ab urbe ſeceſſiſſent, ne quid in eligendo ſucceſſore gravius objiceretur: cognito milites & quietum eſſe populum, & exiſtere neminem qui principem interfectum vindicaret, ipſi quidem caſtris ſe continebant. Conſtituto autem ſuprà murum vocaliſſimo quoque, edicunt venale imperium, tradituroſque ſe ei qui plurimum pecuniæ polliceretur, tutoque in aulam deducturos. Id auditum, neminem in ſenatu gravitate atque autoritate præditum, neminemque è nobilitate, aut ex his denique permovit, quicunque adhuc opulenti ſuperabant, tenues reliquiæ Commodi tyrannidis, neque auſus quiſquam aut muro ſuccedere aut turpem contumelioſumque dominatum pecunia paciſci.

XXII. Sed enim Juliano cuidam conſulari viro, qui

1 Ὥσπερ γὰρ ἐν ἀγορᾷ καὶ πωλητηρίῳ τινὶ καὶ αὐτὴ, ſc. *Roma* καὶ ἡ ἀρχὴ αὐτῆς πᾶσα ἀπεκηρύχθη. *Dion.*

2 Χρηματιστὴς ἄπληστος καὶ ἀναλωτὴς ἀσελγὴς, *Idem.* Longè verò diſſentit Spartianus qui hoc de Juliano refert. *Tanta parſimonia fuiſſe perhibetur, ut per triduum porcellum, per triduum leporem divideret.* Nam in hac vitâ à Græcis ſcriptoribus procul abit Spartianus, quod ſemel monuiſſe ſuffecerit.

gran

grandem habere pecuniam credebatur, vespere supra cœnam nunciatur inter vinum atque epulas militum edictum. Quippe homo alioquin parum vitæ continentis habebatur. Persuadent igitur uxor atque filia, & parasitorum turba, ut relicta mensa accederet, & quid agatur intelligat. Ac subinde inter eundum adhortantur, occupet projectum imperium: superaturum largitione omnes, qui tantum divitiarum possideat. Igitur ubi ad muros accessit, clamare occepit, daturum quæ vellent: habere se magnas opes, plenos auri thesauros, atque argenti. Eodemque tempore Sulpicianus, & ipse vir consularis, ac præfectus urbi, socerque Pertinacis, imperium licitabatur. Verum in eo milites suspectam habuerunt Pertinacis propinquitatem, subesse aliquid fraudis suspectantes, quo illius cædes vindicaretur.

XXIII. Ergo Julianum scalis demissis supra muros attollunt: non prius ausi reserare portas, quàm conveniret de numero dandæ pecuniæ. Ille ingressus in castra, primùm quidem honores Commodi, &

ἐν εὐπορίᾳ χρημάτων εἶναι, ἑστιωμένῳ δὲ περὶ δείλην ἑσπέραν διαγγέλλει τὸ στρατιωτικὸν κήρυγμα περὶ μέθην καὶ κραιπάλην. ἦν γὰρ καὶ περὶ τὸν βίον μὴ σώφρονι διαβεβλημένων. πείθουσιν οὖν αὐτὸν ἥ τε [1] γυνὴ καὶ ἡ θυγάτηρ, καὶ τὸ τῶν παρασίτων πλῆθος, ἀναθορόντα τοῦ σκίμποδος δραμεῖν ἐπὶ τὸ τεῖχος, καὶ τὸ πραττόμενον μαθεῖν, παρά τε πᾶσαν τὴν ὁδὸν συμβουλεύοντες, ἐῤῥιμμένην τὴν ἀρχὴν ἁρπάσαι, ἀφειδῶς δὲ χρημάτων ἔχοντα μεγαλοδωρεᾷ ἅπαντας ὑπερβαλεῖν, εἰ καί τινες ἀμφισβητοῖεν. ἐπεὶ τοίνυν τῷ τείχει προσῆλθεν, ἐβόα τε πάντα δώσειν ὅσα βούλονται, ὑπισχνούμενος, παρεῖναί τε αὐτῷ πάμπλειστα χρήματα καὶ θησαυροὺς, χρυσοῦ καὶ ἀργύρου πεπληρωμένους ἔλεγε. κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν καιρὸν Σουλπικιανὸς καὶ αὐτὸς ἀνὴρ τῶν ὑπατευκότων, ἔπαρχός τε τῆς πόλεως γενόμενος (πατὴρ δὲ ἦν τῆς Περτίνακος γυναικός) ἧκε τὴν ἀρχὴν ὠνούμενος. ἀλλὰ τοῦτον μὲν οὐ προσήκαντο, φοβηθέντες οἱ στρατιῶται [2] πρὸς τὴν Περτίνακος συγγένειαν, μή τις ἄρα δόλος εἴη εἰς τὸ ἐκδικηθῆναι τὸν ἐκείνου φόνον.

κγ'. Καθέντες δὲ κλίμακα, τὸν Ἰουλιανὸν ἐπὶ τὸ τεῖχος ἀναβιβάζουσιν. οὐ γὰρ πρότερον ἀνοῖξαι τὰς πύλας ἤθελον, πρὶν ἢ [3] τὴν ποσότητα τῶν δοθησομένων χρημάτων μαθεῖν. ὁ δὲ ἀνελθὼν, τήν τε Κομμόδου μνήμην αὐτοῖς,

1 Contra Spartianus. *Qui uxorem & filias in Palatium vocatas, trepidas invitasque transiisse.* Narrat, *quasi imminens exitium præsagirent.*

2 Monuit enim Julianus *ne eum Imperatorem facerent qui Pertinacem vindicaret.* Fædam utrinque Licitationem lege apud Dion.

3 Indicavit quanti emeret imperium computo per digitos facto, ideò apud Dionem dicitur ταῖς χερσὶν ἐνδείκνυσθαι.

καὶ

καὶ τὰς τιμὰς, καὶ τὰς εἰκόνας, ἃς ἡ σύγκλητος καθεῖλεν ἀνανεώσασθαι, ὑπέσχετο, καὶ πάντων δώσειν ἐξουσίαν, ὧν εἶχον ἐπ' ἐκείνου. ἑκάστῳ τε στρατιώτῃ τοσοῦτον ἀργύριον, ὅσον μήτε αἰτῆσαι, μήτε λήψεσθαι προσεδόκησαν. τὰ δὲ χρήματα μὴ μελλήσειν, ἀλλ' οἴκοθεν ἤδη μεταπέμψασθαι. Τούτοις ὑπαναπεισθέντες οἱ στρατιῶται, καὶ ταύταις ἀρθέντες ταῖς ἐλπίσιν, αὐτοκράτορά τε τὸν Ιουλιανὸν ἀναγορεύουσι, καὶ πρὸς τῷ οἰκείῳ ἐκ γένους ὀνόματι [1] Κόμμοδον ἀξιοῦσιν ἀποκαλεῖσθαι. Τά τε σημεῖα ἄραντες, καὶ τὰς ἐκείνου εἰκόνας [2] ἀποκαταστήσαντες, προπέμπειν ἐπειρῶντο. θύσας δὲ ὁ Ιουλιανὸς τὰς νενομισμένας καὶ βασιλείους ἐν τῷ στρατοπέδῳ θυσίας προήγετο ὑπὸ αὐτῶν, [3] πλέον τε τῆς συνηθείας δορυφορούμενος, ἅτε γὰρ βίᾳ, καὶ παρὰ γνώμην τοῦ δήμου, μετά τε αἰσχρᾶς καὶ ἀπρεποῦς διαβολῆς ὠνησάμενος τὴν ἀρχὴν, εἰκότως ἐδεδίει τὸν δῆμον ὡς ἐναντιωσόμενον. Αναλαβόντες οὖν τὰς πανοπλίας, καὶ φράξαντες αὐτοὺς οἱ στρατιῶται εἰς φάλαγγος σχῆμα, ὡς, εἰ δέοι, καὶ πολεμήσοντες, ἐν μέσοις αὐτοῖς ἔχοντες τὸν ἴδιον βασιλέα, ὑπέρ τε τῆς κεφαλῆς αἰωροῦντες τὰς ἀσπίδας, καὶ τὰ δόρατα, μήπου καὶ λίθων τις βολὴ ἀπὸ τῶν δωμάτων ἐπὶ τῇ πομπῇ γένοιτο, ἀνήγαγον αὐτὸν εἰς βασίλεια, μηδενὸς τῶν δημοτῶν μήτε ἀντιστῆναι τολμῶντος, μήτε μὴν εὐφη-

statuas quas sustulerat Senatus, instauraturum pollicebatur: concessurumq; ipsis quam quondam sub illo licentiam obtinuissent, prætera militibus singulis plus multo argenti daturum, quàm aut petere auderent, aut accepturos expectaverant. Neque in dando moram futuram: nam domi eam pecuniam adservari. Quibus adducti rebus milites, atque in tantam spem erecti, Julianum declarant principem, simul & Commodi cognomen imponunt. Tum signis sublatis, impositisque illius imaginibus, deducere hominem tendunt. Igitur de more sacrificio in castris peracto, exiit majore militum comitatu quàm cæteri consueverant: siquidem per vim, contraque populi voluntatem, perque turpitudinem & dedecus imperium emercatus, jure impetum multitudinis verebatur. Sed induti armaturas milites, circumseptique undique testitudine facta, ut etiam si res posceret, dimicarent: receptoque in medium imperatore suo, clypeis hastisque supra capita elatis, ut tutiores forent, si forte lapides è tectis mitterentur, deducunt eum in aulam, neque auso resistere populo, neque (ut mos est) faustis acclama-

1 Καὶ αὐτὸν οἱ στρατιῶται τά τε ἄλλα ἐμεγάλυνον, καὶ Κόμμοδον ἐπωνόμαζον. *Dion.*

2 Vertit Politianus quasi legeret ἐπικαταστήσαντες. Sed verisimilior est vulgata lectio, Julianum sc. Commodi imagines velle restitutas, cujus memoriam in se recepit restituendam.

3 Steph. πλεῖόν τι.

tionibus prosequente, sed diras procul imprecantibus universis, graviterque exprobrantibus quòd ære sibi imperium paravisset.

XXIV. Tunc primum videlicet corrupti militum mores, fœdaque & insatiabilis pecuniæ cupiditas, & contemptus imperatoriæ majestatis inolevit. Nam quum neque vindex existeret ullus tam crudeliter interfecti principis, neque promercale factum imperium, fœdeque nundinatum quisquam prohibuisset, id verò initium causaque militibus fuit, ut etiam in posterum turpissimi, contumacissimique evaderent, sic ut avaritia in dies ac principum contemptus etiam usque ad sanguinem proveheretur.

XXV. Enimverò Julianus imperium adeptus, deliciis continuò crapulæque se dedere, circa Rempublicam indiligens, vitamque mollissimam, luxuque circumfluentem traducere. Sed & spem militum fefellerat, neque implere fidem promissorum poterat: siquidem nec opes domi quantas jactabat, & publicum ærarium sumptibus illis insanis jampridem à Commodo exhaustum. Quare cum

μένοντος, ὥσπερ εἰώθασι προπέμπειν τοὺς βασιλέας. τοὐναντίον δὲ καὶ πόῤῥωθεν ἑστῶτες, [1] ἐβλασφήμουν, καὶ κακῶς ἠγόρευον, ἅτε χρημάτων ἀντικαταλλαξάμενον τὴν ἀρχήν.

κδ'. Τότε δὲ καὶ πρῶτον ὑποδιεφθάρη τὰ τῶν στρατιωτῶν ἤθη. καὶ χρημάτων ἐδιδάχθησαν ἄπληστον καὶ αἰσχρὰν ἐπιθυμίαν. καταφρόνησίν τε τῆς πρὸς τοὺς ἄρχοντας αἰδοῦς, τὸ γὰρ μήτε τοῖς οὕτως ὠμῶς τετολμημένοις ἐν φόνῳ τοῦ βασιλικοῦ ἐπεξιέναι τινὰ, μήτε τὴν οὕτως ἀπρεπῶς ἐπὶ χρήμασι κηρυχθεῖσαν καὶ πραθεῖσαν ἀρχὴν εἶναι τὸν κωλύοντα, ἀρχηγὸν καὶ αἴτιον ἀπρεποῦς καὶ ἀπειθοῦς καταστάσεως, καὶ ἐς τὰ ἐπιόντα ἐγένετο ἀεὶ, τῆς φιλοχρηματίας αὐτῆς, καὶ τῆς τῶν ἀρχόντων καταφρονήσεως μέχρις αἵματος αὐξηθείσης.

κε'. Ὁ δὲ οὖν Ἰουλιανὸς ἐπεὶ παρῆλθεν εἰς τὴν ἀρχὴν, τρυφαῖς εὐθέως καὶ κραιπάλαις ἐσχόλαζε, τῇ μὲν τῶν δημοσίων ἐπιμελείᾳ ῥαθύμως προσφερόμενος, εἰς δὲ τὸ ἁβροδίαιτον καὶ ἄσεμνον ἐπιδιδοὺς ἑαυτόν. εὑρίσκετό τε καὶ τοὺς στρατιώτας ψευσάμενος καὶ ἀπατήσας, τοῦ μὴ δύνασθαι ἀποπληρῶσαι ἃ ὑπέσχετο. οὔτε γὰρ οἴκοθεν ἦν αὐτοῦ τοσαῦτα χρήματα, ὅσα ἠλαζονεύσατο, οὔτε μὴν οἱ δημόσιοι θησαυροὶ εἶχον. ἀλλὰ πάντα προεκεκένωτο τῇ Κομμόδου ἀσωτείᾳ καὶ ἀφειδέσει, καὶ ἀκρίτοις ἀναλώμασιν. ἐκ δὲ ταύτης τῆς τόλμης, καὶ τῆς αἰτίας, οἵ τε στρατιῶται σφαλέντες τῆς

1 Ἐξέκραγον πάντες ὥσπερ ἐκ συγκειμένου τινὸς, ex composito, τῆς τε ἀρχῆς ἅρπαγα πάντες καὶ Πατροφόνον ὀνομάζοντες. *Dion.*

ἐλπίδων,

ἐλπίδων, ἀπηγανάκτει. ὅ τε δῆμος αἰσθόμενος τῆς γνώμης τῶν στρατιωτῶν εἶχον ἐν καταφρονήσει.

κϛ'. Ὡς παριόντα τε κακῶς ἀγορεύειν, ἐπ' αἰσχραῖς τε καὶ ἀμφιβόλοις ἡδοναῖς σκώπτειν, εἴς τε τὸν ἱππόδρομον, ὅπου μάλιστα τὸ πλῆθος συνιὸν ἐκκλησιάζει, τὸν Ἰουλιανὸν [1] ἐβλασφήμουν, ἀρωγὸν δὲ τῇ Ῥωμαίων ἀρχῇ, καὶ σεμνῆς βασιλείας προστάτην, Νίγρον ἐπεκαλοῦντο. Βοηθεῖν τε αὐτὸν τὴν ταχίστην ἠξίουν, ὡς ἐφύβριστα πάσχουσιν.

κζ'. Ἦν δὲ ὁ Νίγρος τῶν [2] μὲν πρὸ πολλοῦ ὑπατευσάντων. καθ' ὃν δὲ καιρὸν τὰ προειρημένα ἐν Ῥώμῃ ἐπεπράττετο, Συρίας ἡγεῖτο πάσης. Πολλὴ δὲ ἦν καὶ μεγίστη ἀρχὴ τότε, τοῦ δὴ Φοινίκων ἔθνους παντός, καὶ τῆς μέχρις Εὐφράτου γῆς, ὑπὸ τῇ Νίγρου ὄντων ἐξουσίᾳ. ἦν δὲ αὐτὸς τὴν μὲν ἡλικίαν ἤδη μετρίως προβεβηκώς, εὐδοκιμήσας δὲ ἐν πολλαῖς καὶ μεγάλαις πράξεσι. Φήμη τε περὶ αὐτοῦ διεφοίτα, ὡς ἐπιεικοῦς καὶ δεξιοῦ, ὡς τὸν τοῦ Περτίνακος βίον ζηλοῦντος, ὑφ' ὧν μάλιστα οἱ Ῥωμαῖοι ἐπείθοντο. ἐκάλουν τε αὐτὸν συνεχῶς ταῖς τοῦ δήμου συνόδοις, καὶ βλασφημοῦντες τὸν Ἰουλιανὸν παρόντα, ἐκεῖνον βασιλικαῖς φωναῖς εὐφήμουν ἀπόντα.

milites habebat infensos, tum à populo totius rei conscio facilè contemnebatur.

XXVI. Itaque & prætereuntem maledictis insectabantur, & turpes ambiguasque voluptates exprobrabant, sic ut propalam etiam in circo, quò maxima vis hominum confluit, Julianum incesserent, ac vindicem Romani imperii, præsulemque summi principatus Nigrum vocitarent: orantes, ut quamprimum adesset, ipsosque à tantis contumeliis assereret.

XXVII. Is Niger consulatum gesserat, ac tum Syriæ præerat universæ: qui honos ea tempestate multo maximus erat. Quippe etiam Phœnices, omnisque ad Euphratem regio, Nigri suberat imperio. Ipse ætatis erat jam ad senectutem spectantis, multisque & magnis in rebus versatus famam obtinuerat mansuetudinis ac dexteritatis, sic ut etiam Pertinacis vitam putaretur æmulari. Quibus maximè rebus populi favorem adeptus videbatur. Hunc igitur assiduè frequentis populi clamores implorabant, ac præsentem Julianum convicio lacerantes, illum etiam absentem universi principalibus acclamationibus, faustisque vocibus prosequebantur.

1 *In circo occupatis indifferenter omnium subselliis populus geminavit convitia in Julianum; Tescennium Nigrum qui jam imperare dicebatur ad urbis præsidium vocavit.* Spartianus.

2 Steph. τῶν μὲν ὁ πρὸ πολλοῦ.

XXXVIII. Quibus intellectis, Niger putans omnia sibi ex sententia successura; quod & à militibus negligebatur Julianus, ut qui fidem minimè impleverat, & contemnebatur à populo, ut parum dignus empto principatu, spem cœpit imperii vindicandi. Ac primò quidem ex ducibus, tribunisque, cæterisque militibus, qui plurimum haberent autoritatis, diversos alium alio tempore domum dimittebat, edoctos rerum omnium quæ sibi Româ afferebantur. Id hoc consilio faciebat, ut quàm latissimè toto Oriente rumores disseminarentur. Ita enim sibi adjuncturum quamplurimos existimabat: si non imperium ex insidiis occupaturus, sed opem vocantibus atque implorantibus allaturus videretur. Proinde universi confestim adesse, obsecrare pro se quisque, obtestarique, uti quamprimum Rempublicam capesseret. Est autem Syrorum gens natura levis, pronaque ad res novandas. Amabant autem vehementer Nigrum, quòd & imperium apud illos humanissimè gesserat, & ludis multitudinem, ac celebritatibus detinuerat. Sunt autem Syri suapte natura hujuscemodi oblectamentorum cupidiores: è quibus Antiocheni maximam fœlicissimamque urbem inhabitantes, totum fermè annum vel in urbe ipsa, vel in suburbanis ludos

λη'. Διαγγελθείσης τε τῆς τοῦ δήμου Ῥωμαίων γνώμης, καὶ τῆς ἐπαλλήλου ἐν ταῖς συνόδοις βοῆς, εἰκότως ὁ Νίγρος ἀναπεισθεὶς, ῥᾷστά τε αὐτῷ τὰ πράγματα ὑπακούσεσθαι προσδοκήσας, καὶ μάλιστα τὸν Ἰουλιανὸν ὑπό τε τῶν περὶ αὐτὸν στρατιωτῶν ἀμελεῖσθαι (διότι τὰς ὑποσχέσεις οὐκ ἐπλήρου τῶν χρημάτων) ὑπό τε τοῦ δήμου καταφρονεῖσθαι ὡς ἀνάξιον ἧς ἐώνητο ἀρχῆς, ἐπιδίδωσιν αὐτὸν τῇ τῆς βασιλείας ἐλπίδι. Καὶ τὰ μὲν πρῶτα κατ' ὀλίγους ἡγεμόνας τε καὶ χιλιάρχους, τούς τε τῶν στρατιωτῶν ἐξέχοντας οἴκαδε μεταπεμπόμενος, διελέγετο καὶ ἀνέπειθε τὰ ἐκ τῆς Ῥώμης δηλούμενα φανερὰ ποιῶν, ὡς ἂν διαθέουσα ἡ γνώμη, ἔκπυστα καὶ γνώριμα ποιῇ τοῖς τε στρατιώταις καὶ τοῖς λοιποῖς κατὰ τὴν ἀνατολὴν ἀνθρώποις. οὕτω γὰρ ῥᾷστα ἤλπιζε πάντας αὐτῷ προσχωρήσειν, πυνθανομένους ὅτι μὴ αὐτὸς ἐξ ἐπιβουλῆς μνᾶται τῆς ἀρχῆς, ἀλλὰ καλούμενος καὶ βοηθήσων ἔπεισι Ῥωμαίοις δεομένοις. ἀνεπτόηντο δὲ πάντες, καὶ μηδὲ μελλήσαντες προσέκειντο ἐκλιπαροῦντες καὶ αὐτοὶ ἀντιλαμβάνεσθαι τῶν πραγμάτων. Φύσει τε κοῦφον τὸ Σύρων ἔθνος, ἔς καινοτομίαν τε τῶν καθεστηκότων ἐπιτήδειον. ἐνῆν δέ τις αὐτοῖς καὶ πόθος τοῦ Νίγρου ἠπίως τε ἄρχοντος ἅπασι, τὰ πλεῖστά τε αὐτοῖς συμπανηγυρίζοντος. φιλέορτοι δὲ φύσει Σύροι, ὧν μάλιστα οἱ τὴν Ἀντιόχειαν κατοικοῦντες, μεγίστην πόλιν, καὶ εὐδαίμονα, σχεδὸν παρὰ πάντα τὸν ἐνιαυτὸν ἑορτάζουσιν ἔν τε πόλει αὐτῇ,

τῇ, καὶ κατὰ τὰ προάστεια. θέαις τοίνυν αὐτοῖς συνεχῶς ἐπιτελῶν ὁ Νίγρος, περὶ ἃς μάλιστα ἐσπουδάκασι, καὶ διδοὺς ἄνεσιν εἰς τὸ ἑορτάζειν, καὶ εὐφραίνεσθαι, ἅτε ποιῶν κεχαρισμένα, εἰκότως ἐτιμᾶτο. ἅπερ εἰδὼς, καλέσας τούς τε πανταχόθεν στρατιώτας εἰς ῥητὴν ἡμέραν, τοῦ τε λοιποῦ πλήθους συνελθόντος, βήματός αὐτῷ κατασκευασθέντος, ἔλεξε τοιάδε ἀνελθών.

Δημηγορία Νίγρου.

κθʹ. Τῆς μὲν ἐμῆς γνώμης τὸ πρᾶον, καὶ πρὸς τὰ μεγάλα τῶν τετολμημένων εὐλαβὲς, ἴσως ἐστὶ ὑμῖν πάλαι γνώριμον. οὐδ' ἂν νῦν εἰς ὑμᾶς ἦλθον ταῦτα δημηγορήσων, εἰ ἐκ μόνης προαιρέσεως ἰδιωτικῆς, καὶ ἀλόγου ἐλπίδος, ἢ μείζονος ἐλπίδος ἢ ἐπιθυμίας ἀνεπειθόμην. ἀλλ' ἐμὲ καλοῦσι Ῥωμαῖοι, καὶ συνεχῶς βοῶντες ἐπείγουσιν ὀρέξαι τε χεῖρα σωτήριον, καὶ οὕτω τὴν ἔνδοξον καὶ ἐνάρετον ἀπὸ προγόνων ἄνωθεν ἀρχὴν μὴ περιιδεῖν αἰσχρῶς ἐρριμμένην. ὥσπερ δὲ τὸ τολμᾶν ἐπὶ τοῖς τηλικούτοις, οὐκ οὔσης εὐλόγου προφάσεως, προπετὲς καὶ θρασὺ, οὕτω καὶ τὸ πρὸς καλοῦντας καὶ δεομένους ὀκνηρὸν, ἀνανδρείας ἅμα καὶ προδοσίας φέρει διαβολήν. διὸ παρῆλθον πευσόμενος ὑμῶν, τίνα γνώμην ἔχοιτε, καὶ πρακτέον ἡγεῖσθε, συμβούλοις τε ὑμῖν καὶ κοινωνοῖς χρησόμενος, περὶ τῶν καθεστώτων. Τὸ γὰρ ἀποβησόμενον, εἰ εὐτυχηθείη, κοινὴν ἐμοί τε καὶ ὑμῖν τὴν ἀπόλαυσιν παρέξει. οὐ φαυ-

& feſta concelebrant. Quocirca edendis aſſiduè ſpectaculis, ac remittendis, exhilarandiſque otio animis ita ſibi vulgus adjunxerat, ut ab omnibus magnoperè coleretur. Quæ cùm ita ſe habere intelligeret, juſſis adeſſe dictâ die militibus, reliquâ etiam confluente multitudine, ita pro ſuggeſtu ad id ipſum extructo verba fecit.

Oratio Nigri.

XXIX. Quàm mite ingenium, quantaque in rebus majoribus aggrediendis noſtra cautio ſit, forſitan ipſi quoque jam pridem cognoviſtis. Neque ego nunc apud vos proceſſiſſem verba facturus, ſi vel privato conſilio, vel incertâ ſpe, aut ſpem ſuperante cupiditate adducerer. Sed me vocant Romani, & aſſiduè clamantes fatigant, ut eis manum porrigam ſalutarem. Neque patiar tam excellens, tamque glorioſum relictum à majoribus imperium, jacere abjectum turpiter. Ut autem citra occaſionem aliquam res aggredi tantas, audax ſanè, temerariumque ſit: ita ſi implorantibus ac rogantibus opem deneges, timiditatis & proditionis crimine labores. Quapropter eo conſilio ad vos huc prodii, ut ſciſcitarer quid facto opus eſſe duceretis, vobiſque uterer quaſi totius negotii hujus conſultoribus: quod ſi ex ſententia ſucceſſerit, communis mihi inde vobiſcum erit utilitas. Neque
ſcilicet

ſcilicet tenues opes, aut leves ſunt, quæ nos ſolicitant, ſed ipſe Romanus populus, cui rerum omnium poteſtatem ſuperi tribuerunt: ipſum Romanum imperium, fluctuans adhuc, neque apud quenquam certâ ſede reſidens. Sed neque parum tuta inimus conſilia, his implorantium animis, nullo ad prohibendum reſiſtendumque parato. Nam qui illinc veniunt, ne ipſos quidem milites, unde imperium emptitaverit, ſatis ei fidos fore affirmant, quoniam promiſſa non ſolverit. Quæ ſit igitur veſtra mens oſtendite.

XXX. Talia loquentem continuò exercitus omnis, cæterumque vulgus, imperatorem atque Auguſtum conſalutant. Tum amictum purpurâ, reliquoque exornatum aulico paratu, ibidem extemporè conquiſitò, præcedente etiam igni, in Antiochiæ primum templa, mox ad ſuas ædes deduxerunt: quas etiam, ceu non jam privatas, omnibus extrà inſignibus Imperatoriis adornaverunt.

XXXI. His lætus Niger, cum ſcilicet & Roma-

λαι δέ· οὐδὲ κοῦφαι καλοῦσιν ἐλπίδες. ἀλλ' ὅ, τε Ῥωμαίων δῆμος, ᾧ τὴν διαπολείαν τῶν ἁπάντων ἔνειμαν θεοί, καὶ ἡ βασιλεία, ἥ τε ἀρχὴ σαλεύουσα, καὶ παρὰ μηδενί πω βεβαίως ἱδρυμένη. ὅθεν ὑμῖν καὶ τὸ τῆς ἐπιχειρήσεως ἀσφαλὲς, ἔκ τε τῆς τῶν καλούντων γνώμης, καὶ ἐκ τοῦ μηδένα εἶναι τὸν ἀνθεστῶτα, μὴ δὲ κωλύοντα, ὑπάρξει. καὶ γὰρ οἱ τὰ ἐκεῖθεν ἀγγέλλοντες, φασὶ μηδὲ τοὺς στρατιώτας, οἳ τὴν ἀρχὴν αὐτῷ χρημάτων ἀπέδοντο, πιστοὺς εἶναι [1] φρουροὺς ὑπηρέτας, μηδὲ πληρώσαντος ἐκείνου, ἃ ὑπέσχετο. τίνα τοίνυν ἔχετε γνώμην, δηλώσατε.

λʹ. Τοιαῦτά τινα εἰπόντος αὐτοῦ, εὐθέως τὸ στρατιωτικὸν πᾶν καὶ τὸ συνειλεγμένον πλῆθος, αὐτοκράτορά τε ἀνεῖπε, καὶ σεβαστὸν προσηγόρευσε. τήν τε βασίλειον πορφύραν περιβαλόντες, καὶ τὰ λοιπὰ τῆς σεβασμίου τιμῆς, καὶ αὐτοσχεδίου παρασκευῆς ἀθροίσαντες, καὶ προπομπεύοντος τοῦ πυρὸς, εἴς τε τὰ ἱερὰ τῆς Ἀντιοχείας τὸν Νίγρον ἄγουσι, καὶ εἰς τὴν ἑαυτοῦ οἰκίαν καθιστᾶσιν οὐκέτι αὐτὴν ἰδιωτικὴν, ἀλλὰ βασίλειον αὐτὴν νομίζοντες, πᾶσι κοσμήσαντες [2] ἔξωθεν βασιλικοῖς συμβόλοις.

λαʹ. Ἐπὶ τούτοις δὴ ὁ Νίγρος πάνυ τὴν ψυχὴν ηὐφραίνετο, ὀχυρῶ-

1 Steph. φρουροὺς καὶ ὑπηρέτας vel φρουρῶς ὑπηρέτας.

2 Cum Cæſaribus tanquam Diis multa decreta eſſent, ipſorum quoque ædium faſtigia eodem modò ornari cæperunt, quo ſolebant deorum templa. ἦν γάρ τι, *Inquit. Plutar.* τῇ Καίσαρος οἰκίᾳ προσκείμενον ὡς ἐπὶ κόσμῳ καὶ σεμνότητι, τῆς βουλῆς ψηφισαμένης, ἀκρωτήριον. Illa autem ἀκρωτήρια faſtigiis erant impoſita, ipſa verò faſtigia ἀετώματα & ἀετοὶ *dicebantur*; *inde illud Arſtoph.* ἐρέψομεν πρὸς ἀετὸν ductâ ab expanſis alis ſimilitudine. Sed hoc obiter.

θαι

διά τε αὐτοῦ καὶ τῆς ἀρχῆς ἡγεῖτο, διά τε τὴν τῶν Ῥωμαίων γνώμην, καὶ τὴν περὶ αὐτὸν σπουδὴν τῶν ἀνθρώπων. ὡς γὰρ διεπεφοιτήκει ἡ φήμη, πάντα ἐπῆλθεν ἔθνη ὅσα τὴν ἀντικειμένην ἤπειρον τῇ Εὐρώπῃ κατοικεῖ, οὐδείς τε ἦν ὃς οὐχ ἑκὼν εἰς τὸ ὑπακούειν αὐτῷ ἠπείγετο, πρεσβεῖαί τε ἀπ᾽ ἐκείνων τῶν ἐθνῶν εἰς τὴν Ἀντιόχειαν ὡς πρὸς βασιλέα ὁμολογούμενον ἐστέλλοντο, οἵ τε ἐπέκεινα Τίγριδος, καὶ Εὐφράτου σατράπαι καὶ βασιλεῖς ἐπέστελλον, συνηδόμενοι αὐτῷ, καὶ εἰ δέοιτο βοηθείας, ὑπισχνοῦντο. Ὁ δὲ δώροις τε αὐτοὺς μεγαλοπρεπῶς ἠμείβετο, καὶ ἐπὶ τῇ σπουδῇ καὶ ὑποσχέσει χάριν γινώσκων, ἔλεγε μὴ δεῖσθαι συμμάχων. τὴν ἀρχὴν αὐτῷ βεβαίως ὠχυρῶσθαι, ἀναιμωτί τε ἄρξειν.

λβʹ. Ταύταις ἐπαιρόμενος ταῖς ἐλπίσιν, ὑπτίαζέ τε πρὸς τὴν τῶν πραγμάτων ἐπιμέλειαν, καὶ ἐς τὸ ἁβροδίαιτον ἀνειμένος, τοῖς Ἀντιοχεῦσι συνευφραίνετο ἑορταῖς καὶ θέαις ἐπιδιδοὺς ἑαυτόν. τήν τε εἰς τὴν Ῥώμην ἄφοδον, ἐφ᾽ ἣν μάλιστα ἐχρῆν σπεύδειν, ἠμέλει. τοῖς τε Ἰλλυρικοῖς στρατεύμασι δέον ἐπιφοιτῆσαι τὴν ταχίστην, καὶ φθάσαι οἰκειωσάμενον αὐτά. ὁ δὲ οὐδὲ τῶν πραττομένων τι [1] αὐτῆς ἐδίδου, ἐλπίζων τοὺς ἐκεῖ στρατιώτας, εἴποτε καὶ μάθοιεν, ὁμογνώμονας ἔσεσθαι τῇ τε Ῥωμαίων εὐχῇ, καὶ τῇ τῶν κατὰ τὴν ἀνατολὴν στρατοπέδων γνώμῃ. ταῦτα δὲ αὐτοῦ διατυποῦντος, καὶ [2] κούφοις

norum animos, & cæterorum studia hominum animadverteret, jam haud dubiè rem omnem sibi esse in vado arbitrabatur. Qui postquam rumor increbuit, statim quæcunque adversum Europæ continentem nationes incolunt festinare pro se quæque ut præsto illi essent, legati undique Antiochiam confluere, velut ad legitimum principem. Reges quoque & Satrapæ trans Ephratem, Tygrimque habitantes, gratulatum miserunt, suamque operam in omnem eventum pollicebantur. Quos ille amplissimis muneribus gratiisque actis dimittebat, nullis sibi in præsens opus esse auxiliis affirmans, satis munitum Imperium, idque gesturum se incruentum.

XXXII. Quare tanta spe sublatis animis, supinus jam negligentiusque agitabat, seque populumque Antiochenum otio deliciisque oblectans, ludosque edens & spectacula. Neque verò aut Romam, quod res maximè postulabat, proficisci studuit: aut Illyricos exercitus, qui scilicet imprimis adeundi, conciliandique fuerant, ullis de rebus certiores fecit: sperans statim intellecta re, cum Romanis eos pariter, cumque Orientis totius exercitibus consensuros. Hæc dum agitaret, levi incertaque spe

καὶ ἀδήλοις ἐπαιωρούμενος ἐλπίσι, δι-

1 Step. [αὐτοῖς ἐδήλου.] 2 Leg. Κούφαις.

subnixus,

subnixus, fama jam per Pannonios, Illyricosque increbuerat, perque exercitus omnes, qui pro ripis Danubii, Rhenique excubantes, coercendis Barbaris Romanum tuentur Imperium.

XXXIII. Præerat autem Pannoniis universis (nam unius regebantur imperio) Severus quidam genere Afer, vehemens homo negotiis gerendis, ac ferox, vitæque insuetus duræ & asperæ, promptus excogitandis, acer exequendis rebus. Qui postquam Romanum principatum pendere sublimem, quasique direptui expositum vidit, alterum quidem ut desidem, alterum ut parem efficacem, contemptui habuit. Addebant præterea spem somnia quædam & oracula, cæteraque futurorum præsagia, tum denique fidem veri impetrantia, quum sunt eventum sortita. Quorum pleraque ipse in libris de vita sua conscripsit, ac publicè in tabulis picta dedicavit: sed quod illi extremum, maximique momenti somnium, spem propemodum omnem conciliavit, id ne nobis quidem silentio prætereundum.

ἠγγέλλετο τὰ πραττόμενα εἴς τε Παίονας καὶ Ἰλλυρικοὺς, καὶ πᾶν τὸ ἐκεῖσε στρατιωτικὸν, ὃ ταῖς ὄχθαις τοῦ Ἴστρου καὶ Ῥήνου ἐπικείμενον, ἀπεῖργον τοὺς ἐπέκεινα Βαρβάρους, φρουρεῖ τὴν Ῥωμαίων ἀρχήν.

λγ'. Ἡγεῖτο δὲ Παιόνων πάντων (ὑπὸ μιᾷ γὰρ ἦσαν ἐξουσίᾳ) Σεβῆρος ἀνὴρ, τὸ μὲν γένος Λίβυς, ἐς δὲ τὴν τῶν πραγμάτων διοίκησιν γενναῖος ἅμα καὶ θυμοειδὴς, σκληρῷ τε βίῳ καὶ τραχεῖ ἐνειθισμένος, πόνοις τε ἀντέχων ῥᾷστα, [1] νοῆσαι τε ὀξὺς, καὶ τὸ νοηθὲν ἐπιτελέσαι ταχύς. οὗτος τοίνυν παρὰ τῶν ἀγγελλόντων, πυνθανόμενος τὴν Ῥωμαίων ἀρχὴν, μετέωρον φερομένην [2] ἁρπάσαι, καταγνοὺς τοῦ μὲν ῥᾳθυμίαν, τοῦ δὲ δυσπραγίαν τοῖς πράγμασιν. ἀνέπειθε δὲ αὐτὸν ὀνείρατα τοιαύτην τινὰ ἐλπίδα ὑποσημαίνοντα, χρηστήριοί τε καὶ ὅσα εἰς πρόγνωσιν τῶν μελλόντων σύμβολα φαίνεται, ὥσπερ πάντα ἀψευδῆ καὶ ἀληθῆ τότε πιστεύεται, ὅταν εἰς τὴν ἀπόβασιν εὐτυχηθῇ. τὰ μὲν οὖν πολλὰ εἰς τὸ ῥηθὲν αὐτός τε συγγράψας [3] ἐν τῷ καθ' αὐτὸν βίῳ, καὶ δημοσίαις ἀνέθηκεν εἰκόσι. [4] τὸ δ' οὖν τελευταῖον καὶ μέγιστον, ὅπερ αὐτῷ καὶ τὴν ἐλπίδα πᾶσαν ὑπέφαινεν ὄναρ, οὐδ' ἡμῖν παραλειπτέον.

1 Dion. Severum δεινότατον appellat.

2 Mancus sensus, nec legitima constructio, nisi verbum aliquod subintelligatur puta [διενοήθη] aut tale quid.

3 In historiâ vitæ privatæ quam, *referente Spartiano*, composuit ad fidem.

4 Frequens Romanis per somnia augurium; plura lege apud Spartianum statim ab initio, quæ Severo imperandi spem fecerunt.

λδ'. Κατὰ

λδ'. Κατὰ γὰρ τὸν καιρὸν ὃν ἀπηγγέλη Περτίναξ παραλαβὼν τὴν ἀρχήν, μετὰ τὸ προσελθεῖν καὶ θῦσαι ὁ Σεβῆρος, καὶ τὸν ὑπὲρ τῆς Περτίνακος βασιλείας ὅρκον ἀφοσιώσασθαι, ἐπανελθὼν εἰς τὴν οἰκίαν, ἑσπέρας καταλαβούσης, εἰς ὕπνον κατηνέχθη, μέγαν καὶ γενναῖον ἵππον βασιλικοῖς φαλάροις κεκοσμημένον ᾠήθη βλέπειν, φέροντα ἐποχούμενον τὸν Περτίνακα διὰ μέσης τῆς ἐν Ῥώμῃ ἱερᾶς ὁδοῦ. ἐπεὶ δὲ κατὰ τὴν ἀρχὴν τῆς ἀγορᾶς ἐγένετο, ἔνθα ἐπὶ τῆς δημοκρατίας πρότερον ὁ δῆμος συνιὼν ἐκκλησίαζεν, ᾠήθη τὸν ἵππον ἀποσείσασθαι μὲν τὸν Περτίνακα, καὶ ῥίψαι. αὐτῷ δὲ ἄλλως ἑστῶτι, ὑποδῦναί τε αὐτὸν, καὶ ἀράμενον ἐπὶ τοῖς νώτοις, φέρειν τε ἀσφαλῶς, καὶ στῆναι βεβαίως ἐπὶ τῆς ἀγορᾶς μέσης, εἰς ὕψος ἄραντα τὸν Σεβῆρον, ὡς ὑπὸ πάντων ὁρᾶσθαί τε καὶ τιμᾶσθαι. μένει δὲ εἰς ἡμᾶς ἐκείνῳ τῷ χωρίῳ ἡ τοῦ ὀνείρατος εἰκὼν μεγίστη, χαλκῆ πεποιημένη.

λε'. Οὕτω τοίνυν ὁ Σεβῆρος ἀρθεὶς τὴν γνώμην, ἐλπίζων τε θείᾳ προνοίᾳ ἐπὶ τὴν ἀρχὴν αὐτὸν καλεῖσθαι, ἀπόπειραν ἐποιεῖτο τῆς τῶν στρατιωτῶν γνώμης. τὰ μὲν πρῶτα κατ' ὀλίγους ἡγεμόνας τε καὶ χιλιάρχας, τούς τε ἐν τοῖς στρατοπέδοις ἐξέχοντας οἰκειούμενος, καὶ περὶ τῆς ἀρχῆς τῆς Ῥωμαίων διαλεγόμενος, ὡς παντάπασιν ἔρριπται, οὐδενὸς ὄντος τοῦ γενναίως ἢ κατ' ἀξίαν αὐτὴν διοικοῦντος. διέβαλλε δὲ τοὺς ἐν Ῥώμῃ στρατιώτας ὡς ἀπίστους, καὶ βασιλείῳ καὶ ἐμφυλίῳ αἵματι μιάναντας τὸν ὅρκον· ἔλεγέ τε δεῖν ἐπα-

XXXIV. Quo enim tempore nunciatum est, Pertinacem ad Imperium ascitum, peracto Severus sacrificio, juratusque fidem principi, ubi primum domum rediit, somno comprehensus, videt per quietem magnum quendam ac generosum equum ornatum phaleris imperialibus, qui Pertinacem ipsum per urbem veheret, media Sacra via. Sed ubi ad ipsum fori pervenit ingressum, in quem olim liber populus frequens conveniebat, visus est excussisse Pertinacem equus, atque abjecisse humi: proximeque astanti Severo tergum substernere, eumque præferre sublimem tutò in forum medium, conspicuum venerabundæ multitudini. Manet autem adhuc hujus imago somnii eodem ipso in loco ingens, ex ære conflata.

XXXV. Ad hunc igitur modum sublatis animis Severus, ac se divina providentia solicitari ad Imperium ratus, decrevit animos periclitari militum. Quare primum quidem præfectos, tribunosque & primos militum sibi adjungens, cumque iis de Romano Imperio sermones serens, abjectum id esse dictitabat, existente nullo per quem fortiter atque ex dignitate gubernaretur. Invehens præterea in prætorianas cohortes, quæ sacramentum militare, civili imperatorioque sanguine polluissent, vindicandum esse aiebat,

ac persequendam Pertinacis cædem: minimè ignarus, excubare adhuc memoriam Pertinacis apud Illyricos exercitus, quoniam sub Imperatore Marco multa illius ductu, adversus Germanos trophæa excitaverat: & cùm præfectus Illyrico foret, nullum non exemplum virtutis in prælio ostentaverat, benevolentiam porrò ac probitatem, ad hæc civile moderatumque Imperium sociis præstiterat. Quocirca memoriam ejus principis colentes, tantam in illum editam crudelitatem indignissimè ferebant. Hanc igitur Severus occasionem arripiens, facilè eos, quò vellet, adducebat: simulans non se quidem Imperium quærere, aut summam potestatem affectare, sed ire ultum sanguinem tanti principis. Nam ut ejus regionis homines corporibus utuntur prævalidis atque proceris, & in pugnam cædemque paratissimis: ita pingui sunt ingenio. Quare haud facilè sentiunt, si quid agas, dicasve astutè ac subdolè. Quocirca quum fidem fecisset Severus, cædem se Pertinacis persequi velle, ita sibi universos conciliavit, ut Imperator diceretur, summamque ab eis acciperet potestatem. Sed ubi Pannoniorum animos exploravit, statim vicinarum quo-

μιῶσαι καὶ [1] ἐπεξελθεῖν τῷ Περτίνακος φόνῳ· ᾔδει δὲ πάντας τοὺς κατὰ τὸ Ἰλλυρικὸν στρατιώτας μεμνημένους τῆς Περτίνακος ἡγεμονίας. ὑπὸ γὰρ Μάρκῳ βασιλεύοντι πολλὰ ἐγείρας σὺν αὐτοῖς κατὰ Γερμανῶν τρόπαια, στρατηγός τε καὶ ἡγεμὼν τῶν Ἰλλυρικῶν καταστάθεις, ἀνδρείαν μὲν πᾶσαν ἐν ταῖς μάχαις πρὸς [2] τοὺς πολέμους ἐπιδέδεικτο· εὔνοιαν δὲ καὶ [3] χρηστότητα μετὰ σώφρονος καὶ ἐπιεικοῦς ἐξουσίας τοῖς ἀρχομένοις παρέσχετο. ὅθεν αὐτοῦ τὴν μνήμην τιμῶντες, ἐπὶ τοῖς οὕτως ὠμῶς κατ' αὐτοῦ τετολμημένοις ἠγανάκτουν. ταύτης δὴ τῆς προφάσεως λαβόμενος ὁ Σεβῆρος, εὐμαρῶς αὐτοὺς ἐφ' ἃ ἐβούλετο ὑπηγάγετο, προσποιούμενος οὐχ οὕτω τῆς ἀρχῆς ἀντιποιεῖσθαι, οὐδ' αὐτῷ τὴν ἐξουσίαν μνᾶσθαι, ὡς θέλειν ἐπεξελθεῖν τοιούτου βασιλέως αἵματι. ὥσπερ δὲ τὰ σώματα οἱ ἐκεῖσε ἄνθρωποι γενναιότατοί τε καὶ μεγάλοι εἰσί, καὶ πρὸς μάχας ἐπιτήδειοι καὶ φονικώτατοι, οὕτω καὶ τὰς διανοίας παχεῖς, καὶ μὴ ῥαδίως συνεῖναι δυνάμενοι, εἴτι μετὰ πανουργίας ἢ δόλου λέγοιτο ἢ πράττοιτο. πιστεύσαντες γοῦν τῷ Σεβήρῳ προσποιουμένῳ χαλεπαίνειν, καὶ θέλειν ἐπεξελθεῖν τῷ Περτίνακος φόνῳ, ἐπέδοσαν αὐτοὺς, ὡς αὐτοκράτορά τε ἀποδεῖξαι, καὶ τὴν ἀρχὴν ἐγχειρίσαι. ὁ δ' ὡς ἔγνω τὴν τῶν Παιόνων γνώμην, ἔπεμψε καὶ εἰς τὰ γειτνιῶν-

1 *Excipiebatur enim ab omnibus quasi Pertinacis ultor.* Spart.

2 Πρὸς τοὺς πολεμίους. Sylb.

3 Inde dictus est Pertinax χρηστολόγος; erat enim, uti ait Dion. εὐπροσήγορος.

τα

τὰ ἔθνη, καὶ πρὸς πάντας τοὺς ἄρχοντας τῶν ὑπ᾽ ἀρχὴν Ῥωμαίοις δουλευόντων ἐθνῶν, μεγάλαις τε πάντας ὑποσχέσεσι καὶ ἐλπίσιν ἀναπείθων, ῥᾳδίως ὑπηγάγετο. ἱκανώτατος δ᾽ ἦν πάντων ἀνθρώπων μάλιστα προσποιήσασθαί τε καὶ πιστώσασθαι εὔνοιαν, [1] μήτε ὅρκου φειδόμενος εἰ δέοι τούτου καταφρονῆσαι, ψευσάμενος πρὸς τὸ χρειῶδες. διά τε γλώττης προΐετο, ὅσα μὴ ἔφερεν ἐπὶ γνώμης. θεραπεύσας οὖν διὰ γραμμάτων, πάντας τοὺς κατὰ τὸ Ἰλλυρικὸν ἅμα καὶ ἄρχοντας, προσηγάγετο αὐτούς. ἀθροίσας δὲ τοὺς πανταχόθεν στρατιώτας, ἀντὶ Σεβήρου τε ἑαυτὸν [2] Περτίνακα ὀνομάσας (ὅπερ οὐ μόνον ἤλπιζε τοῖς Ἰλλυρικοῖς ἔσεσθαι κεχαρισμένον, ἀλλὰ καὶ τῷ δήμῳ κατὰ Ῥωμαίων, διὰ τὴν ἐκείνου γνώμην) συγκαλέσας τε αὐτοὺς εἰς τὸ πεδίον, καὶ βήματος αὐτῷ ἀρθέντος ἀνελθὼν, ἔλεξε τοιάδε.

Δημηγορία Σεβήρου.

λϛʹ. Τὸ πιστὸν ὑμῶν, καὶ πρός τε θεοὺς σεβάσμιον, οὓς ὄμνυτε, πρός τε βασιλέας τίμιον, οὓς αἰδεῖσθε, δεδηλώκατε δι᾽ ὧν ἀγανακτεῖτε, ἐφ᾽ οἷς οἱ κατὰ τὴν Ῥώμην στρατιῶται, πομπῆς μᾶλλον ἢ ἀνδρείας ὑπηρέται ἐτόλμησαν. κἀμοὶ δὲ δι᾽ εὐχῆς ἐστι, πρότερον μὲν οὐδ᾽ ἄλλοτε ἀντιποιήσα-

que gentium præsides, quæcunque Romano subjacent Imperio magnis illexit præmiis. Erat autem Severus unus omnium mortalium ad amorem simulandum maximè factus, sic ut ne jusjurandum quidem fallere dubitaret, si ita usus posceret: longèque aliud in lingua promptum, quàm in animo reconditum gerebat. Igitur Illyrico omni, rectoribusque provinciarum per literas insinuatus collectisque undecunque militibus, ac suscepto Pertinacis cognomine, quod non Illyricis modò, sed Romano etiam populo gratissimum fore suspicabatur, convocatis omnibus in campum, ita pro suggestu locutus dicitur.

Oratio Severi.

XXXVI. Quantum vel fidei vel religionis erga deos, per quos jurati estis, quantumque honoris imperatoribus exhibeatis, quos adeò veneramini, facilè ostenditis, milites, cum tantopere indignamini cohortes urbanas, pompæ magis, quàm virtutis administras, adeò fœdum facinus perpetrasse. Ac mihi quidem in votis est, nunc

1 Cui Consimile illud τὸ ἀληθὲς τοῦ ψεύδους κρεῖττον εἶναι, ἑκατέρου δὴ τῇ χρείᾳ τὴν ἀξίαν καὶ τὴν τιμὴν ὁρίζεσθαι.

2 *Se quoque Pertinacem vocari jussit, quamvis postea id nomen aboleri voluerit querimoniâ amicorum.* Spart.

primùm tantam ſpem auſpicanti (nam profectò ſcitis, quàm ſemper audiens dicto principibus fuerim) perducere ad exitum, atque explicare quæ vobis cordi ſunt. Neque Romanum Imperium abjectum pati, quod quidem apud majores ſumma ſemper auctoritate geſtum venerandum omnibus videbatur. Poſtea verò quàm ad Commodum recidit, etſi ob illius adoleſcentiam ſæpenumero impegit, attamen omne vitium, cum ipſius principis nobilitate, tum ſanctiſſimi parentis memoria obumbrabatur. Neque tam errata illius odium, quàm miſericordiam emerebantur. Quippe non tam ipſi quæ gerebantur, quam aſſentatoribus imputabamus, cæteriſque malarum artium conſultoribus atque miniſtris: donec ad ſanctiſſimum illum ſenem, cujus adhuc virtutis & probitatis noſtris mentibus memoria reſidet, delatum fuit Imperium. Quem tamen tantùm abeſt ut tolerare illi potuerint, ut cæde etiam nefaria talem virum è medio ſuſtulerint. Poſt hunc autem terræ mariſque Imperium, neſcio quis turpiſſimè auctionatus & populo, quemadmodum auditis, inviſus eſt; & milites, quibus impoſuit, parum fidos habet. Qui tamen, ſi etiam defenſuri illum forent, attamen neque numero univerſi, neque virtute ſinguli conferendi ſunt vobis. Ad

μόνῳ τοιαύτης ἐλπίδος (ἴστε γάρ μου τὸ πρὸς τοὺς βασιλεύσαντας πειθήνιον) νῦν δὲ ἐπὶ τέλος τε ἀγαγεῖν καὶ ἀνύσαι ταῦτα ἅπερ ἐστὶν ὑμῖν κεχαρισμένα· τήν τε Ῥωμαίων ἀρχὴν μὴ περιιδεῖν ἐξ-ῥιμμένην, ἣ πρότερον μὲν [1] μέχρι καιρῶν σεμνοπρεπῶς διοικουμένη, σεβάσμιος ἐφαίνετο. εἰς Κόμμοδον δὲ μεταπεσοῦσα, εἰ καί τινα ὑπ' ἐκείνου διὰ νεότητα ἐπλημμελεῖτο, ἀλλ' οὖν τῇ εὐγενείᾳ καὶ τῇ τοῦ πατρὸς μνήμῃ ἐπεσκιάζετο, καὶ πλέον ἦν ἐν αὐτῷ τὸ ἐλεούμενον, ἐφ' οἷς ἐσφάλλετο, ἢ τὸ μισούμενον. ἐπεὶ τὰ πλεῖστα τῶν γινομένων οὐκ εἰς ἐκεῖνον ἀνεφέρομεν, ἀλλ' εἰς τοὺς περὶ αὐτὸν κόλακάς τε, καὶ οὐ πρεπόντων ἔργων ὁμοῦ συμβούλους τε καὶ ὑπηρέτας. ἐπεὶ δὲ εἰς σεμνὸν πρεσβύτην, οὗ τῆς ἀνδρείας τε καὶ χρηστότητος ἔτι ταῖς ψυχαῖς ὑμῶν μνήμη ἐνέστακται, περιῆλθεν ἡ ἀρχὴ, οἱ δὲ οὐκ ἠνέσχοντο, ἀλλὰ τοιοῦτον ἄνδρα φόνῳ ἀπεσκευάσαντο. τὴν δὲ γῆς καὶ θαλάττης τοσαύτην ἀρχὴν ὠνησάμενός τις αἰσχρῶς, πρός τε τοῦ δήμου, ὡς ἀκούετε, μεμίσηται, πρός τε τῶν ἐκεῖ στρατιωτῶν, οὓς ἐψεύσατο, οὐκ ἔτι πιστεύει), ὧν εἰ καὶ ἔμελλον ὑπὲρ αὐτοῦ παρατάξασθαι μετ' εὐνοίας, καὶ πλήθει σύμπαντες, καὶ καθ' ἕνα ἕκαστον ἐν ἀνδρείᾳ προὔχετε, ἀσκήσει τε πολεμικῶν

1 Videtur hîc aliquid intercidiſſe, atque adeò legi debere [μέχρι τῶν νῦν καιρῶν.]

ἐγγυ-

ἐξηγύμνασθε· ὑμεῖς μὲν ἀεὶ Βαρβάροις ἀντιταττόμενοι, καὶ φέρειν πόνους πάντας πορείας, κρύους τε καὶ θάλπους καταφρονεῖν, ποταμούς τε πεπηγνυμένους πατεῖν, καὶ πίνειν ὀρυττόμενον, ἀλλ' οὐκ ἀνιμώμενον ὕδωρ εἰθισμένοι· θήραις τε ἐξηγύμνασθε, καὶ πάντως ὑμῖν εἰς ἀνδρείαν ὑπάρχει γυμνάσια ἐφόδια, ὡς μηδὲ, εἰ βουληθείη τις, δύνασθαι ὑμῖν ἀντιστῆναι. δοκίμιον δὲ στρατιωτῶν, κάματος, ἀλλ' οὐ τρυφή, ἧς γὰρ ἐκεῖνοι ἐκκραιπαλῶντές τε καὶ ἐναυξηθέντες, οὐδ' ἂν τῆς βοῆς ὑμῶν ἀνάσχοιντο, οὔτι γε τῆς μάχης. εἰ δέ τινες τὰ κατὰ Συρίαν ὑποπτεύοιεν πράγματα, ἐντεῦθεν ἂν τεκμήραιντο ἀσθενῆ τε ὄντα, καὶ φαύλας ἔχοντα τὰς ἐλπίδας,[1] ὅπου μηδὲ προελθεῖν τῆς αὐτῶν χώρας ἐτόλμησαν, μηδέ τι περὶ τῆς εἰς Ῥώμην ἀφόδου βουλεύσασθαι ἐθάρρησαν, ἀγαπητῶς ἐκεῖ μένοντες, καὶ ἐφήμερον τροφήν, κέρδος τῆς οὔπω βεβαίας ἀρχῆς νομίζουσιν. ἐπὶ μὲν γὰρ τὸ χαριέντως καὶ μετὰ παιδιᾶς ἀποσκῶψαι ἐπιτήδειοι Σύροι, καὶ μάλιστα οἱ τὴν Ἀντιόχειαν οἰκοῦντες, φασὶ περὶ τὸν Νίγρον ἐσπουδακέναι. τὰ δ' ἄλλα ἔθνη, καὶ αἱ ἄλλαι πόλεις, μέχρι νῦν, τῷ μηδένα εὑρίσκεσθαι τὸν ἄξιον τῆς ἀρχῆς ἐσόμενον, σπάνει τοῦ μετὰ ἀνδρείας καὶ σώφρονος διοικήσεως ἄρξοντος, ἐκείνῳ δηλονότι προσποιοῦνται ὑπακούειν. εἰ δὲ τήν τε Ἰλλυρικὴν δύναμιν ἅμα χειροτονήσασαν μάθοιντο, τότε ἡμέτερον ὄνομα πύθοιντο (οὐκ ἄγνωστον, οὐδ' ἄσημον παρ' αὐτοῖς ὑπάρχον,

hæc bellica vos negotia exercuerunt. Nam & cum Barbaris pedem conferre, & labores omnes perferre, & algores æstusque despicere, & concreta gelu calcare flumina, & potare effossos latices, non haustos, & venatui invigilare consuevistis. Omnia denique ad virtutem adepti viatica, sic ut nemini facile sit vestris obsistere viribus. Etenim labore miles probatur, non mollitudine: qua illi exaturati atque enutriti, ne vocem quidem vestram, nedum pugnam poterunt sustinere. Quòd si cui Syriæ res formidabiles videntur, is vel ex eo cogitet quàm imbecillæ sint, quamque tenui spe nitantur; quod neque adhuc progredi quoquam, neque de urbe petenda deliberare ausi, sedesque illas boni consulentes, delicias in diem quæsitas, lucrum esse ambiguæ potestatis arbitrantur. Est autem ad joca & cavilla in primis factum Syrorum genus: tum qui Antiochiam colunt, ii studere Nigro potissimum creduntur. Nam gentes reliquæ, & civitates, cùm adhuc neminem Imperio dignum aspiciant, quique sit rempublicam fortiter, moderateque gesturus, ei scilicet obedire se tandem simulant. Quod si ab Illyrico exercitu ducem creatum cognoverint, simulque nostrum nomen inaudierint, non obscurum sanè apud ipsos, neque

1 Οτι μηδὲ. *Steph.*

igno-

ignoratum. Quippe illic etiam cùm Imperio præfuimus: neque me profectò desidiæ, aut torporis arguerint, neque vestrum exceptare impetum, aut bellicam virtutem volent experiri, præsertim cum & corporum proceritatibus & armorum exercitationibus, & conferenda manu longè nobis impares habeantur. Quare occupemus quamprimum Romam, larem ipsum Imperii, reliqua dein facilè expedituri, cum deorum oraculis, tum armorum corporumque vestrorum viribus confidentes.

XXXVII. Hæc locutum Severum faustis acclamationibus milites exceperunt, Augustum, Pertinacemque appellantes: studiumque in eum propensum, atque egregiam voluntatem pollicebantur. At Severus nihil procrastinandum ratus, armari quàm expeditissimè jubet, iterque ad urbem edicit: distributisque viritim cibariis, omnique viatico, nihil sibi ad celeritatem facit reliqui, nullis interquiescens locis: ac vix residere tantisper milites passus, donec à nimia itineris contentione respirarent. Ipse inter primos laborans, vilique tabernaculo utens, cibum potumque eundem, quem etiam cæteri milites, capiebat. Nihil unquam Imperatoriæ luxuriæ, nihil deliciarum ostentans, sic ut acceptior in dies militibus

ἐξ ὧν ἡγεμονεύσαντες ἐκεῖσε διῳκήσαμεν,) εὖ ἴστε οὔτε ἐμοῦ ῥᾳθυμίαν ἢ ἀδρανίαν καταγνώσονται, οὔτε τὸ ὑμέτερον γενναῖον καὶ πρὸς τὰς μάχας ἐμβριθὲς ὑποστῆναι αἱρήσονται καὶ σωμάτων μεγέθεσι, καὶ πόνων ἀσκήσεσι ἐν τῇ συστάδην μάχῃ πολὺ ὑμῶν ἀπολιπόντες. φθάσωμεν οὖν τὴν Ῥώμην προκαταλαβόντες, ἔνθα ἡ βασίλειός ἐστιν ἑστία. κἀκεῖθεν ὁρμώμενοι, τὰ λοιπὰ εὐμαρῶς διοικήσομεν θείαις τε προρρήσεσι πιστεύοντες, καὶ τῇ τῶν ὑμετέρων ἀνδρείᾳ, ὅπλων τε καὶ σωμάτων.

λζ'. Τοιαῦτα εἰπόντα τὸν Σεβῆρον, εὐφημήσαντες οἱ στρατιῶται, καλοῦντες Σέβαστον καὶ Περτίνακα, πᾶσαν ἐνεδείκνυντο προθυμίαν καὶ σπουδήν. ὁ δὲ Σεβῆρος μηδένα διδοὺς καιρὸν ἀναβολῆς, συσκευάσασθαί τε αὐτοὺς, ὡς ἔνι μάλιστα εὐτελέστατα ἐκέλευσε· εἰς τὴν Ῥώμην ἔξοδον ἐπήγγειλε, νομάς τε αὐτοῖς διδοὺς, καὶ ἐφόδια τῆς ὁδοιπορείας εἴχετο· συντόνῳ δὲ σπουδῇ, καὶ γενναίοις πόνοις τὴν ὁδὸν ἐπετάχυνε, μήτε που ἐνδιατρίβων, μήτε διδοὺς καιρὸν ἀναπαύλης· εἰ μὴ τοσοῦτον, ὅσον ὀλίγον τοὺς στρατιώτας ἀναπνεύσαντας ἔχεσθαι τῆς ὁδοῦ, ἐκοινώνει δὲ τῶν καμάτων αὐτοῖς, σκηνῇ τε χρώμενος εὐτελεῖ, καὶ σιτία καὶ ποτὰ προσφερόμενος ὅσα καὶ πᾶσιν ὑπάρχειν ἠπίστατο. οὐδαμοῦ δὲ τρυφὴν ἐνεδείκνυτο βασιλικήν· ὅθεν καὶ μείζονα παρὰ τῶν [1] συστρατιωτῶν εὔνοι-

1 Codex Schotti [στρατιωτῶν] quod non multum attinet notâsse, cùm accommodatius sit quod in nostro legitur. & paulò blandiùs sonet, uti illud Cæsaris [*Commilitones.*]

αν

ἂν ἐπιστώσατο. οὐ γὰρ μόνον αὐτὸν συμπονοῦντα, ἀλλὰ καὶ τῶν καμάτων ἄρχοντα οἱ στρατιῶται αἰδούμενοι, μετὰ προθυμίας πάντα ἔπραττον.

λη'. Ὁ δὲ τὴν Παιονίαν διαδραμὼν, ἐπέστη τοῖς τῆς Ἰταλίας ὄρεσι. καὶ τὴν φήμην φθάσας, πρότερον ὤφθη τοῖς ἐκεῖσε παρὼν βασιλεὺς, ἢ ἀφιξόμενος ἠκούσθη. δέος τε μέγα τὰς Ἰταλιώτιδας πόλεις κατελάμβανε, πυνθανομένας τοσαύτην ἔφοδον στρατοῦ. οἱ γὰρ κατὰ τὴν Ἰταλίαν ἄνθρωποι [1] ὅπλων καὶ πολέμων πάλαι ἀπηλλαγμένοι, γεωργίᾳ καὶ εἰρήνῃ προσεῖχον. ἐς ὅσον μὲν γὰρ ὑπὸ δημοκρατίας τὰ Ῥωμαίων διῳκεῖτο, καὶ ἡ σύγκλητος ἐξέπεμπε τοὺς τὰ πολεμικὰ στρατηγήσοντας, ἐν ὅπλοις Ἰταλιῶται πάντες ἦσαν, καὶ γῆν καὶ θάλατταν ἐκτήσαντο, Ἕλλησι πολεμήσαντες καὶ Βαρβάροις. οὐδέ τι ἦν γῆς μέρος, ἢ κλίμα οὐρανοῦ, ὅπου μὴ Ῥωμαῖοι τὴν ἀρχὴν ἐξέτειναν. ἐξ οὗ δὲ εἰς τὸν Σεβαστὸν περιῆλθεν ἡ μοναρχία, Ἰταλιώτας μὲν πόνων ἀνέπαυσε, καὶ τῶν ὅπλων ἐγύμνωσε. φρούρια δὲ καὶ στρατόπεδα τῆς ἀρχῆς προὐβάλετο, μισθοφόρους ἐπὶ ῥητοῖς σιτηρεσίοις στρατιώτας καταστησάμενος ἀντὶ τείχους τῆς Ῥωμαίων ἀρχῆς. ποταμῶν τε μεγέθεσι καὶ τά-

fieret. Nam cum laborum omnium non modo particeps, sed princeps etiam authorque foret, adeò, cunctis venerabilis erat, ut nihil non pro illo cupidissimè facturi viderentur.

XXXVIII. Postea verò quàm emensa Pannonia ipsos Italiæ montes insedit, famamque sui præveniens prius coram conspectus est quàm adventare auditum fuerat; magnus scilicet omnes Italiæ civitates tanto conspecto exercitu metus invasit. Quippe homines in Italia jampridem ab armis belloque remotissimi, agros pacemque colebant. Etenim quamdiu libera civitas egit, atque à Senatu belli duces eligebantur, fuere in armis semper Italiæ nationes, Græcisque & Barbaris subactis terræ sibi marisque Imperium pepererunt. Neque ulla orbis terrarum pars, aut cœli tractus fuit, quo non vires suas Romanorum arma protulerint. Postea verò quàm Augustus rerum potitus est, & laborem Italis ademit, & arma detraxit; milites tantum quosdam certis auctoramentis habuit mercenarios, qui Romanum tuerentur Imperium, tum fluviorum magnitudine, atque fossarum, montibusque asperrimis, deser-

1 Factum hoc credò Mecænatis consilio quod fusiùs potes legere Dionis libro quinquag. 2. pauca impræsentiarium delibasse sufficiet. 1. Ἀθανάτους στρατιώτας τρέφεσθαι προσήκει, nec illos ex Italicis tantùm ἀλλ' ἐκ τῶν ὑπηκόων. 2. Arma omnibus integræ ætatis non capessenda propter στάσεις ἐμφυλίους, exinde plerumque oriundas; quin & 3. in militiam asciscí debet τὸ ἐρρωμενέστατον καὶ ἀκμαιότατον, quo fiet ut cæteri ῥᾷον γεωργήσωσι. quod ipsum hic loci occurrit.

tisque

tisque locis atque imperviis circumseptos, imperii limites communivit.

XXXIX. Quocirca meritò omnes, postquam adventare Severum cum tanto milite audiverunt, insueta re perterriti, cum neque stare contra, neque prohibere auderent, ibant obviam laureati, portisque eum patentibus excipiebant. Ille tam diu locis singulis immoratus, quamdiu aut sacra faceret, aut populos alloqueretur, Romam è vestigiò pergebat. Quæ ubi Juliano nunciata sunt, actum de se prorsus existimavit. Nam & exercitus Illyrici potentiam multitudinemq; audiebat: & populo parum fidebat, cui se cernebat invisum, neque satis magnam spem in militibus habebat, quos videlicet fefellisset. Itaque collectas undique pecunias, partim suas, partim ab amicis acceptas, tum quascunque in templis, aliisque locis publicè invenisset, dividere militibus instituit, ut eo pacto illorum benevolentiam redimeret. Sed ii, tametsi multa magnaque acceperant, nullam tamen habebant gratiam: persolvi debitum sibi, non dari munus aliquod interpretantes. Cæterùm suadentibus amicis Juliano, ut exercitum educeret atque Alpium angustias occuparet (sunt autem Alpes altissimi montes, quales in his regionibus nulli, porrecti ad muri formam, circundatique Italiæ;

φρων, ἢ ὀρῶν περιβλήμασιν ἐρήμῳ τε γῇ καὶ δυσβάτῳ φράξας τὴν ἀρχὴν ὠχυρώσατο.

λθ'. Ὅθεν τὸν Σεβῆρον προσιόντα πυνθανόμενοι τότε μετὰ τοσούτου στρατοῦ, εἰκότως ἐταράττοντο [1] πρὸς ἄηθει τοῦ πράγματος. οὔτε δὲ ἀντιστῆναι ἢ κωλῦσαι ἐτόλμων. ὑπήντων δὲ δαφνηφοροῦντες, καὶ πύλαις ἀναπεπταμέναις ἐδέχοντο. ὁ δὲ τοσοῦτον ἀνεπαύετο ὅσον καλλιερῆσαί τε, καὶ τοὺς δήμους προσειπεῖν, εἰς δὲ τὴν Ῥώμην ἠπείγετο. ὡς δὲ ταῦτα τῷ Ἰουλιανῷ ἀπηγγέλλετο, ἐν ἐσχάτῃ ἀπογνώσει ἦν, τοῦ μὲν Ἰλλυρικοῦ στρατοῦ τὴν δύναμιν καὶ τὸ πλῆθος ἀκούων, οὔτε δὴ τῷ δήμῳ πιστεύων, ἐπεὶ μεμίσητο, οὔτε τοῖς στρατιώταις θαρρῶν, οὓς ἐψεύσατο. χρήματα δὴ πάντα ἀθροίζων, τά τε αὐτοῦ καὶ φίλων, καὶ εἴ τινα ἦν περὶ τῶν ἐκ δημοσίων ἱερῶν καὶ τόπων λαμβάνων, τοῖς στρατιώταις διανέμειν ἐπειρᾶτο, ὡς ἂν κτήσαιτο τὴν εὔνοιαν αὐτῶν. οἱ δὲ καίτοι μεγάλα λαμβάνοντες, χάριν οὐκ ᾔδεσαν. ὄφλημα γὰρ αὐτὸν ἀποτίνειν, ἀλλ' οὐ δωρεὰν διανέμειν ἐλογίζοντο. ὁ δὲ Ἰουλιανὸς καίτοι συμβουλευόντων αὐτῷ τῶν φίλων ἐξαγαγεῖν τὸ στρατιωτικὸν, καὶ τὰ στενὰ τῶν Ἄλπεων προκαταλαβεῖν, (μέγιστα ἐκεῖνα ὄρη, καὶ οἷα οὐκ ἄλλα ἐν τῇ καθ' ἡμᾶς γῇ, ἐν τείχους σχήματι παράκειται, καὶ προβέβληται Ἰταλίας· καὶ τοῦτο μετὰ τῆς

1 *Fuit ingressus Severi odiosus atque terribilis.* Spart.

ἄλλης

ἄλλης εὐδαιμονίας, προσχώσεως τῆς φύσεως Ἰταλιώταις ἔρυμα ἄρρηκτον,[1] καὶ αὐτῶν περιβεβλῆσθαι ἀπὸ τῆς ἀρκτῴας θαλάσσης, ἐπὶ τὴν μεσημβρίαν βλέπουσαν διῆκον) ἀλλ' οὐδὲ τῆς πόλεως προελθεῖν Ἰουλιανὸς ἐτόλμα, διέπεμπέ τε τῶν στρατιωτῶν δεόμενος ὁπλίζεσθαί τε καὶ γυμνάζεσθαι, περὶ δὲ τῆς πόλεως τάφρους διορύττειν, καὶ τὴν πρὸς Σεβῆρον μάχην, ὡς ἐν τῇ πόλει ποιησόμενος, παρεσκεύαζε· τούς τε ἐλέφαντας πάντας, οὓς εἰς πομπὴν ὑπηρετῶν, ἐπὶ νώτων φέρειν ἐπειρᾶτο παιδεύειν, οἰόμενος οὕτως ἐκπλήξειν τούς τε Ἰλλυρικοὺς, καὶ τὴν τῶν πολεμίων [2] ἵππον διαταράξειν ὄψει καὶ μεγέθει θηρίων, μὴ πρότερον αὐτοῖς ἑωραμένων· τότε δὴ πᾶσα ἡ πόλις ὅπλα εἰργάζετο, καὶ τὰ πρὸς πόλεμον παρεσκευάζετο.

quasi ad reliquam regionis fœlicitatem, hunc etiam quasi cumulum natura addiderit, ut munitionem haberet inexpugnabilem, pertingentem scilicet à septentrionali, ad id mare quod ad meridiem spectat,) non ausus tamen ille urbe egredi, supplicatum militibus mittebat, uti arma caperent, exercerentque se, ac fossas ante urbem ducerent: omnemque belli apparatum in ipsa demum urbe expediebat: siquidem elephantos quoque, quos ad pompam institutos habebat, insuefacere conabatur sessorem pati: ratus Illyricos milites equosque eorum perterritum iri facie magnitudineque belluarum, quales antea nullas aspexissent. Totaque civitas armis fabricandis, bellicisque instrumentis conficiendis erat intenta.

μ'. Μελλόντων δὲ τῶν Ἰουλιανοῦ στρατιωτῶν ἔτι, καὶ τὰ πρὸς πόλεμον ἕτοιμα ποιούντων, ἀγγέλλεται ὁ Σεβῆρος ἤδη προσιὼν, καὶ πολὺ τοῦ στρατεύματος μέρος διασκεδάσας ἐκεῖνος, κελεύει παρεισδύεσθαι εἰς τὴν πόλιν. οἱ δὲ κατὰ πάσας ὁδοὺς διανείμαντες αὐτοὺς, πολλοὶ δὲ εἰς Ῥώμην νύκτωρ λανθάνοντες εἰσήεσαν, τὰ ὅπλα ἐπικρύπτοντες ἐν ἰδιωτῶν σχήματι. καὶ ἤδη οἱ πολέμιοι ἔνδον ἦσαν, τοῦ Ἰουλιανοῦ ἔτι ὑπτιάζοντος, καὶ τὰ πραττόμενα ἀγνοοῦντος. ἐπεὶ δὲ ταῦτα διάπυστα τῷ δήμῳ ἐγίνετο ἐν ταραχῇ πολλῇ πάντες

XL. Sed cunctantibus adhuc Juliani militibus, ac se comparantibus ad bellum, nunciatur adesse jam Severus. Is multos è militibus suis sparsim dimiserat, qui clam Romam proficiscerentur. Quare alii aliis itineribus noctu ingressi urbem, protectis armis habitu paganorum, operiebantur. Jamque intus hostis erat, supino adhuc Juliano, & quid ageret ignaro. Quæ ubi populus

1 Post particulam καὶ desideratur aliquid ad explendam sententiam, adjectivum fortè, [δυσδιάβατον] aut tale quid.

2 [Ἡ ἵππος] *equitatum* significat, unde in aliis passim autoribus [χιλία ἵππος] pro mille equitibus.

intellexit, cunctis metu perculsis, ac Severi potentiam formidantibus, ſentire jam ſe cum illo ſimulabat. Et Julianum quidem quòd imbellis, Nigrum quòd lentus atque iners, vituperantes, Severum ipſum jam adventantem magnopere admirabantur. Enimvero Julianus hæſitabundus, atque inops conſilii, convocato prius ſenatu, literas ad Severum mittit, quibus fœdus paciſceretur, eumque in communionem acciperet Imperii. Cæterùm Senatus, etſi illa omnia decernebat, tamen ut eum pavitare deſperata ſalute animadvertit, totus jam ad Severum incubuerat. Biduo verò poſt, triduove, audito Severum jam planè adeſſe, omnes Juliani poteſtatem ſpernentes in curiam convenêre, juſſu conſulum. Quippe iis curæ Romana res eſt, quoties de Imperio ambigitur. Qui poſtquam frequentes affuerunt, quod facto opus eſſet, inter ſe deliberabant, manente adhuc in aula Juliano, ac fortunam ſuam miſerante, ſuppliciterque rogante ut ſibi ejurare Imperium liceret, omnemque eam poteſtatem Severo tranſcribere.

XLI. Sed ubi intellexit Senatus pavidum Julianum, perterritos corporis cuſtodes, ipſum penè ab omnibus deſtitutum: decretâ illius nece, Se-

ᾔεσαν. καὶ δεδιότες τὴν δύναμιν τοῦ Σεβήρου, τὰ ἐκείνου φρονεῖν προσεποιοῦντο, τοῦ μὲν Ἰουλιανοῦ καταγινώσκοντες ἀνανδρείαν, τοῦ δὲ Νίγρου μέλλησίν τε καὶ ῥαθυμίαν. τὸν δὲ Σεβῆρον ἀκούοντες ἤδη παρόντα ἐθαύμαζον. ὁ δὲ Ἰουλιανὸς πολλῇ καταλαμβανόμενος ἀφασίᾳ τε καὶ ἀπορίᾳ, ὅπως χρήσεται τοῖς πράγμασιν οὐκ εἰδὼς, ἀθροισθῆναι κελεύσας τὴν σύγκλητον, καταπέμπει γράμματα, δι᾽ ὧν ἐσπένδετο δὴ πρὸς τὸν Σεβῆρον, καὶ αὐτοκράτορα ἀναδείξας, [1] κοινωνὸν τῆς βασιλείας ἐποιεῖτο. ἡ μὲν οὖν σύγκλητος ἐψηφίσατο μὲν ταῦτα. ὁρῶντες δὲ τὸν Ἰουλιανὸν ἀποδειλιῶντα, καὶ ἐν ἀπογνώσει, τῷ Σεβήρῳ πάντες ἤδη προσετίθεντο· δύο δέ που ἢ τριῶν ἡμερῶν παραδραμουσῶν, ἐπειδὴ ἤδη τὸν Σεβῆρον καὶ αὐτῇ πόλει ἐπιστησόμενον ἤκουον, καταφρονήσαντες τοῦ Ἰουλιανοῦ, συνίασιν εἰς τὸ συνέδριον, τῶν ὑπάτων κελευσάντων, οἳ τὰ τῆς Ῥώμης διοικεῖν εἰώθασιν, ὁπηνίκα ἂν τὰ βασιλείας μετέωρα ᾖ. συνελθόντες τοίνυν, περὶ τῶν πρακτέων ἐσκέπτοντο τοῦ Ἰουλιανοῦ ἔτι ὄντος ἐν τῇ βασιλείῳ αὐλῇ, καὶ τὰς παρούσας ὀδυρομένου τύχας, ἱκετεύοντός τε ἐξομόσασθαι τὴν ἀρχὴν, καὶ παραχωρῆσαι πάσης τῆς δυναστείας τῷ Σεβήρῳ.

μα'. Ὡς δὲ ἔμαθεν ἡ σύγκλητος Ἰουλιανὸν οὕτω καταπεπληχότα, τὴν δὲ δορυφόρων φρουρὰν, διὰ δέος τοῦ Σεβήρου, αὐτὸν ἐγκαταλιποῦσαν, ψηφίζεται τὸν

1 *Quare meliore conſilio ad ſenatum venit, petiitque ut fieret ſenatus conſultum de participatione imperii.* Spart.

μὲν

μὲν ἀναιρεθῆναι, ἀποδειχθῆναι δὲ μόνον αὐτοκράτορα τὸν Σεβῆρον. [1] πρεσβείαν τε πρὸς αὐτὸν ἐκπέμπουσιν ἀπὸ τῶν ἐν ἀρχαῖς ὄντων καὶ τῶν ἐξοχωτάτων τῆς βουλῆς πάσας αὐτῷ προσφέρειν τὰς σεβασμίους τιμάς. ἐπὶ δὲ τὸν Ἰουλιανὸν [2] εἷς τῶν χιλιαρχόντων ἀναπέμπεται, ἀποκτεῖναι ἄνανδρον καὶ ἄθλιον πρεσβύτην, ἰδίοις χρήμασιν ὠνησάμενον οὕτω πονηρὸν τέλος. ὁ μὲν οὖν εὑρεθεὶς ἔρημός τε, καὶ ὑπὸ πάντων καταλειφθεὶς, [3] αἰσχρῶς ὀλοφυρόμενος ἐφονεύθη.

μβʹ. Ἐπεὶ δὲ τὰ παρὰ τῆς συγκλήτου ἐδηλώθη τῷ Σεβήρῳ, ἥ τε τοῦ Ἰουλιανοῦ ἀναίρεσις, ἤρθη εἰς μειζόνων πραγμάτων ἐλπίδα, καὶ σοφίσματι ἐχρήσατο, ὡς ἂν χειρώσαιτο, καὶ αἰχμαλώτους τοὺς τὸν Περτίνακα ἀνῃρηκότας λάβοι. ἐπιστέλλει δὲ καὶ ἰδίᾳ μὲν λανθάνοντα γράμματα τοῖς τε χιλιάρχοις καὶ τοῖς ἑκατοντάρχοις, ὑπισχνούμενος μεγάλα, ὅπως πείσειαν τοὺς ἐν τῇ Ῥώμῃ στρατιώτας ὑπακούειν εὐπειθῶς τοῖς ὑπὸ τοῦ Σεβήρου κελευομένοις. ἐκπέμπει δὲ καὶ δήλωσιν, δι' ἧς κελεύει τὰ μὲν ὅπλα αὐτοὺς καταλιπεῖν ἐν τῷ στρατοπέδῳ· πάντας δὲ ἐξελθεῖν [4] εἰρηνικῷ σχήματι, ὥσπερ εἰώθασι θύοντος ἢ ἑορτάζοντος βασιλέως προπομπεύειν,

verum Imperatorem declarant. Tum legatos ad eum mittunt, partim qui magistratum obtinerent, partim qui maximam haberent in Senatu auctoritatem, ut omnes illi honores Augustorum deferrent. Occidendi autem Juliani datur uni è tribunis negotium. Is imbellem miserumque senem, qui sibi ipse tam infelicem exitum propria pecunia emisset, desertum jam destitutumque ab omnibus, inter fœdissimas complorationes trucidavit.

XLII. Quæ ubi Severus audivit, majora jam moliens animo, consilium iniit capiendorum militum omnium quicunque Pertinacem interemissent. Datis itaque clam ad tribunos centurionesque literis hortatur, multa pollicens, persuadeant militibus urbanis, ut sibi dicto audientes sint. Ipse edictum proponit, ut relictis inter castra armis, exeant pacatorum habitu, quales procedere in pompam, aut ludos celebrare consuevissent; jurent-

1 *Occiso Juliano, cum Severus in castris & tentoriis, quasi per hosticum veniens, adbuc maneret; centum senatores legatos ad eum senatus misit ad gratulandum rogandumque.* Id. in Severo.

2 *Missi à senatu, quorum curâ per militem gregarium idem Julianus occisus est.* Spart. Tribunum dicit noster.

3 Hæc apud Dionem expirantis verba. τί δεινὸν ἐποίησα, τίνα ἀπέκτεινα.

4 Qualis hic habitus fuerit, per Dionem non stetit quo minus ignoremus. Ex Spartiano aliquatenus constat. *Cum Romam Severus venisset, Prætorianos cum subarmalibus inermes sibi jussit occurrere, eosdem sic ad tribunal vocavit, armatis undique circundatis.* Subarmale verò est toga militaris inde dicta, quòd sub arma fibulâ annecteretur. *Cui interpretationi favent sequentia in Severi Oratione.* τοῖς τε περιειληφόσιν ὑμᾶς στρατιώταις κελεύω ἀποζῶσαί τε, &c.

que in Severi nomen, ac ſpem ſibi optimam proponentes præſtò ſint, ut novum Imperatorem comitentur. His creditis milites ſuaſu quoque tribunorum, relictis armis pomparum habitu laureati proceſſerunt. Sed ubi ad exercitum Severi pervenerunt, nunciato jam adeſſe, jubet in campum convenire frequentes, quaſi ſalutaturus, ac perbenignè accepturus univerſos. Enimverò cùm ad tribunal principis acceſſiſſent unanimiter acclamantes, dato repentè ſigno comprehenduntur. Ita enim præceperat Severus, ut cum ſtare pendentes eos ab ore principis vidiſſent, circumirent univerſos milites ſui more hoſtium, neminemque vulnerantes aut pulſantes, tantum orbe facto clauſos in medio continerent, pila duntaxat intendentes, & haſtas, ut ſcilicet metu vulnerum nudi reſiſtere armatis, paucique plurimis minimè auderent. Quos ubi velut indagine armorum concluſos, captivoſque habuit, magna voce ac turbido ſpiritu, ita ad eos verba fecit.

ὀμόσαι τε εἰς τὸ Σεβήρου ὄνομα, καὶ μετ' ἀγαθῶν ἐλπίδων ἐλθεῖν, ὡς μέλλοντας τὸν Σεβῆρον δορυφορήσειν. πιστεύσαντες δὴ οἱ στρατιῶται τοῖς ἐπεσταλμένοις, πεισθέντες τε ὑπὸ τῶν χιλιαρχόντων, τὰ μὲν ὅπλα κατέλιπον πάντα. αὐτοὶ δὲ ἐν μόναις ταῖς πομπικαῖς ἐσθῆσι δαφνηφοροῦντες, ἠπείγοντο. ἐπεὶ δὲ πρὸς τῷ στρατοπέδῳ τοῦ Σεβήρου ἐγένοντο, ἐξηγγέλθησάν τε ἀφικόμενοι, εἰς τὸ πεδίον οὕτως αὐτοὺς ὁ Σεβῆρος συνελθεῖν κελεύει, ὡς δὴ δεξιωσόμενος καὶ προσαγορεύσων· ὡς δὲ ἀνελθόντα αὐτὸν ἐπὶ τὸ βῆμα προσῆλθον, ὁμοθυμαδὸν εὐφημήσοντες, πάντες ὑφ' ἑνὶ συνθήματι συλλαμβάνονται. προείρητο γὰρ τῷ τοῦ Σεβήρου στρατῷ, ὁπηνίκα ἂν στῶσιν εἰς τὸν βασιλέα ἀποβλέποντες, μετέωρόν τε τὴν γνώμην ἔχοντες, κυκλώσασθαι αὐτοὺς πολεμίῳ νόμῳ, καὶ τιτρώσκειν μὲν ἢ παίειν μηδένα, συνέχειν δὲ καὶ φρουρεῖν φράξαντες ἐν κύκλῳ τοῖς ὅπλοις, τὰς δὲ διαβολίας καὶ τὰ δόρατα ἐπισείειν, ὡς δέει τοῦ τρωθῆναι, γυμνοί τε πρὸς ὡπλισμένους, καὶ ὀλίγοι πρὸς πολλοὺς μὴ μάχοιντο. ἐπεὶ δὲ αὐτοὺς ὥσπερ σαγηνεύσας, ἐντὸς τῶν ὅπλων δορυαλώτους εἶχε, μεγάλῃ βοῇ καὶ θυμοειδεῖ τῷ πνεύματι ἔλεξε πρὸς αὐτοὺς τοιάδε.

Oratio Severi.

XLIII. Superari vos à nobis vel ſapientia, vel viribus, vel etiam numero, re ipſa vi-

Δημηγορία Σεβήρου.

μγ'. Ὅτι μὲν ὑμῶν καὶ σοφίᾳ κρείττους ἐσμὲν καὶ δυνάμει στρατοῦ, καὶ συμμάχων πλήθει, ἔργῳ ὁρᾶ-

τε·

τε. εἰλήφθε γοῦν ῥᾳδίως, καὶ ἀκονιτί γε ἑαλώκατε. ἔστι δὲ ἐμοὶ ὅ, τι ποτ' ἂν ὑμᾶς δρᾶσαι θελήσω, καὶ πρόκεισθε ἤδη θύματα τῆς ἡμετέρας ἐξουσίας. εἰ μὲν οὖν ὑμεῖς πρός τα τετολμημένα τιμωρίαν ζητεῖτε, οὐδ' ἔστιν εὑρεῖν δίκην τῆς ἐπιτεθησομένην ἀξίαν τῶν πεπραγμένων. σεμνὸν πρεσβύτην καὶ βασιλέα χρηστὸν, ὃν ἐχρῆν σώζειν καὶ δορυφορεῖν, ἐφονεύσατε. τὴν Ῥωμαίων ἀρχὴν ἔνδοξον οὖσαν ἀεὶ, ἣν καὶ οἱ πρόγονοι ἢ δι' ἀνδρείας ἐναρέτου ἐκτήσαντο, ἢ δι' εὐγένειαν διεδέξαντο, ταύτην αἰσχρῶς καὶ ἀτίμως, ὥσπερ τι τῶν ἰδιωτικῶν κειμηλίων, ἐπ' ἀργυρίῳ κατηλλάξατε. ἀλλ' οὐδ' αὐτὸν, ὃν οὕτως ἄρχοντα εἵλεσθε, φυλάξαι ἢ σῶσαι ἠδυνήθητε, ἀνάνδρως δὲ προδεδώκατε. ἐπὶ τηλικούτοις δὴ ἁμαρτήμασί τε καὶ τολμήμασι μυρίων ἄξιοι θανάτων, ἤν τις ὁρίσαι θέλοι τὴν ἀξίαν τιμωρίαν, ἐστέ. ἀλλὰ τί μὲν χρὴ παθεῖν ὑμᾶς, ὁρᾶτε. ἐγὼ δὲ φείσομαι μὲν ὑμῶν, ὡς μὴ φονεῦσαι, οὔτε τὰς ὑμετέρας χεῖρας μιμήσομαι. ἐπεὶ δὴ μήτε ὅσιον, μήτε δίκαιον, ἔτι βασιλέα ὑμᾶς δορυφορεῖν καὶ ἐς τὸν ὅρκον ἀσεβήσαντας, καὶ ἐμφυλίῳ καὶ βασιλικῷ αἵματι τὰς δεξιὰς μιάναντας, τήν τε πίστιν καὶ τὸ ἐχέγγυον τῆς φρουρᾶς προδόντας, τὰς μὲν ψυχὰς καὶ τὰ σώματα, δῶρον τῆς ἐμῆς φιλανθρωπίας ἕξετε, τοῖς τε περιειληφόσιν ὑμᾶς στρατιώταις κελεύω ἀποζῶσαί τε ὑμᾶς, καὶ ἀποδύσαντας εἴ τινας περίκεισθε ἐσθῆτας στρατιωτικὰς, γυμνοὺς ἀποπέμπειν. παραγγέλλω τε ὑμῖν, ἀπιέναι ὡς πορρωτάτω τῆς

detis. Capti estis quàm facillimè, ac nullo ferme negotio tenemini. Quid futurum de vobis sit, in mea manu est. Jam scilicet victimæ hic statis, obnoxiæ nostro Imperio. Si sceleri vestro debitum quæratis supplicium, nunquam sanè invenietis. Sanctissimum illum senem, Imperatoremque optimum, servandum, tuendumque vobis, ipsi occidistis: Romanum Imperium perpetua clarum gloria, quod majores nostri, aut virtutis, aut nobilitatis nomine suscipiebant, hoc vos turpiter fœdeque, velut aliquid ex privatorum instrumento, quasi sectores vendidistis. Ac ne eum quidem ipsum, quem sic ad Imperium produxeratis, servare saltem ac defensare ausi, homines timidissimi prodidistis. Ob hæc igitur crimina, ac facinora vestra, mille vobis debentur mortes, si quis par noxæ supplicium studeat petere. Proinde quid vos æquum pati sit, sanè videtis. Ego tamen sanguine abstinebo, neque vestras imitabor manus. Sed quoniam jus fasque negat stipari à vobis jam principem violato jurejurando, ac manibus civili & imperatorio sanguine pollutis, proditaque fide custodiaque, animas quidem & corpora vobis nostra largietur humanitas. Porrò militibus meis ita præcipio, recingant vos, ac vestimentis exutos militaribus, nudosque dimittant. Vobis autem sic impero, discedatis quàm longissimè: edico item, juroque

que ac denuncio capite pœnas daturum, ſi quis veſtrum poſthac intra centeſimum ab urbe lapidem conſpicietur.

XLIV. His imperatis, è veſtigiò milites Illyrici concurrunt, breveſque illos gladiolos detrahunt, quos, auro argentoque ornatos, in uſum pompæ ſuſpenſos habebant: tum zonis, veſtituque & cæteris militiæ inſignibus per vim ablatis, nudos ad unum exauctoratoſque dimiſerunt. Enimverò illi proditos ſe videntes, atque aſtu captos, patientiam ſcilicet præſtabant. Nam qùid agerent nudi adverſus armatos, pauci adverſus plurimos? Diſceſſere igitur complorantes ſeſe, conceſſamque ſalutem loco muneris interpretantes: pertæſi tamen ac dolentes, quod inermes egreſſi, capiendos ſe turpiter, ignominioſeque obtulerant. Uſus item alio conſilio Severus eſt. Quippe metuens ne recincti, exauctoratique, deploratis rebus, rurſus caſtra repeterent, reſumerentque arma, præmiſſos aliis itineribus ac ſemitis electiſſimos quoſque & exploratiſſimos ſuorum militum, jubet clanculum vacua caſtra irrumpere, armiſque ipſorum occupatis excludere redeuntes. Hanc igitur pœnam Pertinacis interfectores dederunt.

XLV. Poſthac Severus cum reliquo exercitu inſtructo armis, Romam petiit, attonitis metuentibuſque pariter primo conſpectu Romanis, audaciam-

Ρώμης. ἀπειλῶ, καὶ διόμνυμαι, καὶ προαγορεύω, κολασθήσεσθαι κεφαλικῶς, εἴ τις ὑμῶν ἐντὸς ἑκατοστοῦ σημείου ἀπὸ τῆς Ρώμης φανείη.

μδ'. Ταῦτα κελεύσαντος αὐτοῦ, προσδραμόντες οἱ Ἰλλυρικοὶ στρατιῶται, τά τε ξιφίδια περιαιροῦσιν αὐτῶν ἃ παρηώρηντο τῷ ἀργυρέῳ καὶ τῷ χρυσῷ εἰς πομπὴν κεκοσμημένα, τάς τε ζώνας, καὶ τὰς ἐσθῆτας, καὶ εἴ τι σύμβολον ἔφερον στρατιωτικὸν, ἀφαρπάσαντες, γυμνοὺς ἐξέπεμπον. οἱ δὲ ὑπεῖκον προδεδομένοι, καὶ σοφίσματι ἑαλωκότες. (τί γὰρ ἐνῆν δρᾶσαι, γυμνοῖς πρὸς ὡπλισμένους, καὶ ὀλίγοις πρὸς πολλοὺς) ἀπῄεσαν δὴ ὀδυρόμενοι, καὶ ἠγάπων μὲν τὴν δοθεῖσαν σωτηρίαν, μετεγίγνωσκον δὲ ἐπὶ τῷ ἀνόπλως ἐλθεῖν, αἰσχρῶς καὶ ἐφυβρίστως ἑαλωκότες. ἐκέχρητο δὲ καὶ ἄλλῳ ὁ Σεβῆρος σοφίσματι. δεδιὼς γὰρ, μὴ ἄρα μετὰ τὸ ἀποζωσθῆναι, ἐν ἀπογνώσει γενόμενοι, ἀναδράμωσιν ἐπὶ τὸ στρατόπεδον, καὶ τὰ ὅπλα ἀναλάβωσι, προὔπεμψε λογάδας ἐπιλέκτους, ὅσους γενναιοτάτους ἠπίστατο, δι' ἑτέρων ὁδῶν, καὶ ἀτραπῶν, ὡς λαθόντες τότε στρατόπεδον ἐπεισέλθοιεν ἀνδρῶν κενὸν, καὶ τὰ ὅπλα καταλαβόντες, εἰ ἐπίοιεν, ἀποκλείσαιεν αὐτούς. δίκην μὲν δὴ ταύτην ἔδοσαν οἱ τοῦ Περτίνακος φονεῖς.

με'. Ο δὲ Σεβῆρος, σὺν παντὶ τῷ λοιπῷ στρατῷ ὡπλισμένῳ εἰς τὴν Ρώμην ἀφικνεῖται. ἔκπληξίν τε καὶ δέος ἅμα τῷ ὀφθῆναι τοῖς Ρωμαίοις

μαίοις ἐνέβαλε, τοῖς [οὕτω τετολμημένοις τε καὶ εὐτυχηθεῖσιν ἔργοις· ὁ δὲ δῆμος, καὶ ἡ σύγκλητος δαφνηφοροῦντες ὑπεδέχοντο πρῶτον ἀνθρώπων καὶ βασιλέων [1] ἀναιμωτί τε καὶ ἀκονιτὶ τοσαῦτα κατορθωκότα. πάντα γὰρ ἐν αὐτῷ ἐθαυμάζετο, μάλιστα δὲ τὸ ἀγχίνουν τῆς γνώμης, τό τε τῶν πόνων γενναῖον, καὶ τὸ εἰς τὰ τολμώμενα ἅμα τῷ θαρραλέῳ εὔελπι. ἐπεὶ τοίνυν ὅ, τε δῆμος αὐτὸν ὑποδεξάμενος εὐφήμησεν, ἥτε σύγκλητος ἐπὶ ταῖς τῆς πόλεως εἰσόδοις προσηγόρευεν, ἀνελθὼν εἰς τὸ τοῦ Διὸς τέμενος, καὶ θύσας, ἔν τε τοῖς λοιποῖς ἱεροῖς νόμῳ βασιλικῷ καλλιερήσας, ἀνῆλθεν εἰς τὰ βασίλεια.

μς'. Τῇ δὲ ἐπιούσῃ κατελθὼν εἰς τὴν σύγκλητον, λόγους ἐπιεικεῖς πάνυ, καὶ χρηστῶν ἐλπίδων μεστοὺς ἐποιεῖτο πρὸς πάντας καὶ κοινῇ καὶ ἰδίᾳ δεξιούμενος, λέγων ἥκειν μὲν ἔκδικος τοῦ Περτίνακος φόνου, τὴν δ' ἀρχὴν παρέξειν καὶ εἴσοδον ἀριστοκρατίας, [2] μήτε δὲ ἄκριτόν τινα φονευθήσεσθαι ἢ δημευθήσεσθαι, μήτε συκοφαντοῦντος ἀνέξεσθαι, ἀλλὰ βαρυτάτην εὐδαιμονίαν τοῖς ἀρχομένοις παρέξειν, καὶ πάντα πράξειν εἰς ζῆλον τῆς Μάρκου ἀρχῆς. ἕξειν δὲ τοῦ Περτίνακος οὐ μόνον τ' οὔνομα, ἀλλὰ καὶ τὴν γνώμην. τοιαῦτά τινα λέγων, ὑπηγάγετο τοὺς πλείστους εἰς εὔνοιαν καὶ πίστιν, ὧν ὑπισχνεῖτο.

que viri, ac fortunam repetentibus animo. Quem quidem Senatus, populuſque univerſus laureati exceperunt, primum ſcilicet ex omnibus hominibus atque Imperatoribus citra ſanguinem, atque adeò citra pulverem tanti effectorem operis. Omnia porrò mirabilia in illo, præcipueque ingenii acumen, laborum tolerantia, rebuſque maximis aggrediendis bonam ſibi ſpem proponens audacia. Poſtea verò quàm eum populus fauſtis acclamationibus ſuſcepit, & Senatus univerſus ad portas urbis conſalutavit, initio Jovis templo, factaque re divina, reliquiſque item ſacris ædibus de more conſalutatis, noviſſime ad domum imperatoriam ſe recepit.

XLVI. Poſtridie verò curiam iniit, ibique placidus orationem habuit plenam optimæ ſpei: ſimul omnes publicè privatimque benignè complexus, veniſſe in urbem aiebat, ut occiſum Pertinacem ulciſceretur: daturumque operam, ut ſtatûs optimatium fundamenta ſe principe jacerentur: nullum niſi judicio damnatum capite boniſve mulctatum iri: non paſſurum delatores, æmulum ſe Marci futurum gerendo Imperio: neque ſolum Pertinacis cognomen, ſed mentem quoque habiturum. In hanc ſententiam verba faciens, favorem ſibi fidemque conciliabat.

1 *Ita, quod nulli unquam contigit, nutu Severus victor eſt factus.* Spart.

2 *Fieri etiam Senatus conſultum coegit, ne liceret Imperatori, inconſulto ſenatu, occidere ſenatorem.* Spart.

XLVII.

XLVII. Quidam tamen è majoribus natu, qui consuetum ipsius haberent ingenium, jam tum clanculum reliquis prædicebant, versipellem hunc esse hominem, nihil non astu & arte tractantem, simulatorem dissimulatoremque idoneum, nihil pensi habentem, dum id efficeret, quod usui sibi, aut emolumento crederet fore. Quod seniorum judicium haud ita multo post eventus comprobavit. Igitur Severus paucos in urbe dies moratus, dato plebi uberrimo congiario, donatisque abundè militibus, & ex iis robustissimo quoque in locum exauctoratorum delecto ad Imperii custodiam, statim ipse in Orientem profectionem parat, cunctante Nigro adhuc, & supino, atque Antiochenis deliciis vacante, ratus properandum sibi, ut inexpectatus imparatum opprimeret. Edicto igitur militibus ut ad iter se accingerent, contractisque undique copiis, ac delectu juniorum tota Italia habito, reliquiis Illyrici exercitus, quæ in Thracia remanserant, occurrere jussis, neque secius ingenti classe coacta, completisque armato milite totius Italiæ triremibus, ingentes sibi omnis generis copias, incredibili celeritate comparavit. Siquidem haud exiguis vi-

μζ'. Ἦσαν δέ τινες πρεσβυτέρων, καὶ γνωριζόντων αὐτοῦ τὸν τρόπον, οἳ προὔλεγον λανθάνοντες, ὅτι ἄρα εἴη ἀνὴρ πολύτροπός τις, καὶ μετὰ τέχνης εἰδὼς προσφέρεσθαι πράγμασιν, ὑποκρίνασθαί τε καὶ προσποιήσασθαι πᾶν ὁποιοῦν ἱκανώτατος ἐστὶν ἀνύσαι, [1] καὶ τὸ χρειῶδες καὶ τὸ λυσιτελὲς αὐτῷ, ὅπερ ἔργῳ καὶ ὕστερον δέδεικται. Διατρίψας οὖν ὀλίγον χρόνον ὁ Σεβῆρος ἐν τῇ Ῥώμῃ, καὶ νομὰς ἐπιδοὺς τῷ δήμῳ, μεγαλοφρόνως τε ἐπιτελέσας, [2] τοῖς τε στρατιώταις πολλὰ δωρησάμενος, καὶ τοὺς ἀκμαιοτάτους ἐπιλεξάμενος, ἐς τὸ δορυφόρους εἶναι τῆς βασιλείας, τόπῳ τῶν ἀπεζωσμένων, [3] ἐπὶ τὴν ἀνατολὴν ἠπείγετο. ἔτι γὰρ μέλλοντός τε καὶ ὑπτιάζοντος τοῦ Νίγρου τῇ τε Ἀντιοχείᾳ ἐντρυφῶντος, ἐπιστῆναι μηδὲ προσδοκώμενος ἤθελεν, ὅπως ἀπαράσκευον αὐτὸν λάβοι. τούς τε οὖν στρατιώτας ἐκέλευσε παρασκευάζεσθαι πρὸς τὴν ἔξοδον, συνεκρότει τε καὶ πανταχόθεν στράτευμα ἐκ τῶν κατὰ τὴν Ἰταλίαν πόλεων νεανίας μεταπεμπόμενος, καὶ στρατιῶν, εἴ τι ἦν ἐν τῷ Ἰλλυρικῷ τοῦ στρατιωτικοῦ λείψανον καταλειφθὲν ἐπὶ Θρᾴκην, ἐκέλευεν αὐτῷ συντυχεῖν. ἐξήρτυε δὲ καὶ στόλον ναυτικόν, καὶ πάσας τὰς κατὰ Ἰταλίαν τριήρεις ὁπλιτῶν πληρώσας ἐξέπεμπε. πολλή τε αὐτῷ

---

1 Κατὰ τὸ χρειώδες. Steph.

2 Coacta tamen hæc liberalitas. *Nam cùm in senatu esset, milites per seditionem* dena millia *poposcerunt à senatu, exemplo eorum qui* Augustum Octavium *Romam deduxerant,* &c. Spart.

3 *Ad orientis statum confirmandum profectus est, nihil adhuc de Nigro palam dicens.* Idem.

καὶ

καὶ παντοδαπὴ δύναμις, μεγίστῳ τάχει συνεσκευάσθη. ᾔδει γὰρ οὐ μικρᾶς δυνάμεως δεόμενος, πρὸς πᾶσαν τὴν ἀντικειμένην ἤπειρον Εὐρώπῃ τὰ Νίγρου φρονοῦσαν. τὰ μὲν δὴ πρὸς τὸν πόλεμον γενναίως εὐτρέπιζεν.

μη'. Ἅτε δὴ ἀνὴρ προμηθής τε καὶ νήφων, ὑπώπτευε τὴν ἐν Βρεττανίᾳ δύναμιν πολλήν τε οὖσαν καὶ μεγίστην, ἀνδρῶν τε μαχιμωτάτων· ἦρχε δ' αὐτῆς πάσης Ἀλβῖνος, ἀνὴρ τὸ μὲν γένος τῶν ἐκ συγκλήτου εὐπατριδῶν, [1] ἐν πλούτῳ δὲ καὶ τρυφῇ ἐκ πατέρων ἀνατραφείς. τοῦτον τοίνυν ἠθέλησεν ὁ Σεβῆρος, σοφίσματι προλαβὼν οἰκειώσασθαι, μήπως ἄρα τοιαῦτα ἔχων ἐναύσματα εἰς βασιλείας ἐπιθυμίαν, θαρρῶν ἢ πλούτῳ καὶ γένει, δυνάμει τε στρατοῦ, γνώσει τε παρὰ Ῥωμαίοις, ἐπιθῆται τοῖς πράγμασιν· καὶ τὴν Ῥώμην οὐ πολύ τι ἀφεστῶσαν, ἐκείνου κατὰ τὴν ἀνατολὴν ἀσχοληθέντος, ὑποποιήσηται. τιμῇ τοίνυν προσποιήτῳ δελεάζει τὸν ἄνθρωπον, καὶ ἄλλως μὲν ὄντα τὴν γνώμην χαῦνον, καὶ ἁπλοϊκώτερον, τότε δὲ καὶ πολλὰ διὰ γραμμάτων [2] ὀμόσαντι τῷ Σεβήρῳ πιστεύσαντα. [3] Καίσαρα δὲ αὐτὸν ἀποδείκνυσι, φθάσας αὐτοῦ τὴν ἐλπί-

ribus esse opus intelligebat, adversus nationes partem orbis Europæ oppositam incolentes, quæ scilicet uno ordine omnes Nigri sequebantur auspicia. Ad hunc igitur modum bellum Severus instruebat.

XLVIII. Cæterum providus homo, ac sobrius, nonnullâ suspicione tenebatur de Britannicis exercitibus, maximis videlicet, pugnacissimisque, quibus præerat universis Albinus, senatorii patriciique generis vir, summis opibus ac deliciis innutritus. Hunc sibi igitur Severus astu ratus adjungendum, ne scilicet divitiis, genere, exercitibus, famaque nominis, magnis ad concupiscendum Imperium facibus instinctus, summam sibi rerum posceret, Romamque haud procul à Britannia distantem, se bellis Orientalibus implicito, occuparet; statuit eum specie quadam honoris inescare, levem alioqui & simplicem, tunc verò multa juranti per literas credentem. Quare eum Cæsarem appellans, spem cupi-

1 Capitolinus verò (sive Is Spartianus est) *natum* refert *lare modico, patrimonio pertenui.* Idem tamen affirmat luxuriâ varium fuisse.

2 Supra describitur Severus *ὅρκου μὴ φειδόμενος.*

3 Hîc loci Boeclerus, cum de facto tantum agitur, de appellationis origine litem movet, Salmasium & Casaubonum inter se committens. Per *Cæsares* cum Spartiano intelligo *designatos Augustæ majestatis heredes.* Primum qui & nomen & insignia acceperit (*quid autem hæc alieno loco?*) Verisimile est Ælium Verum fuisse, vide Commodi ad Albinum literas. Qui scrupulum injicit, locus est in Dione. *ὁ μὲν γὰρ οὐδὲ* (Severus sc.) *τοῦ τοῦ Καίσαρος αὐτῷ* (Albino) *ἐδίδου τιμήν.* Quare suspicari par est corruptos esse vulgatos codices, legendumque [*ὁ μὲν οὖν.*]

ditatemque hominis anticipat, potestate participanda. Mittit item plenas humanitatis literas, obsecrans ut ipse potissimum curam suscipiat Imperii. Opus esse viro aliquo nobili, & ætatis integræ: qualis ille foret. Se jam senem, morboque articulari affectum, natos adhuc infantes. Quibus creditis, Albinus honorem libenter suscepit, lætus, citra pugnam aut discrimen ullum, compotem se voti factum.

XLIX. Cæterum Severus quo omnia credibiliora forent, iisdem illis ad Senatum relatis, nummisque imagine ejus percuti jussis, statuisque erectis, simul aliis collatis honoribus, fidem gratiæ suæ fecit. Quæ postquam sapienter ab illo provisa sunt, nullo jam ex Britannia impendente metu, collatis in unum circa se Illyricis exercitibus reliquisque rebus ex usu comparatis, copias adversus Nigrum educere instituit. Igitur quibus locis itinere illo remoratus sit, quæ apud quamque civitatem verba fecerit, quæ signa divinitus apparuerint, regiones item peragratas, conflictusque & utrinque cæsorum numerum, cum plerique historiæ autores, tum maximè Poëtæ versibus suis uberri-

διὰ καὶ τὴν ἐπιθυμίαν, τῇ τῆς ἐξουσίας κοινωνίᾳ. ἐπιστέλλει δὲ αὐτῷ φιλικώτατα γράμματα δῆθεν, ἱκετεύων ἐπιδοῦναι αὐτὸν εἰς τὴν τῆς ἀρχῆς φροντίδα. δεῖσθαι γὰρ ἀνδρὸς εὐγενοῦς καὶ τοιούτου τήν τε ἡλικίαν ἔτι ἀκμάζοντος. αὐτὸν ὄντα πρεσβύτην, καὶ ὑπὸ νόσου ἀρθρίτιδος ἐνοχλούμενον, τῶν τε παίδων αὐτῷ ὄντων πάνυ νηπίων. οἷς πιστεύσας ὁ Ἀλβῖνος τὴν τιμὴν ὑπεδέξατο ἀσμένως, ἀγαπήσας ἄνευ μάχης καὶ κινδύνου λαβεῖν ταῦτα, ὧν ὠρέγετο.

μθʹ. Ὁ δὲ Σεβῆρος, καὶ πρὸς τὴν σύγκλητον τὰ αὐτὰ ἀνενεγκὼν, ὡς ἂν μᾶλλον αὐτὸν εἰς πίστιν ὑπαγάγοιτο, νομίσματά τε αὐτοῦ κοπῆναι ἐπέτρεψε, καὶ ἀνδριάντων ἀναστάσει, ταῖς τε λοιπαῖς τιμαῖς τὴν δοθεῖσαν χάριν ἐπιστώσατο. ἐπεὶ δὲ αὐτῷ τὰ πρὸς τὸν Ἀλβῖνον διὰ σοφίας ἀσφαλῶς εἶχεν, οὐδέ τι δέος ἦν ὑπὸ Βρεττανίας, τό, τε Ἰλλυρικὸν στράτευμα σὺν αὐτῷ πᾶν εἶχε, διοικεῖσθαι νομίζων πάντα λυσιτελῶς τῇ ἑαυτοῦ ἀρχῇ, ἐπὶ τὸν Νίγρον ἠπείγετο. τῆς μὲν οὖν ὁδοιπορείας τοὺς σταθμοὺς καὶ τὰ καθʼ ἑκάστην πόλιν αὐτῷ λεχθέντα, καὶ σημεῖα θείᾳ προνοίᾳ δόξαντα πολλάκις φανῆναι, χωρία τε ἕκαστα καὶ παρατάξεις, καὶ τὸν τῶν ἑκατέρωθεν πεσόντων ἀριθμὸν στρατιωτῶν ἐν ταῖς μάχαις, ἱστορίας τε πολλοὶ συγγραφεῖς καὶ [1] ποιηταὶ μέτρων πλατύτερον

1 Libet hic, coronidis loco, Apollinis *poetarum* Præsidis, nonnullos versiculos subtexere, qui Severo certiùs imperandi fidem fecerunt.

συνέ-

συνέταξαν, ὑπόθεσιν ποιούμενοι πάσης τῆς πραγματείας τὸν Σεβήρου βίον. ἐμοὶ δὲ σκοπὸς ὑπάρχει, ἐτῶν ἑβδομήκοντα πράξεις πολλῶν βασιλέων συνάξαντι γράψαι, ἃς αὐτὸς οἶδα. τὰ κορυφαιότατα τοίνυν, καὶ συντέλειαν ἔχοντα τὴν κατὰ μέρος πεπραγμένων Σεβήρῳ, ἐν τοῖς ἑξῆς διηγήσομαι, οὐδὲν οὔτε πρὸς χάριν εἰς ὕψος ἐξαίρων, (ὥσπερ ἐποίησαν οἱ κατ' ἐκεῖνον γράψαντες) οὔτε παραλείπων, εἴ τι λόγου καὶ μνήμης ἄξιον.

mè ſunt executi, materiam totius operis, ipſam denique Severi vitam deligentes. Mihi autem propoſitum eſt, ſeptuaginta annorum res, quas habeam cognitiſſimas, ſub diverſis principibus geſtas in unum comprehenſas, literarum mandare monimentis. Quocirca excellentiſſima & præcipua quæque rerum à Severo geſtarum, deinceps perſequemur. Neque ad gratiam vero quippiam affingentes, quod feciſſe videmus qui illa ætate ſcriptitarunt: neque tacitum prætereuntes, ſiquid modò mentione dignum, memoriaque videbitur.

Optimus eſt Fuſcus, bonus Afer, peſſimus Albus.

Fuſcus Nigrum denotat, Severum Afer. Ad hæc

Albi fundetur ſanguis, Nigrique minantis;
Imperium mundi Pœnâ reget urbe profectus.

ΗΡΩΔΙΑΝΟΥ

ΤΗΣ

Μετὰ ΜΑΡΚΟΝ Βασιλείας ΒΙΒΛΙΟΝ

ΤΡΙΤΟΝ.

HERODIANI

LIBER TERTIUS.

BREVIARIUM LIBRI TERTII.

Niger ubi audivit Severum occupasse imperium, & expeditionem in Orientem suscipere, ad bellum se quoque, quàm maximè potest, præparat. Severus, Asiam ingressus, Nigri milites ad Cyzicum, mox in Bythiniâ vincit, & Cappadociam expugnat. Deinde Tauri propugnaculis superatis Ciliciam emensus, ad sinum Issicum acerrimo prælio cum Nigro congreditur; qui victus & fugâ elapsus, Antiochiam venit, atque ibidem interficitur. Posthæc inimicitiæ inter Albinum & Severum patefactæ, belli causam utrique dederunt. Sedes belli Lugdunum fuit: ibi ancipiti prælio facto, tandem vincente Severo, urbs capta: Albino caput abscissum, & Romam missum est. Dein iterum bellum in Asiam Severus movit: Armeniam & Arabiam felicem invasit: Atrenorum regionem ingressus, Atra circumsedit, diuque oppugnavit, frustrà. Sed in Parthiam delatus, insperatam victoriam nanciscitur: inde Romam triumphans revertitur. Ibi rei publicæ privatæque intentus, Antonino filio uxorem dedit filiam Plautiani: qui Severo insidias machinatus, per Saturninum tribunum indicio facto, pœnas dedit. Ultimo in Britanniam expeditionem faciens Severus, diutius durante bello, ibidem fato functus est. Imperium ad Antoninum

toninum & Getam defertur : qui, relictâ Britanniâ, cum patris reliquiis Romam sunt reversi.

ΤΟ μὲν δὴ Περτίνακος τέλος, καὶ Ἰουλιανοῦ καθαίρεσις, ἥ τε Σεβήρου εἰς τὴν Ῥώμην ἄφιξις, ἥ τε ἐπὶ Νίγρον ἔξοδος, ἐν τῷ πρὸ τούτου συγγράμματι δεδήλωται. ὁ δὲ Νίγρος ἐπεὶ ἠγγέλη αὐτῷ, μηδέν τι τοιοῦτον προσδεχομένῳ, κατειληφὼς μὲν τὴν Ῥώμην ὁ Σεβῆρος, ὑπό τε τῆς συγκλήτου αὐτοκράτωρ ἀναγορευθεὶς, ἄγων δὲ πάντα ἐπ᾽ αὐτὸν Ἰλλυρικὸν στρατὸν, πεζήν τε καὶ ναυτικὴν δύναμιν ἄλλην, ἐν μεγίστῃ ταραχῇ ἦν, διέπεμπέ τε κατὰ ἔθνη πρὸς τοὺς ἡγουμένους, τάς τε εἰσόδους πάσας καὶ λιμένας φυλάττεσθαι κελεύων. ἔπεμπε δὲ πρὸς τὸν βασιλέα Παρθυαίων τε καὶ Ἀρμενίων καὶ Ἀτρηνῶν, συμμάχοις αἰτῶν. ὁ μὲν οὖν Ἀρμένιος ἀπεκρίνατο μηδετέρῳ συμμαχήσειν, ἀγαπητῶς δὲ τὰ ἑαυτοῦ φυλάξειν, ἤδη προσιόντος Σεβήρου. ὁ δὲ Παρθυαῖος ἐπιστελεῖν ἔφη τοῖς σατράπαις, δύναμιν ἀθροίζειν. οὕτω γὰρ εἴωθεν, ὁπηνίκα ἂν δεηθῇ στρατὸν συλλέγειν, τῷ μὴ ἔχειν [1] μισθοφόρους, καὶ συνεστὸς στρατιωτικόν. Ἀτρηνοὶ δὲ ἦλθον αὐτῷ τοξόται σύμμαχοι, πέμψαντος Βαρσημίου, ὃς τῶν τόπων ἐβασίλευε. τὸ δὲ λοιπὸν στρατιωτικὸν ἤθροιζεν ἐκ τῶν ἐκεῖ στρατοπέδων πᾶν. πλεῖστοι

SUperiore libro Pertinacis interitum, cædemque Juliani, simul profectionem Severi ad urbem, susceptamque mox adversus Nigrum expeditionem edocuimus. Enimvero Niger ubi Romam à Severo occupatam, ipsum à Senatu appellatum Imperatorem, nihil tale expectans, audivit, præterea omnem Illyricum exercitum contra se, pedestres navalesque copias educi: perturbato vehementer animo, monet provinciarum præsides, aditus omnes, portusque custodiant. Mittitque rogatum auxilia ad Parthorum, Armeniorum, atque Atrenorum Reges. Cui quidem Armenius, neutras se partes suscepturum respondit, tantum res suas defensurum Severi adventu. Parthus autem Satrapis imperaturum per epistolas, uti copias congregarent. Ita enim facere consuevit bellum comparaturus: siquidem mercenarios milites, atque ordinarios exercitus Parthi nullos habent. Ex Atrenis autem sagittarii auxiliares venerunt jussu regis Barsemii, qui tum in eis regionibus imperitabat. Reliquas omnes copias è militibus qui aderant, potissimum

1 Μισθοφόροι denotat ordinarium illum & conductum certis stipendiis exercitum, qui ad omnia belli momenta semper excubat. Quanquam etiam ita intelligi possit, Parthos nulla alia referre bellorum prœmia, quàm ex hostibus prædam. *Sed prior significatio hic locum habet.*

con-

conflavit, plurimis etiam è populo, maximeque Antiochenis, cùm ætatis levitate, tum ipsius Nigri studio impulsis, audacius quam prudentius nomina dantibus.

II. Sed Tauri montis angustias, prærupta loca, muro valido Niger, munimentisque obstruebat, ratus montem illum impervium, magnum Orienti propugnaculum futurum. Siquidem Taurus inter Cappadociam Ciliciamque dorsum erigens, nationes discriminat, Orienti ac Septentrionibus subjectas. Idem Byzantium præsidio occupavit urbem Thraciæ maximam fœlicissimamque, viribusque & opibus ea tempestate florentem. Quippe in angustissimo Propontidis constituta freto, vectigalia piscatumque à mari accepit, simul agros possidens amplissimos, uberrimosque, utroque velut elemento lucrum facit. Visum igitur Nigro talem hanc urbem præsidiis occupare, ut classes, navigiaque per eas angustias transgredi ex Europa in Asiam prohiberentur. Erat enim munita urbs valido ingentique muro, qui Milesio quadrato lapide constructus adeò tenui junctura fuit ut ne-

δὲ καὶ τῶν δημοτῶν τῆς Ἀντιοχείας μάλιστα ὑπὸ κουφότητος νεανίαι, καὶ τῆς περὶ τὸν Νίγρον σπουδῆς, ἐπιδόσαι αὐτοὺς ἐς στρατείαν, προπετῶς μᾶλλον ἢ ἐμπείρως τοῦτο ποιοῦντες.

β'. Ἐκέλευε δὲ καὶ τοῦ Ταύρου ὄρους τὰ στενὰ κρημνώδη διαφράττεσθαι, γενναίοις τείχεσί τε καὶ ἐρύμασι, πρόβλημα ὀχυρὸν νομίζων τῶν ἐν τῇ ἀνατολῇ ὁδῶν, τὸ [1] δύσβατον τοῦ ὄρους. ὁ γὰρ Ταῦρος μεταξὺ ὢν Καππαδοκίας καὶ Κιλικίας, διακρίνει τά τε τῇ ἄρκτῳ, καὶ τὰ τῇ ἀνατολῇ ἔθνη προσκείμενα. προὔπεμψέ τε καὶ στρατιὰν προκαταληψομένην τὸ [2] Βυζάντιον πόλιν τὴν ἐπὶ Θρᾴκης μεγίστην τότε, καὶ εὐδαίμονα, πλήθει τε ἀνδρῶν καὶ χρημάτων ἀκμάζουσαν. κειμένη γὰρ ἐπὶ τῷ στενοτάτῳ τῆς Προποντίδος πορθμῷ, προσόδοις τε ἀπὸ θαλάττης, τελῶν τε καὶ ἁλείας μεγάλαις ὠφελεῖτο. γῆν τε πολλὴν καὶ εὐδαίμονα κεκτημένη, ἐξ ἑκατέρων τῶν στοιχείων πλεῖστα ἐκέρδαινεν, ὅθεν τὴν ὥσπερ δυνατωτάτην ὁ Νίγρος προκαταλαβεῖν ἠθέλησε, καὶ μάλιστα ἐλπίζων δυνάμεις κωλύειν τὴν ἀπὸ τῆς Εὐρώπης ἐς τὴν Ἀσίαν κατὰ τὸν πορθμὸν διάβασιν. περιτετείχιστό τε γενναίῳ τε καὶ μεγίστῳ ἡ πόλις τείχει, πεποιημένῳ [3] Μυλίτου λίθου εἰς τετράγωνον εἰργασμένου· τοσαύτη τε συνα-

1 Η δὲ εἰσβολὴ αὐτὴ, αἱ Κιλίκειοι πύλαι, διὰ τὴν στενότητα οὕτω προσαγορεύονται. ἔνθεν γὰρ ὄρη ἀπότομα ἀνατείνει, &c. *Dion. lib. 74.*

2 Η δὲ πόλις ἐν καιρῷ πάνυ καὶ τῶν ἠπείρων καὶ τῆς διὰ μέσου θαλάσσης κεῖται, χωρίου ἅμα καὶ Βοσπόρου φύσει ἰσχυρῶς παρεσκευασμένη. *idem.* De Byzantio videndus est inprimis Codinus de origin. Constantinop. qui hanc rem consultò tractat.

3 Sylburgius ex Suidâ legendum censet [μυλίτου λίθου] lapidem quippe *molarem* intelligit, cui suffragatur Stephanus.

φειά

φύσει καὶ κολλήσει, ὡς μηδένα ὅπως τὸ ἔργον συνώθεντο, [1] ἑνὸς δὲ λίθου πᾶν πεποιῆσθαι. ἔτι γοῦν καὶ νῦν τὰ μένοντα αὐτοῦ ἐρείπια καὶ λείψανα ἰδόντι θαυμάζειν ἔστι καὶ τὴν τέχνην τῶν τὴν ἀρχὴν κατασκευασάντων, καὶ τὴν ἀρχὴν τῶν ὕστερον καθῃρηκότων. ὁ μὲν δὴ Νίγρος οὕτως ἐξήρτυε τὰ καθ' ἑαυτὸν προμηθέστατα καὶ ἀσφαλέστατα, ὡς ᾤετο.

γ'. Ὁ δὲ Σεβῆρος, ὡς ἔνι μάλιστα, σὺν τῇ στρατιᾷ ἠπείγετο, μηδὲν ῥᾳθυμίᾳ, μηδ' ἀναπαύλῃ νέμων. μαθὼν δὲ τὸ Βυζάντιον προκατειλημμένον, καὶ εἰδὼς ὀχυρώτατα τετειχισμένον, ἐπὶ Κύζικον τὸν στρατὸν ἐκέλευσε διαβαίνειν. ὁ δὲ τῆς Ἀσίας ἡγούμενος Αἰμιλιανὸς, ᾧ τὴν πρόνοιαν καὶ στρατηγίαν ὁ Νίγρος ἐνκεχειρήκει, μαθὼν ἐπιόντα τὸν Σεβήρου στρατὸν, τὸν ἐπὶ Κύζικον καὶ αὐτὸς ἐτράπετο, ἄγων τε στρατιὰν πᾶσαν, ἣν αὐτὸς συνείλεκτο, καὶ ἣν ὁ Νίγρος ἐπεπόμφει. ὡς δὲ συνέβαλεν ἑκατέρωθεν τὰ στρατεύματα, μάχαι καρτεραὶ γίνονται κατ' ἐκεῖνα τὰ χωρία, καὶ κρατεῖ τὸ Σεβήρου στράτευμα. φυγή τε πολλὴ καὶ τροπὴ καὶ φόνος πολὺς τῶν τοῦ Νίγρου στρατιωτῶν γίγνεται, ὡς τῶν μὲν ἀνατολικῶν εὐθέως θραῦσαι τὴν ἐλπίδα, τῶν δὲ Ἰλλυρικῶν ἐπιρρῶσαι.

δ'. Φασὶ δέ τινες, προδοθέντα τὰ Νίγρου πράγματα ὑπὸ

mini compositum opus, sed ex uno tantum, perpetuoque lapide videretur. Ac nunc quoque ruinas ipsas reliquiasque cùm videris, mireris utique vel eorum artificium, qui primi extruxerunt, vel horum vires, qui deinceps sunt demoliti. Ad hunc igitur modum Niger suas res comparabat, providentissimo scilicet (ut ipse putabat) tutissimoque consilio.

III. Cæterum Severus quantum maximè poterat cum suis copiis festinare, nullum desidiæ, quietique locum relinquere. Cognito autem præsidiis teneri Byzantium, quod sciebat munitissimam esse urbem, ad Cyzicum se convertit. Hoc intellecto dux Asiæ Æmilianus, cui summam Niger totius belli, maximumque Imperium tradiderat, & ipse Cyzicum proficiscitur, & copias adducit universas, quascunque aut Niger miserat, aut ipse contraxerat. Sed ubi ventum ad manus, aliquot acerrimè editis præliis, victoria tandem penes Severum stetit, fuso fugatoque Nigri exercitu. Itaque confestim fracti Orientalium animi, Illyricanis autem spes ingens addita.

IV. Neque defuere qui crederent, Nigri res initio statim

1 Ita Dion. ὥστε καὶ ἓν τεῖχος παχὺ εἶναι δοκεῖν. Tali etiam artificio exstruebatur, ut sonus in aliqua turre excitatus, per omnes redderetur: quod etiam de Pictico muro, à Severo hic in Britannia constructo, perhibetur.

proditas ab Æmiliano: cujus consilii duplicem afferunt causam. Alii Nigro invidisse, ferentem scilicet haud æquo animo, si quem paulo antè in Syria successorem habuisset, eundem superiorem mox, atque adeò imperatorem, dominumque esset habiturus. Alii persuasum à liberis, patri, per epistolas, vitam salutemque suam commendantibus, quos Romæ inventos Severus in custodia habebat: siquidem hoc quoque usus est providentissimo consilio. Mos fuerat Commodo retinere apud se liberos eorum, qui ad regendas provincias cum Imperio proficiscerentur, quasi obsides quosdam benevolentiæ illorum, fideique. Igitur Severus cum primum est Imperator appellatus, superstite adhuc Juliano, misit furtim qui suos liberos ex urbe subducerent, ne in alterius essent potestate. Cæterum ipse cùm Romam ingressus est, comprehensos omnes ducum liberos, cæterorumque item quicunque munus publicum in Oriente Asiaque tota obirent, atque in custodiam datos secum retinebat, quo per ea quasi pignora Nigri ducibus persuaderetur, uti illum desiderio salutis liberorum proderent: aut certè si in fide per-

[1] Αἰμιλιανοῦ, εὐθέως ἐν ἀρχῇ διαφθαρῆναι. διττὴν δὲ λέγουσι τῆς τοιαύτης προαιρέσεως τοῦ Αἰμιλιανοῦ τὴν αἰτίαν. οἱ μὲν γὰρ φθονοῦντα τῷ Νίγρῳ ἐπιβουλεῦσαι, ἀγανακτοῦντα ὅτι δὴ διάδοχος αὐτοῦ γενόμενος τῆς ἐν Συρίᾳ ἀρχῆς, ἔμελλεν ἔσεσθαι κρείττων, ἅτε βασιλεὺς καὶ δεσπότης. οἱ δέ φασιν αὐτὸν ἀναπεισθῆναι ὑπὸ τῶν παίδων ἐπιστειλάντων καὶ δεηθέντων ὑπὲρ τῆς ἑαυτῶν σωτηρίας, οὓς ἐν τῇ Ῥώμῃ εὑρὼν ὁ Σεβῆρος συλλαβὼν, εἶχεν ἐν φρουρᾷ. ἐχρήσατο γὰρ καὶ τούτῳ σοφίσματι προμηθεστάτῳ. ἔθος ἦν τῷ Κομμόδῳ, κατέχειν τοὺς παῖδας τῶν εἰς τὰ ἔθνη πεμπομένων ἡγεμόνων, ὡς ἔχοι ὅμηρα τῆς τε εὐνοίας αὐτῶν καὶ πίστεως. εἰδὼς τοίνυν τοῦτο ὁ Σεβῆρος, ἅμα τῷ βασιλεὺς ἀναδειχθῆναι, καὶ τοῦ Ἰουλιανοῦ ἔτι περιόντος, πέμψας λάθρα, διὰ φροντίδος ἔσχε τοὺς παῖδας [2] αὐτῷ τῆς Ῥώμης ἐκκλαπέντας, μὴ εἶναι ἐν ἑτέρου ἐξουσίᾳ. αὐτὸς δ' ἅμα τῷ τῆς Ῥώμης ἐπιβῆναι, συλλαβὼν πάντας τοὺς τῶν ἡγεμόνων, ἢ τῶν ὅ τι δὴ πραττόντων κατὰ τὴν ἀνατολὴν, καὶ πᾶσαν τὴν Ἀσίαν, φρουρᾷ δοὺς εἶχε σὺν αὐτῷ, ὅπως ἢ πόθῳ τῆς τῶν παίδων σωτηρίας οἱ ἡγεμόνες τὰ Νίγρου προδιδοῖεν· ἢ μένοντες ἐπὶ τῆς πρὸς ἐκεῖνον εὐνοίας, [3] φθάσωσι

---

1 Quæ si ita habent, unde Severo tam infensus in Æmilianum animus ut Qui referente Spartiano, *Nigro tutum exilium promiserat, Æmiliano tamen non ignoverit.*

2 Fortè αὐτοῦ.

3 Non est hîc loci dissimulandum quantum sibi indulgeat Politianus, adeò nihil fere ex Græco reddidit. Ita igitur hunc locum interpretamur. *Aut mali aliquid prius patiantur propter occisos filios, quàm ipsi agere occupent.*

ni

τι κακὸν παθεῖν, διὰ τῆς τῶν παίδων ἀναιρέσεως, ἢ δράσωσιν αὐτοί.

ε'. Γενομένης δὲ τῆς ἥττης [1] κατὰ τὴν Κύζικον, ἔφευγον οἱ τοῦ Νίγρου ὡς ἕκαστος ἐδύνατο, σπεύδοντες, οἱ μὲν περὶ τὰς ὑπωρείας τῆς Ἀρμενίας, οἱ δὲ τῆς ἐπὶ Γαλατίας τε καὶ Ἀσίας, φθάσαι θέλοντες τὸν Ταῦρον ὑπερβῆναι, [2] καὶ ἐντὸς τῶν ἐρύματος γένοιντο. ὁ δὲ τοῦ Σεβήρου στρατὸς, περαιωθεὶς διὰ τῆς Κυζικηνῆς χώρας, διαβάς τε ἐπὶ τὴν Βιθυνίαν ὅμορον οὖσαν ἠπείγετο.

ς'. Ὡς δὲ διέδραμε φήμη τῆς Σεβήρου νίκης, εὐθὺς ἐν πᾶσι τοῖς ἔθνεσιν ἐκείνοις στάσις καὶ διάφορος γνώμη ἐνέπεσε ταῖς πόλεσιν, οὐχ οὕτω τῇ πρὸς τοὺς πολεμοῦντας βασιλέας ἀπεχθείᾳ τινὶ ἢ εὐνοίᾳ, ὡς ζήλῳ καὶ ἔριδι τῇ πρὸς ἀλλήλας, φθόνῳ τε καὶ καθαιρέσει τῶν ὁμοφύλων. [3] ἀρχαῖον τοῦτο πάθος Ἑλλήνων, οἳ πρὸς ἀλλήλους στασιάζοντες ἀεὶ, καὶ τοὺς ὑπερέχειν δοκοῦντας καθαιρεῖν θέλοντες, ἐτρύχωσαν τὴν Ἑλλάδα. ἀλλὰ τὰ μὲν ἐκείνων γηράσαντα, καὶ παρ' [4] ἀλλήλοις συντριβέντα, Μακεδόσιν εὐάλωτα, καὶ Ῥωμαίοις δοῦλα γεγένηται. τὸ δὲ πάθος τοῦτο τοῦ ζήλου καὶ φθόνου

mansissent, liberum sibi relinquerent cæde filiorum, quos vellet ulcisci.

V. Victi autem ad Cyzicum Nigri milites, quàm quisque maximè poterat, aufugerunt, partim præter Armeniæ montana, quidam per Asiam Galatiamque, superare Taurum festinantes, ut scilicet intra munimenta se reciperent. At verò Severi exercitus Cyzicenum per agrum, in Bithyniam, finitimam regionem contendebat.

VI. Sed ut Severum vicisse fama divulgavit, repens confestim in eis locis seditio, discordiaque urbes invasit. Non tam quidem ipsorum Imperatorum odio aliquo aut studio, quàm æmulatione quadam & contentione, invidiaque inter ejusdem gentis homines funestissima. Antiquum id vitium Græcorum, qui dum seditiones agitant, atque eminentissimum quemque tollere è medio conantur, totam jam consumpsere Græciam. Cæterum illi quidem inveterati jam, attritique inter se captivi prius Macedonum, dein mancipia quoque Romanorum facti sunt. Ea verò labes æmu-

1 Accepta hæc clades Æmiliano à Nigri partibus imperante. *ὁ Αἰμιλιανὸς δὲ περὶ Κύζικον συμβαλὼν τισὶ τῶν στρατηγῶν τῶν τοῦ Σεβήρου, ἡττήθη πρὸς αὐτῶν καὶ ἐσφάγη.* Quicquid enim de Spartiano fiat, qui Nigrum Cyzici interemptum affirmat, caputque ejus pilo circumlatum fuisse, danda est in hâc re Dioni fides, qui Nigrum post prælium ad Κιλικίας πύλας infæliciùs gestum, Euphratem versus confugisse, atque inibi occisum scribit.

2 Fortasse [ἵνα] propter sequentem γένοιντο.

2 *Quippe*, inquit Justinus de Græciæ civitatibus, *in mutuum exitium sine modo ruentes omnibus perire, quod singula amitterent, non nisi oppressa senserunt.*

4 Ἀλλήλων Sylburg.

lationis atque invidiæ florentibus etiamnum ætatis nostræ civitatibus incubuit.

VII. Igitur in Bithynia statim post res ad Cyzicum gestas, Nicomedenses ad Severum defecerunt, missis legationibus, quæ se exercitum accepturos, omniaque tradituros pollicerentur. Nicenses contrà, illorum instigati odio, Nigri partibus studebant, ejusque suscipiebant milites, sive qui se ex fuga receperant, sive qui ad tuendam Bithyniam mitterentur. Quocirca ex utrisque urbibus, quasi è castris egressi milites iterum concurrerunt, magnoque commisso prælio, longè superior Severus fuit. Inde etiam fuga facta, Nigri milites qui prælio superfuerant, ad Tauri montis angustias evaserant, clausasque munitiones tuebantur. At Niger, relicto ibi quantum satis fore præsidii putabat, profectus Antiochiam est, ut exercitus pecuniamque contraheret.

VIII. Interea Severi exercitus Bithyniam Galatiamque egressus, cum se mox in Cappadociam quoque incitasset, oppugnare munitionem incœpit, ibi multis est laboribus conflictatus. Quippe arcta asperaque via, lapidesque supernè jacientibus, ac fortissimè dimicantibus, qui summis institerant mœnibus, eoque facilè paucis arcentibus plurimos. Etenim angustissima utique via est,

μετῆλθεν εἰς τὰς καθ' ἡμᾶς ἀκμαζούσας πόλεις.

ζ'. Κατὰ μὲν οὖν τὴν Βιθυνίαν, εὐθὺς μετὰ τὰ ἐν Κυζίκῳ Νικομηδεῖς μὲν Σεβήρῳ προσέθεντο, καὶ πρέσβεις ἔπεμπον, τήν τε στρατιὰν ὑποδεξόμενοι, καὶ πάντα παρέξειν ὑπισχνούμενοι. Νικαεῖς δὲ τῷ πρὸς Νικομηδέας μίσει τἀναντία ἐφρόνουν, καὶ τὸν στρατὸν τοῦ Νίγρου ὑπεδέχοντο, εἴ τέ τινες ἐκ τῶν φυγόντων κατέφυγον πρὸς αὐτοὺς, καὶ τοὺς πεμφθέντας ὑπὸ τοῦ Νίγρου φρουρεῖν Βιθυνίαν. ἑκατέρωθεν οὖν ἐκ τῶν πόλεων, ὡς ἀπὸ στρατοπέδων ὁρμώμενοι, συνέβαλλον ἀλλήλοις. καὶ μάχης καρτερᾶς γενομένης, πολὺ περιεγίνοντο οἱ τοῦ Σεβήρου. φυγόντες δὲ οἱ τοῦ Νίγρου κἀκεῖθεν, ὅσοι περιελείφθησαν, ἐπὶ τὰ στενὰ τοῦ Ταύρου ἠπείγοντο, ἀποκλείσαντές τε τὸ ἔρυμα, ἐφύλαττον. ὁ δὲ Νίγρος, φρουρὰν καταλιπὼν τοῦ ἐρύματος, ὡς ᾤετο, αὐτάρκη, εἰς τὴν Ἀντιόχειαν ἠπείγετο, στρατὸν ἀθροίζων καὶ χρήματα.

η'. Ὁ δὲ τοῦ Σεβήρου στρατὸς προελασθεὶς, διά τε Βιθυνίας καὶ Γαλατίας ἐμβαλὼν εἰς Καππαδοκίαν, προσκαθεζόμενος τὸ ἔρυμα ἐπολιόρκει, πράγματά τε εἶχεν οὐ μικρὰ, δυσβάτου διὰ στενότητα καὶ τραχύτητα οὔσης τῆς ὁδοῦ, βαλλόντων τε αὐτοὺς ἄνωθεν λίθοις, καὶ γενναίως ἀπομαχομένων τῶν ἐφεστώτων ταῖς ἐπάλξεσι τοῦ τείχους· ῥᾳδίως δὲ ὀλίγοι πολλοὺς ἐκώλυον. τῆς γὰρ ὁδοῦ στενῆς οὔσης τὸ μὲν ἕτερον μέρος, ὕψιστον ὄρος σκέπει, ἐπὶ θάτερα δὲ κρημνὸς βαθὺς τοῖς ἐκ

ἐκ τῶν ὀρῶν συῤῥέουσιν ὕδασιν πόρος γίνεται, ὅπερ καὶ αὐτὸ πάμπαν περιπέφρακτο ὑπὸ τοῦ Νίγρου, τοῦ πανταχόθεν κωλύεσθαι ἕνεκα τὴν δίοδον τοῦ στρατοῦ.

θʹ. Κατὰ μὲν δὴ Καππαδοκίαν ταῦτα ἐπράττετο, ἐστασίασαν δὲ πρὸς ἀλλήλους, τῷ αὐτῷ ζήλῳ καὶ μίσει, Λαοδίκεια μὲν κατὰ Συρίαν Ἀντιοχέων μίσει· κατὰ δὲ Φοινίκην Τύριοι Βηρυτίων ἔχθει. μαθόντες τε τὸν Νίγρον πεφευγότα, τὰς μὲν τιμὰς ἐκείνου καθελεῖν ἐπειράθησαν, τὸν δὲ Σεβῆρον εὐφήμησαν. ὡς δὲ γενόμενος ἐν Ἀντιοχείᾳ ταῦτα ὁ Νίγρος ἐπύθετο, ἄλλως μὲν τὸ ἦθος πρότερον χρηστὸς ὤν, ἀγανακτήσας δὲ τότε εἰκότως, ἐπὶ τῇ ἀποστάσει αὐτῶν καὶ ὕβρει, ἐπιπέμπει ταῖς πόλεσιν ἀμφοτέραις Μαυρουσίους τε ἀκοντιστὰς οὓς εἶχε, καὶ μέρος τοξοτῶν, φονεύειν τὸν ἐντυγχάνοντα κελεύσας, καὶ διαρπάζειν τὰ ἐν ταῖς πόλεσιν, αὐτάς τε ἐμπιπρέναι.

ιʹ. Οἱ δὲ Μαυρούσιοι ὄντες φονικώτατοι, καὶ διὰ τὸ θανάτου καὶ κινδύνων ῥαδίως καταφρονεῖν πάντα τολμῶντες, μετ' ἀπογνώσεως ἐπιπεσόντες τοῖς Λαοδικεῦσιν οὐ προσδοκῶσι, παντὶ τρόπῳ τόν τε δῆμον καὶ τὴν πόλιν ἐλυμήναντο. ἐκεῖθέν τε σπεύσαντες ἐπὶ τὴν Τύρον, πᾶσάν τε ἐνέπρησαν, καὶ πολλὴν ἁρπαγὴν καὶ φόνον εἰργάσαντο.

ιαʹ. Τούτων κατὰ Συρίαν γινομένων, καὶ στρατοῦ ὑπὸ Νίγρου ἀθροιζομένου, ὁ τοῦ Σεβήρου στρατὸς προσκαθεζόμενος, τὸ ἔρυμα ἐπολιόρκει. ἦσαν δὲ

cujus pars altera per immane præceps defluente montibus aqua redundat: tum valida munitione Niger obstruxerat, ut scilicet undique hostis aditu prohiberetur.

IX. Dum hæc in Cappadocia geruntur, interim seditiones inter se quoque agitabant, pari æmulatione odioque Laodicea quidem in Syria Antiochenorum odio, Tyros autem in Phœnicia Berytiis infensa. Quæ nunciata Nigri fuga, sublatis illius honoribus, Severo prosperè acclamarunt. At Niger audita re, cum quidem Antiochiæ ageret, jure scilicet, homo alioqui benigni mansuetique ingenii, defectione illorum, contumeliaque irritatus, immittit utrisque urbibus Mauros jaculatores, quoscunque secum habuerat, simul partem sagittariorum, jussos occidere obvium quemque, diripere urbes ipsas, atque incendere.

X. Sed enim Mauri (ut est genus hominum suapte natura cædis avidissimum, nihilque non facilè audens, ac desperatis simile, contemptu videlicet mortis ac periculorum,) Laodicenis de improviso oppressis populum ipsum omni genere crudelitatis, urbemque vastarunt. Inde Tyrum pergentes, direptis omnium bonis, ac patrata ingenti cæde, totam incenderunt.

XI. Quæ dum in Syria gerebantur, contrahente copias Nigro, interea Severiani milites, munitionem Tauri montis, oppugnabant, tristes utique,

ac citra spem victoriæ, quippe valida, inexpugnabilisque per se, monte quoque ipso præcipitioque defendebatur. Igitur jam defatigatis, alta adversariorum securitate, ecce tibi, noctu maximi repente ruere imbres, oppleri omnia nivibus, ut sunt difficiles in Cappadocia hyemes, maximeque ad Taurum montem. Quocirca subitus impetu magno erumpit torrens, cursuque impedito (quòd munitio exitum prohibebat) major jam violentiorque factus, quando artem superante natura tantum impetum sustinere munitio non poterat, laxatis paulatim coagmentis, ac fundamentis loco emotis, iter sibi torrens patefecit. Quo animadverso, qui in præsidio erant, metu ne ab hoste circumvenirentur, nullo mox futuro propugnaculo, simul unda resedisset, prodita custodia cuncti fuga dilabuntur. Igitur læti Severiani, confirmatique animis, velut Diis ipsis immortalibus manu du-

οἱ στρατιῶται ἐν πολλῇ ἀθυμίᾳ καὶ ἀπογνώσει, ὀχυροῦ τε ὄντος καὶ δυσμάχου, καὶ πεφραγμένου ὄρει τε καὶ κρημνῷ. ἤδη δὲ τῶν μὲν τοῦ Σεβήρου ἀπειρηκότων, τῶν δὲ ἐναντίων ἀμέριμνον ἔχειν τὴν φρουρὰν οἰομένων, νύκτωρ αἰφνιδίως ὄμβρων μεγίστων καταρραγέντων, χιόνος τε πολλῆς (δυσχείμερος γὰρ πᾶσα ἡ Καππαδοκία, ἐξαιρέτως δὲ ὁ Ταῦρος) [1] μέγας καὶ σφοδρὸς χειμάρρους καταρραχθεὶς ἐμποδισθέντος αὐτῷ τοῦ συνήθους δρόμου, καὶ τοῦ ἐρύματος ἐπισχόντος τὸ ῥεῖθρον, πολὺς καὶ βίαιος γενόμενος, τῆς τε φύσεως νικώσης τὴν τέχνην, μὴ δυναμένου τοῦ τείχους ἀντέχειν τῷ ῥεύματι, διέστησε τῷ ὕδατι κατ᾽ ὀλίγον αὐτοῦ τὰς ἁρμογάς, ὑποχωρούντων τῶν θεμελίων τῷ ῥείθρῳ, ἅτε διὰ σπουδῆς, καὶ οὐ μετ᾽ ἐπιμελείας κατασκευασθέντων, [2] πᾶν ὤφθη. τὸν δὲ τόπον ὁ χειμάρρους ἀνοίξας, ὡδοποίησεν. ὅπερ ἰδόντες οἱ ἐπὶ τοῦ ἐρύματος φύλακες, φοβηθέντες μὴ κυκλωθεῖεν ἐκ περιελθόντων αὐτοὺς τῶν πολεμίων, μετὰ τὴν τοῦ χειμάρρου ἀπόρροιαν, μηκέτι ὄντος τοῦ κωλύοντος, καταλιπόντες τὴν φρουρὰν φεύγουσιν. ὁ δὲ τοῦ Σεβήρου στρατὸς ἡσθεὶς τῷ γενομένῳ, τάς τε ψυχὰς ἐπιρρωσθεὶς [3] ὡς προνοίᾳ θείᾳ ὁδηγου-

1 Quod Noster accidisse asserit ante pugnam initam, Severianis sub exitum cedentibus, magnum attulisse ad victoriam momentum refert Dion. Κᾂν παντελῶς ἐκράτησαν, Nigriani sc. εἰ μὴ νέφη ἐξ αἰθρίας, ἄνεμος ἐκ νηνεμίας, βρονταί τε σκληραί, καὶ ἀστραπαὶ ὀξεῖαι μεθ᾽ ὑετοῦ λάβρου κατὰ πρόσωπον αὐτοῖς προσέπεσον. Similis est omninò casus nisi quod in Dione nihil de propugnaculo diruto.

2 Omisit hæc verba Politianus, nec alius facilè, credo, sensum elicuerit. Nimirum desiderantur aliqua ut sibi constet sensus, puta. [πᾶν τὸ στρατιωτικὸν] aut si quid aliud mavis.

3 Iterum Dion. μέγιστον δ᾽ αὕτη ἡ συντυχία τοῦ γενομένου τοῖς μὲν θάρσος, ὡς καὶ παρὰ τοῦ θείου βοηθουμένοις, τοῖς δὲ δέος, ὡς καὶ ὑπ᾽ αὐτοῦ πολεμουμένοις, ἐμβαλοῦσα, &c.

μένος, συνεὶς δὲ ἀποδεδρακότας τοὺς φύλακας, εὐμαρῶς τε καὶ ἀκωλύτως διαβὰς τὸν Ταῦρον, ἐπὶ Κιλικίαν ἠπείγετο.

ιβʹ. Ὁ δὲ Νίγρος μαθὼν τὰ συμβάντα, πολλὴν στρατιὰν ἀθροίσας, πλὴν ἄπειρον μάχης καὶ πόνων, μετὰ σπουδῆς τὴν πορείαν ἐποιεῖτο. πολὺ γάρ τι πλῆθος, καὶ σχεδὸν πᾶσα ἡ νεολαία τῶν Ἀντιοχέων εἰς στρατιὰν, καὶ τὸν ὑπὲρ αὐτοῦ κίνδυνον, ἐπέδωκεν αὐτήν. τὸ μὲν οὖν πρόθυμον τοῦ στρατοῦ ὑπῆρχεν αὐτῷ· τοῦ δὲ ἐμπείρου καὶ γενναίου, πολὺ τῶν Ἰλλυριῶν ἀπέλειπον. συνέρχεται δὴ ἑκατέρωθεν ὁ στρατὸς εἰς τὸ κατὰ τὸν Ἰσσικὸν καλούμενον κόλπον, πεδίον πλατύτατόν τε καὶ ἐπιμηκέστατον. ᾧ περίκειται μὲν λόφος εἰς θεάτρου σχῆμα. αἰγιαλὸς δὲ ἐπὶ θαλάσσης μέγιστος ἐκτείνεται, ὥσπερ τῆς φύσεως ἐργασαμένης στάδιον μάχης. [1] ἐκεῖ φασὶ καὶ Δαρεῖον Ἀλεξάνδρῳ τὴν ὑστάτην καὶ μεγίστην μάχην συμβαλόντα, ἡττηθῆναί τε καὶ ἁλῶναι ὑπὸ τῶν ἀρκτῴων ἀνδρῶν, καὶ τότε τοὺς ἀνατολικοὺς νενικηκότων. μένει δὲ ἔτι νῦν τρόπαιον, καὶ δεῖγμα τῆς νίκης ἐκείνης, πόλις ἐπὶ τοῦ λόφου Ἀλεξάνδρεια καλουμένη· ἄγαλμά τε χαλκοῦν, οὗ τὴν προσηγορίαν ὁ τόπος φέρει.

centibus, cognito cuſtodes aufugiſſe, facilè ſcilicet nullis prohibentibus Taurum ſupergreſſi, in Ciliciam mox impetum fecerunt.

XII. His nunciatis Niger, cum quidem ingentem exercitum, ſed pugnæ laborumque inſcium collegiſſet, magnis itineribus accelerabat, quàm plurimis eum mortalibus, omnique fermè Antiochenorum juventute ſequentibus ducem, multa ſcilicet animorum alacritate, cæterùm virtute ac peritia belli nulla ex parte cum Illyrico milite conferendis. Ita concurrerunt ad Iſſicum, quem appellant ſinum, longè lateque ſpacioſiſſima in planicie, quæ perpetuis ſubjecta collibus in theatri ſpeciem littus habet à mari longiſſimè excurrens, quaſi quoddam belli ſtadium fabricata natura. Quin eodem quoque loco Darium ab Alexandro ferunt maximo extremoque illo prælio profligatum, captumque: ſeptentrionalibus etiam viris, Orientis nationes ſuperantibus. Manet adhuc trophæum, & tantæ victoriæ teſtimonium, urbs in colle Alexandria, ſimul æneum ipſius ſimulacrum. Unde loco impoſitum nomen.

1 Sed nec ultima hæc pugna cum Dario, ſi Arriano fides hiſt. 6. ἐπεὶ καὶ τὴν τελευταίαν μάχην, &c. πρὸς Ἀρβήλοις γενέσθαι ὁ πᾶς λόγος κατέχει. καθάπερ γοῦν καὶ τὴν πρὸ ταύτης ἐν Ἰσσῷ, καὶ τὴν πρώτην ἱππομαχίαν πρὸς Γρανίκῳ.

XIII. Eve-

XIII. Evenit autem, ut Severi ac Nigri exercituum non congressus modò in eum locum, sed fortuna etiam fortunæ similis fuerit. Utrinque enim sub vesperam parati ad pugnam constiterant, curis dein pavoribusque totam noctem extraxerant insomnem, statimque cum solis ortu ducibus utrinque adhortantibus, incredibili alacritate utrinque se incitarunt, tanquam de omni spe reliqua novissimo illo congressu dimicaturi, disceptante illic super Romano Imperatore fortuna. Sed ubi pugnatum acerrimè, tantaque edita utrinque strages, ut flumina per eam planiciem decurrentia, majore aliquanto vi sanguinis, quàm aquarum, in mare se volverent, fusi tandem, profligatique Orientales, imminentibus à tergo Illyricianis, partim in mare saucii protrudebantur, partim in colles summos fugitantes, à persequentibus obtruncabantur. Cumque iis unà vulgus ingens hominum, qui ex urbibus vicinis, agrisque confluxerant, supernè quasique ex tuto loco prælium spectaturi.

XIV. At Niger valido evectus equo, paucis comitantibus Antiochiam pervenit, ubi fugiente passim multitudine, magnoque ubique fletu clamoribusque natos fratresque lugentium, deploratis & ipse rebus suis fugam capit, occul-

ιγʹ. Συνέβη δὲ καὶ τῶν στρατοπέδων τοῦ Σεβήρου τε καὶ Νίγρου, μὴ τὴν σύνοδον μόνον κατ' ἐκεῖνο γενέσθαι τὸ χωρίον, ἀλλὰ καὶ τὴν τύχην ὁμοίαν τῆς τύχης. ἀντιστρατοπεδευσάμενοι γὰρ ἑκατέρωθεν περὶ ἑσπέραν πάσης τῆς νυκτὸς ἐν φροντίσιν ἑκάτεροι, καὶ δέει, διαγρηγορήσαντες ἅμα ἡλίῳ ἀνίσχοντι, ἐπ' ἀλλήλους ἠπείγοντο, παρορμώντων ἑκατέρωθεν τῶν στρατηγῶν· προθυμίᾳ δὴ πάσῃ ἐνέπιπτον, ὡς ὑπὲρ λοιπῆς καὶ τελευταίας ἐκείνης μάχης, κἀκεῖ τῆς τύχης διακρινούσης τὸν βασιλέα. ἐπὶ πολὺ δὲ αὐτῶν διαγωνισαμένων, πολλοῦ τε ἐργασθέντος φόνου, ὡς καὶ τὰ ῥεῖθρα τῶν διὰ τοῦ πεδίου ποταμῶν ῥεόντων αἵματος πλεῖον, ἢ ὕδατος κατάγειν εἰς θάλασσαν, τροπὴ τῶν ἀνατολικῶν γίνεται. ἐκβιασάμενοι δὲ αὐτοὺς οἱ Ἰλλυριοί, τοὺς μὲν εἰς τὴν παρακειμένην θάλασσαν τιτρώσκοντες ἐξωθοῦσι, τοὺς δὲ φεύγοντας ἐπὶ τοὺς λόφους διώκοντες, αὐτούς τε φονεύουσι, καὶ πολὺ πλῆθος ἄλλων ἀνθρώπων, ὅπερ ἔκ τε τῶν περικειμένων πόλεων καὶ ἀγρῶν ἤθροιστο, ὡς ἀπ' ἀσφαλοῦς τοῦ τόπου τὰ γινόμενα θεάσοιντο.

ιδʹ. Ὁ δὲ Νίγρος ἵππῳ γενναίῳ ἐποχούμενος, φεύγει μετ' ὀλίγων, εἴς τε τὴν Ἀντιόχειαν ἀφικνεῖται. καταλαβὼν δὲ φεύγοντα τὸν λοιπὸν δῆμον, εἴ τις καταλέλειπτο, οἰμωγήν τε καὶ πένθος ἐν τῇ πόλει, παῖδάς τε καὶ ἀδελφοὺς θρηνούντων, γενόμενος ἐν ἀπογνώσει καὶ αὐτός, ἐκ τῆς Ἀντιοχείας ἀποδιδράσκει, καὶ ἐν

[1] τινι προαστείῳ κρυπτόμενος, εὑρεθείς τε ὑπὸ τῶν διωκόντων ἱππέων, καὶ συλληφθείς, τὴν κεφαλὴν ἀπετμήθη. τέλει μὲν δὴ τούτῳ ὁ Νίγρος ἐχρήσατο, μελλήσεως καὶ βραδυτῆτος δοὺς δίκας· τὰ ἄλλα, ὥς φασι, γενόμενος [2] μὴ φαῦλος ἄνθρωπος, μήτε ἄρχων, μήτε ἰδιώτης.

ιε΄. Ὁ δὲ Σευῆρος καθελὼν τὸν Νίγρον, τοὺς μὲν φίλους αὐτοῦ, καὶ εἴ τινες οὐ μόνον ἐκ [3] προαιρέσεως, ἀλλὰ δι᾽ ἀνάγκης προσέθεντο αὐτῷ, [4] πάντας ἀφειδῶς ἐκόλασε. τοὺς δὲ στρατιώτας, ὅσοι διαδεδράκεσαν, πυνθανόμενος περαιωθέντας τὸν Τίγριδα ποταμὸν, διά τε τὸ ἐκ Σευήρου δέος ἀπιόντας πρὸς τοὺς βαρβάρους, πάντας ἤγαγε, δοὺς ἀμνηστίαν. πολὺ γὰρ πλῆθος αὐτῶν ἀνεχώρησεν εἰς τὴν ἀλλοδαπήν. ὅπερ καὶ μάλιστα αἴτιον ἐγένετο, μαχιμώτερα ὕστερον γενέσθαι πρὸς τὰς συστάδην μάχην Ῥωμαίων, τὰ τῶν [5] ὑπ᾽ ἐκεῖνα Βαρβάρων. πρότερον μὲν γὰρ τοξεύειν μόνον ἵπποις ἐποχούμενοι ᾔδεσαν, μήτε πανοπλίᾳ φράσσοντες αὐτοὺς, μήτε τῇ διὰ δοράτων καὶ ξιφῶν θαῤῥοῦντες μάχῃ, κούφαις δὲ καὶ παρηωρημέναις ἐσθῆσι κοσμούμενοι. τὰ πλεῖστα γοῦν φεύγοντες, εἰς τοὔπισω τε τοξεύοντες ἐμά-

tantique dein se in suburbano quodam, & ab equitibus reperto, caput amputatum. Hunc habuit exitum vitæ Niger, dato cunctationis tarditatisque supplicio: homo alioqui (ut perhibent) publicè privatimque minimè improbus.

XV. Sed occiso Nigro, Severus omnes statim illius amicos supplicio affecit, sive qui sponte, sive qui necessitate coacti rebus illius studuissent: militibus tantum qui effugerant, ac trans fluvium Tigrim, metu Severi ad Barbaros abierant, impunitate proposita receptis. Quippe magna vis hominum in ea loca concesserat, quo effectum est, ut validiores deinceps Barbari adversos Romanos, conserenda manu evaserint: gnari autem pugnare tantum arcu ex equis, neque armatura muniti, neque hasta, gladiove satis audaces, levi, pendulaque veste, plurimumque inter fugiendum aversi, sagittas intendebant. Postea verò quàm Romani aliquot milites, fabrique

1 Supra annotavimus ad Euphratem confugisse.

2 Οὔτε δὲ ἐς τὸ κρεῖττον, *inquit Dion*, οὔτε δὲ ἐς τὸ χεῖρον ἐπίσημος, ὥς τέ τινα ἢ πάνυ αὐτὸν ἐπαινεῖν ἢ πάνυ ψέγειν.

3 *Vide Cassii Clenæ orationem apud Dion.* Ἐγὼ, ἔφη, οὔτε σοι οὔτε Νίγρον ἠπιστάμην, καταληφθεὶς δὲ [*sic enim lego*] ἐν τῇ ἐκείνου μερίδι τὸ παρὸν ἀναγκαίως ἐθεράπευσα, &c.

4 *In multos animadvertit præter ordinem Senatorium, qui Nigrum fuerant sequuti.* Spart.

5 Hunc locum emendandum suscepisse se pollicitus est Stephanus in annot. ad Herod. quas quoniam videre mihi non contigit, danda est conjecturæ venia. Quare non incommodè videtur legi posse [Ἐπέκεινα] ita ut Transtigridanos innuat.

nonnulli in eas regiones confugerunt, ibi ætatem acturi, non ſolum armis uti, ſed ea quoque fabricare Barbari didicerunt.

XVI. Rebus autem Orientis ex ſententia geſtis, atque ut res poſcere videbatur ordinatis: cupido jam Severum habebat, regem quoque Atrenorum bello tentandi, ac Parthorum regionem occupandi, quos utroſque in ſocietatem Niger aſciverat. Quibus tandem rebus in aliud tempus rejectis, cogitare inſtitit, quo pacto ſibi Romanum Imperium, liberiſque ſuis bona fide adjudicaret. Nam ſublato Nigro reliquus erat Albinus, quem ſibi parum ex ſententia, parumque uſui forè arbitrabatur. Vulgato rumore jam nimis illum impotenter, nimiſque moleſtè nomen Cæſaris uſurpare; præterea multos eſſe è primoribus Senatus qui ad eum clam darent literas, hortantes ad reditum abſente adhuc, occupatoque Severo. Quippe nobilitas omnis Albinum malebat Imperatorem, ortum illuſtri genere, ac bonæ indolis juvenem. Quibus rebus cognitis,

χωρίο. τῶν δὲ φυγάδων ςρατιωτῶν, πολλῶν τε ἐν αὐτοῖς τεχνιτῶν, παρ' αὐτοῖς γινομένων, καὶ τὸν ἐκεῖ βίον ἑλομένων, οὐ μόνον χρῆσθαι, ἀλλὰ καὶ ἐργάζεσθαι ὅπλα ἐδιδάχθησαν.

ις'. Διοικήσας δὲ ὁ Σεβῆρος τὰ ἐπὶ τῆς ἀνατολῆς, ὡς ᾤετο, ἄριςα καὶ ἑαυτῷ λυσιτελέςατα, ἠθέλησεν εὐθέως ὁρμῆσαι ἐπὶ τὸν Ἀτρηνῶν βασιλέα, εἴς τε τὴν Παρθυαίων γῆν διαβῆναι. [1] ἐπεκάλει γὰρ ἀμφοτέροις φιλίᾳ Νίγρου. ἀλλὰ ταῦτα μὲν εἰς ὕςερον ἀνέθετο. πρῶτον δὲ πᾶσαν τὴν ἀρχὴν Ῥωμαίων εἰς ἑαυτὸν καὶ τοὺς παῖδας μεταγαγεῖν καὶ βεβαιῶσαι ἠθέλησε. καθῃρημένου γὰρ τοῦ Νίγρου, ὀχληρὸς καὶ περιττὸς αὐτῷ ὁ Ἀλβῖνος ἐνομίζετο. ἔτι τε καὶ ἤκουεν αὐτὸν βασιλικώτερον ἐντρυφῶντα, τῷ τοῦ Καίσαρος ὀνόματι, πολλούς τε μάλιςα τοὺς ἐξέχοντας τῆς συγκλήτου βουλῆς, ἰδίᾳ καὶ κρύβδην ἐπιςέλλοντας αὐτῷ, εἴς τε τὴν Ῥώμην ἐλθεῖν πείθοντας, ἀπόντος καὶ ἀσχολουμένου τοῦ Σεβήρου. ᾑροῦντο γὰρ οἱ εὐπατρίδαι ἐκεῖνον μᾶλλον ἄρχοντα, ἅτε ἐκ προγόνων εὖ γεγονότα, καὶ χρηςὸν τὸ ἦθος εἶναι λεγόμενον. ἅπερ πυνθανόμενος ὁ Σεβῆρος, φα-

1 Politiani verſionem non ſatis aſſequor neque enim, ut mihi videtur, Græco reſpondet, niſi ſi fortaſſe [φιλία] in caſu recto legat, *ita ut amicitia Nigri utroſque in ſocietatem aſciverit.* Sed nec hoc adeò congruum: De Severo agit Herodianus, qui utroſque poſtulavit Societatis cum Nigro initæ, quo ſenſu hîc loci utor [ἐπεκάλει,] ſimili etiam apud Platonem occurrit, ἐπικαλῶ αὐτῷ τῷ πράγματι, *damno vel incuſo rem ipſam.* Quanquam non negaverim; *Secundum Grammatica leges,* omninô ferè conjungi *Dat. perſona cum Acc. rei.* Ut ἐπικαλῶ σοι τὴν συνωμοσίαν. *Thucyd.* ita ut legi poſſit, ἐπεκάλει [ἀμφοτέροις] [φιλίαν] Νίγρου.

νερὰν

υῆρον μὲν εὐθὺς πρὸς αὐτὸν ἔχθραν ἄρασθαι, καὶ πόλεμον ἐγεῖραι πρὸς ἄνδρα μηδεμίαν εὔλογον παρεσχημένον αἰτίαν παρῃτήσατο. ἔδοξε δὲ αὐτῷ ἀπόπειραν ποιήσασθαι εἰ δύναιτο ἀποσκευάσασθαι λαθὼν, καὶ ἐξαπατήσας αὐτόν. μεταπεμψάμενος οὖν τοὺς [1] πιστοτάτους τῶν εἰωθότων τὰ βασιλικὰ γράμματα διακομίζειν, δίδωσιν αὐτοῖς ἐντολὰς δι᾽ ἀποῤῥήτων, εἰ γένοιντο παρ᾽ αὐτῷ, τὰ μὲν γράμματα δημοσίᾳ ἀποδοῦναι, ἀξιῶσαι δὲ αὐτὸν ἰδιαίτερον ἀποστάντα, ἐπακοῦσαι ἀποῤῥήτων ἐντολῶν. πεισθέντι δὲ δορυφόρων ἐρήμῳ ἐπιπεσεῖν αἰφνιδίως, καὶ φονεῦσαι. ἔδωκε δὲ αὐτοῖς καὶ δηλητήρια φάρμακα, [2] ὅπως τινὰς πεῖσαι δυνηθεῖεν, ἢ τῶν ὀψοποιῶν, ἢ τῶν πρὸς τῇ κύλικι λαθεῖν καὶ ἐπιδοῦναι αὐτῷ, ὑποπτευόντων τῶν περὶ αὐτὸν φίλων, καὶ συμβουλευόντων αὐτῷ, φυλάττεσθαι ἄνδρα ἀπατεῶνα σοφόν τε πρὸς ἐπιβουλήν. διαβεβλήκεισαν γὰρ αὐτοῦ τὸ ἦθος αἱ πρὸς τοὺς ἡγεμόνας τοῦ Νίγρου πράξεις. πείσας γὰρ αὐτοὺς διὰ τῶν παίδων, ὡς προείρηται, προδοῦναι τὰ τοῦ Νίγρου πράγματα, μετὰ τὸ ἀποχρήσασθαι αὐτῶν τῇ ὑπηρεσίᾳ, καὶ κατορθῶσαι πάντα ἃ ἐβούλετο, ἀνεῖλεν αὐτούς τε καὶ παῖδας. τὸ οὖν ὕπουλον αὐτοῦ ἦθος μάλιστα ἐκ τῶν ἔργων ἐδηλοῦτο. ταύτῃ ὁ Ἀλβῖνος καὶ φρουρᾷ μείζονι ἔφραττεν ἑαυτόν. οὔτε

Severus, minimè utique apertis inimicitiis, ac manifesto bello agendum putans, nulla existente causa, quæ saltem specie honesta videri posset, decrevit eum dolo insidiisque tentare. Quare tabellarios aliquot ex iis qui literas imperatorias perferunt, fidissimos sibi homines, cum literis mandatisque ad eum mittit, præmonitos uti redditis publicè epistolis quædam habere se dicerent, quæ apud illum remotis arbitris loquerentur. Quare ut primùm seorsùm à custodibus nacti eum forent, facto impetu obtruncarent. Quin venena quoque dedit, quibus eum, si possent, per aliquem ab epulis, aut à cyatho, aggrederentur. Erat autem illius amicis suspecta Severi fides. Itaque cavendum identidem admonebant hominem perfidiosum, plenum fraudis & insidiarum. Nam vulgo etiam parum constanti fide habebatur, impulsis (ut dictum est) per ipsorum filios Nigri ducibus, ad res illius prodendas, dein postquam eorum opera abusus est, suáque omnia ex sententia composuerat, ipsis liberisque enecatis. Igitur infidum, subdolumque ingenium res ipsæ declarabant, obque id majore se custodia Albinus circummunierat.

1 *Et hic quidem* [*sc. Severus*] *literas missis stipatoribus fidelissimis dedit, quibus pracepit ut epistolam publice darent; postea verò dicerent se velle pleraque occultè suggerere qua ad res bellicas pertinerent.* Capitolin. Quem de hisce insidiis amplius consule.

2 Steph. leg. εἴπως.

Neque enim temerè quisquam à Severo missus ad illum introducebatur, nisi prius deposito militari gladio, sinuque excusso.

γάρ τις αὐτῷ τῶν ἀπὸ τοῦ Σεβήρου ἀφικνουμένων ἄλλως προσῄει, εἰ μὴ πρότερον ἀποθέμενος ὅπερ περιέκειτο, ξίφος στρατιωτικὸν, ἐρευνηθῆναι, μή τι φέροι ὑπὸ κόλπον.

XVII. Postquam igitur à Severo tabellarii ad eum pervenerunt, redditisque publice literis, habere se dixerunt quædam secretius renuntianda : indulgens suspicionibus Albinus, comprehendi illico jubet. Dein explorata re, insidiisque ordine intellectis, ubi noxios supplicio affecit, jam ipse se, ut adversus manifestissimum hostem comparabat. Quibus cognitis, Severus homo iracundo ingenio, non jam celandas sibi inimicitias putavit, sed omni convocato exercitu hujuscemodi habuit orationem.

ιζ'. Ὡς δ' οὖν ἀφίκοντο οἱ τοῦ Σεβήρου ἀγγελιαφόροι, τά τε γράμματα δημοσίᾳ ἀποδόντες, ἠξίουν αὐτὸν ἀποστάντα ἐπακοῦσαι τινῶν ἀπορρήτων· ὑποπτεύσας ὁ Ἀλβῖνος, συλληφθῆναι κελεύει αὐτούς. ἰδίᾳ τε βασανίσας, πᾶσαν μανθάνει τὴν ἐπιβουλήν. καὶ τοὺς μὲν κολάζει· αὐτὸς δὲ ἤδη, ὡς πρὸς ὁμολογούμενον ἐχθρὸν παρεσκευάζετο. γνοὺς δὲ ταῦτα ὁ Σεβῆρος, καὶ πάντα μὲν ἐκθύμως πράττων, ὀργῆς δὲ ἥττων ὢν φύσει, οὐκέτι τὴν ἔχθραν ἔκρυπτεν· ἀλλὰ συγκαλέσας πᾶν τὸ στρατιωτικὸν, ἔλεξε πρὸς αὐτοὺς τοιάδε.

Oratio Severi, contra Albinum.

Δημηγορία Σεβήρου κατὰ Ἀλβῖνον.

XVIII. Neque levitatis me quisquam ob anteacta insimulet, neque infidum, aut ingratum putet adversus eum quem pro amico habuerim. Omnia nos quidem præstitimus, etiam in partem principatus, & quidem stabilissimi, recepto quod ne geminis quidem fratribus facilè quisquam indulserit. Quod enim vos mihi uni detulistis, id ego cum

ιη'. Μήτε κουφότητά τις ἡμετέραν, οἷον ἐπὶ τοῖς πεπραγμένοις ἡμῖν ἐγκαλείτω, μήτ' ἄπιστον καὶ ἀγνώμονα πρὸς τὸν νομισθέντα φίλον ἡγείσθω. τὰ μὲν γὰρ παρ' ἡμῶν πάντα ὑπῆρξεν αὐτῷ· βεβαίας βασιλείας κοινωνία, πράγματος [1] οὗ μόλις τις καὶ ἀδελφοῖς γνησίοις μεταδίδωσιν. ὃ δὲ ἐμοὶ μόνῳ ὑμεῖς ἐχειροτονήσατε, τοῦτ' ἐγὼ

1 *Nam quantulum refert*, inquit Plinius in paneg. *deponas an partiaris imperium, nisi quod difficilius hoc est.*

πρὸς

πρὸς ἐκεῖνον ἐνειμάμην. μεγάλων τέ μοι κατατεθεισῶν εἰς αὐτὸν εὐεργεσιῶν ἀχαρίστους τὰς ἀμοιβὰς Ἀλβῖνος ἀποδίδωσιν. ὅπλα καὶ στρατὸν ἐφ' ἡμᾶς συσκευάζεται, καταφρονήσας μὲν τῆς ὑμετέρας ἀνδρείας, ἀμελήσας δὲ τῆς πρός με πίστεως, ἀπλήστῳ τε ἐπιθυμίᾳ βουλόμενος λαβεῖν μετὰ κινδύνων, οὗ τὸ μέρος εἶχεν ἄνευ πολέμου καὶ μάχης, οὔτε θεοὺς αἰδεσθεὶς, οὓς πολλάκις ὤμοσεν, οὔτε τῶν ὑμετέρων καμάτων φεισάμενος, οὓς μετὰ τοσαύτης δόξης τε καὶ ἀρετῆς ὑπὲρ ἡμῶν ἐκάμετε. ἐν γὰρ οἷς κατωρθώσατε, κἀκεῖνος τὸ μέρος ἐκαρποῦτο. ἔσχε δ' ἄν τι καὶ μεῖζον, εἰ καὶ τὸ πιστὸν ἐτήρει, ἀμφοτέροις ἡμῖν παρ' ὑμῶν μεμερισμένης τιμῆς. ὥσπερ δὲ ἄδικον, τὸ ἄρχειν ἔργων πονηρῶν, οὕτως ἄνανδρον, τὸ μὴ ἀμύνεσθαι [1] προαδικούμενον. καὶ Νίγρῳ μὲν πολεμοῦντες, οὐχ οὕτως εὐλόγους εἴχομεν αἰτίας ἔχθρας, ὡς ἀναγκαίας. οὐ γὰρ παρ' ἡμῖν προϋπάρχουσαν ἀρχὴν ὑφαρπάζων μεμίσητο, ἐν μέσῳ δὲ ἐῤῥιμμένην καὶ ἀμφήριστον οὖσαν ἑκάτερος ἡμῶν ἐξ ἰσοτίμου φιλοτιμίας εἰς αὐτὸν ἀνθεῖλκεν. Ἀλβῖνος δὴ σπονδῶν καὶ ὅρκων καταφρονήσας, καὶ τούτου παρ' ἐμοῦ τυχὼν, οὗ μόνῳ τις υἱῷ γνησίῳ μεταδίδωσιν, ἐχθρὸς μὲν ἀντὶ φίλου, πολέμιος δὲ ἀντὶ οἰκείου γενέσθαι προῄρηται. ὥσπερ δὲ αὐτὸν εὐεργετοῦντες πρότερον τιμῇ καὶ δόξῃ ἐτιμήσαμεν καὶ ἐκοσμήσαμεν, οὕτω καὶ

illo communicavi. Tantis autem beneficiis nostris pessimam videlicet gratiam retulit Albinus, contempta virtute nostra, suæque immemor fidei, ardensque inexhausta cupiditate, id universum periculosè præripiendi, cujus particeps esse citra bellum ac dimicationem ullam potuisset. Neque Deos reveretur, per quos toties juratus: neque vestris parcit laboribus, quos tanta cum gloria virtuteque pro nobis pertulistis. Quippe successuum vestrorum nec ipse fructu carebat: imò autem si fidem servasset, major illi portio contigisset. Ut autem si ipse autor malorum sis, injustus videare: ita si non ulciscare acceptas injurias, ignavus. Nam cum bellum adversus Nigrum gessimus, non ita sanè speciosas inimicitiarum causas habebamus. Non enim quasi raptorem occupati à nobis principatus oderamus, sed positum eum in medio, atque adhuc in disceptatione versantem, pari uterque ambitu ad se trahebat. Verum Albinus despecto fœdere ac jurejurando, cùm sit nostro munere adeptus, quæ tantum legitimis liberis tribuuntur: hostis esse mavult nobis, quàm familiaris. Ut igitur pridem beneficio affectum, honore gloriaque cohonestavimus: ita nunc perfidiosum atque imbellem ipsius

1 Legit Schottus compositè. προσαδικούμενον. *Super injuriá lacessitum* vel προαδικούμενον, *prius injuriá provocatum.*

animum coarguamus armis. Neque enim ſuſtinere ille exercitus p terit exiguus, atque inſularis, vires veſtras. Nam cùm vos propemodum ſoli alacritate quadam & virtute veſtra, jim multis prælìis perviceritis, totumque vobis Orientem ſubegeritis, quis dubitet, quin nunc quoque tantarum acceſſione virium (quippe hic totus penè Romanus exercitus) profligaturi paucos ſitis, ne ſub viro quidem ſobrio, nedum ſub forti duce militantes. Quis enim luxuriam illius ignorat, vitamque hominis ſubulcorum potius gregibus, quàm militum legionibus congruentem? Proinde eamus audacter in illum, qua ſolemus alacritate animi atque virtute, Diis freti autoribus, ab eodem impiè pejeratis: ſimul memores excitatorum ſæpe à vobis trophæorum, quæ ſcilicet ab ipſo deſpecta ſunt.

XIX. Hæc locuto Severo, confeſtim exercitus univerſus Albinum hoſtem declarat, exceptoque fauſtis acclamationibus ipſo, nihil non alacritatis & ſtudii clamoribus oſtendentes, magiſque hominem ſpe addita ſuccenderunt. Qui ampliſſimo donativo milites proſecutus, ſtatim univerſos contra Albinum educit: miſſis item pariter qui Byzantium expugnarent, clauſam adhuc receptis Nigri ducibus. Quæ

νῦν αὐτοῦ τὸ ἄπιστον καὶ ἄνανδρον τοῖς ὅπλοις ἐλέγξωμεν. οὐδὲ γὰρ ὑπομενεῖ ὁ ἐκείνου στρατὸς, ὀλίγος ὢν καὶ νησιώτης, τὴν ὑμετέραν δύναμιν· οἱ γὰρ μόνοι, καὶ καθ' αὐτοὺς προθυμίᾳ καὶ ἀνδρείᾳ τοσαύταις μάχαις ἐνικήσατε, καὶ πᾶσαν ἀνατολὴν ὑπετάξατε, πῶς οὐχὶ προσελθούσης ὑμῖν τοσαύτης συμμάχου δυνάμεως, σχεδὸν τε παντὸς τοῦ Ῥωμαίων στρατοῦ ἐνταῦθα ὄντος, ῥᾷστα κρατήσετε ὀλίγων ὄντων, καὶ μηδὲ ὑπὸ γενναίῳ καὶ νήφοντι ἀνδρὶ στρατηγουμένων. τίς γὰρ αὐτοῦ τὸ ἀβροδίαιτον οὐκ οἶδεν, ὡς χοίροις αὐτοῦ μᾶλλον ἁρμόζειν τὸν βίον, ἢ φάλαγξιν; ἴωμεν οὖν, τῇ συνήθει χρώμενοι προθυμίᾳ τε καὶ ἀνδρείᾳ γενναίως ἐπ' αὐτὸν, θεούς τε ἔχοντες βοηθοὺς, εἰς οὓς [1] ἐπιορκήσας ἠσέβησε, τρόπαιά τε, ἃ πολλάκις ἐγείραμεν, ὧν ἐκεῖνος κατεφρόνησε.

ιθ'. Τοιαῦτά τινα εἰπόντος τοῦ Σεβήρου, ὁ στρατὸς ἅπας τὸν μὲν Αλβῖνον πολέμιον ἀνηγόρευσεν. εὐφημήσαντες δὲ τὸν Σεβῆρον, πᾶσάν τε προθυμίαν διὰ τῆς βοῆς ὑποσχόμενοι, ἔτι καὶ μᾶλλον παρώρμησαν αὐτὸν, ἀγαθάς τε ὑπέφηναν τὰς ἐλπίδας. ὁ δὲ ἐπιδοὺς αὐτοῖς μεγαλοφρόνως δωρεὰς, τὴν ἐπὶ Αλβῖνον ὁδοῦ εἴχετο. ἔπεμψε δὲ καὶ τοὺς τὸ Βυζάντιον πολιορκήσοντας. ἔμενε γὰρ ἔτι κεκλεισμένον, τῶν στρατηγῶν τοῦ Νίγρου ἐ-

1 Vide ut Severus toties exaggerato perjurii crimine Albinum inceſſat, qui & ipſe, *quod ſupra annotavimus*, deſcribitur ὅρκου μὴ φειδόμενος.

κεῖσε

κεῖσε καταφυγόντων, ὅπερ ἑάλω ὕστερον [1] λιμῷ. πᾶσά τε ἡ πόλις καθεσκάφη, καὶ θεάτρων τε καὶ λουτρῶν, [2] παντός τε κόσμου καὶ τιμῆς ἀφαιρεθὲν τὸ Βυζάντιον, κώμη δουλεύειν Περινθίοις δῶρον ἐδόθη, ὥσπερ καὶ Ἀντιόχεια Λαοδικεῦσιν. ἔπεμψε δὲ καὶ χρήματα πλεῖστα εἰς ἀνοικισμὸν τῶν πόλεων, ἃς ἦν λυμηνάμενος ὁ Νίγρου στρατός. αὐτὸς δὲ τῆς ὁδοῦ εἴχετο, μηδεμίαν ἀνοχὴν ἀναπαύλης διδούς, μήτε ἑορταῖς, μήτε καμάτοις, κρύους καὶ θάλπους ὁμοίως καταφρονῶν. πολλάκις γοῦν διὰ τῶν δυσχειμέρων καὶ ὑψηλοτάτων ὀρῶν τὴν ὁδοιπορείαν ποιούμενος, ὑπὸ νιφετοῖς καὶ χιόσιν ἀκαλύπτῳ τῇ κεφαλῇ ὡδοιπόρει, προθυμίας καὶ ἀνδρείας τὸ [3] ἐνδόσιμον τοῖς στρατιώταις ἔργῳ διδούς, ὡς μὴ μόνον, αὐτοὺς φόβῳ καὶ νόμῳ ἀντέχειν πρὸς τοὺς καμάτους, ἀλλὰ μιμήσει καὶ ζήλῳ τοῦ βασιλέως.

κʹ. Ἔπεμψε δὲ καὶ στρατὸν [4] δυνάμεως, τὸν τὰ στενὰ τῶν Ἄλπεων καταληψόμενον, καὶ φρουρήσοντα τῆς Ἰταλίας τὰς εἰσβολάς. ὡς δὲ ἀπηγγέλη τῷ Ἀλβίνῳ μὴ μέλλων ὁ Σε-

deinde urbs fame capta, totaque planè direpta, simul theatro thermisque, omnique cultu atque honore detracto, & in vici formam redacta, Perinthiisque adjudicata est: quemadmodum Antiochia quoque Laodicenis. Tum pecuniæ magnam vim curavit ad reficiendas, instaurandasque urbes, quas Nigriani milites devastaverant. Ipse iter faciebat sine intermissione, neque festos dies, neque labores ullos magnopere curans, algoris atque æstus juxta patiens, sæpe etiam per altissimos montes hyeme sæva, nivibus cœlo ingruentibus, ibat aperto capite, ut milites ad alacritatem, patientiamque laborum re ipsa cohortaretur. Quocirca non metu quodam ac lege, sed æmulatione magis atque exemplo principis ad perferenda omnia incitabantur.

XX. Misit etiam qui angustias occuparent Alpium, atque aditus Italiæ obsiderent. Enimverò postquam nunciatum Albino est, nihil cunctari Se-

1 Ἐπεὶ γὰρ ἐν τῷ ἀσθενεστάτῳ ἐγένοντο ἐπ' ἀλλήλους ἐτράποντο καὶ ἀλλήλων ἐγεύοντο, *Dion. de Byzantinis.*

2 Ἐπαυσε δὲ τὴν πόλιν τῆς τε ἐλευθερίας, καὶ τοῦ ἀξιώματος τοῦ πολιτικοῦ, καὶ δασμοφόρον ἀποφήνας, τάς τε οὐσίας τῶν πολιτῶν δημεύσας, αὐτήν τε καὶ τὴν χώραν αὐτῆς Περινθίοις ἐχαρίσατο. Et paulo post τὰ δὲ τείχη διαλύσας, ἐκείνους μὲν οὐδὲν πλέον τῆς στερήσεως τῆς δόξης, ἣν ἐκ τῆς ἐπιδείξεως αὐτῶν ἐκαρποῦντο, ἐλύπησε. *Idem: qui memorabilem illam Byzantii obsidionem fusius prosequitur.*

3 *Ansam, enim occasionem.* Est [ἐνδόσιμον] auspicatus rhythmi vel melodiæ & *præscriptum* quod datur à Chorodidascalo, cui chorum accinere oportebat. Sensu huic loco satis accommodo, uti *Exemplum* innuit.

4 Autumat Stephanus scripsisse Herodianum μετὰ δυνάμεως.

verum,

verum, sed adesse jam: supinus hactenus ac delicias agitans, magno tum metu perculsus, statim è Britannia transmittens, in adverso Galliæ litore castra collocavit: literisque ad vicinarum gentium præsides missis, pecunias commeatumque exercitibus juvandis conrogabat. Qui igitur dicto audientes fuerunt, pessimè illud in se consuluerunt, nullo non supplicio dein post bellum affecti. Qui verò imperium detrectaverunt, cum quidem fœlicius quàm prudentius id egissent, evasere incolumes, eventu ac fortuna rerum utraque consilia discernentibus.

XXI. Sed ubi jam in Galliam Severi copiæ pervenerunt, leves quædam primò pugnæ, quasique velitares fuerunt, donec postremò apud Lugdunum, magnam urbem atque opulentam, prælium in manibus fuit. Nam cùm se mœnibus tenuisset Albinus, exercitus emisit in pugnam. Ut verò ad manus ventum, diu quidem utrinque decertatum est æquis viribus, sic ut ambigua victoriæ fortuna penderet, neque enim Britanni vel animi magnitudine, vel aviditate cædis, Illyricis concesserint. Ita conflictu primo valentissimorum exercituum neutram in partem acies inclinabat. Atque ut nonnulli prodiderunt ejus ætatis autores, qui

βήρου, ἀλλ' ἤδη παρεσόμενου ὑπτιάζοντι, καὶ τρυφῶντι, μεγάλην ταραχὴν ἐνέβαλλε, παραιωθεὶς δὲ ἀπὸ τῆς Βρεττανίας, ἐς τὴν ἀντικειμένην Γαλλίαν ἐστρατοπέδευσεν. ἔπεμψέ τε εἰς πάντα τὰ γειτνιῶντα ἔθνη, τοῖς τε ἡγουμένοις ἐπέστειλε χρήματά τε πέμπειν καὶ τροφὰς τῷ στρατῷ. καὶ οἱ μὲν πεισθέντες ἔπεμψαν ὀλεθρίως (ὕστερον γὰρ ἐκολάσθησαν) ὅσοι δὲ οὐκ ἐπίστευσαν, εὐτυχῶς μᾶλλον γνόντες ἢ εὐβούλως, ἐσώθησαν. ἡ γὰρ ἀπόβασις, καὶ τύχη τοῦ πολέμου, τὰς ἑκατέρων γνώμας ἔκρινεν.

κα'. Ἀφικομένης δὲ τῆς τοῦ Σεβήρου δυνάμεως εἰς τὴν Γαλλίαν, γεγόνασι μέν τινες ἀκροβολισμοὶ καθ' ἕτερα χωρία. ἡ δὲ τελευταία περὶ Λουγδοῦνον, μεγάλην πόλιν καὶ εὐδαίμονα, ἐν ᾗ κατακλείσας ἑαυτὸν ὁ Ἀλβῖνος ἔμενε, τὸν δὲ στρατὸν εἰς τὴν μάχην ἐξέπεμψε. γενομένης δὲ συμβολῆς καρτερᾶς, ἐπὶ πλεῖστον μὲν ἰσόῤῥοπος ἔμεινεν ἑκατέροις τῆς νίκης ἡ τύχη. Καὶ γὰρ οἱ Βρεττανοὶ ἀνδρείᾳ τε καὶ θυμῷ φονικῷ, οὐδὲν τῶν Ἰλλυριῶν ἀπολείπονται. γενναίων οὖν στρατῶν μαχομένων, οὐ θατέρων ῥᾳδία ἦν ἡ τροπή. ὡς δέ τινες τῶν τότε ἱστόρησαν, οὐ πρὸς χάριν, ἀλλὰ [1] πρὸς ἀλήθειαν λέγοντες, πολύ τι ὑπε-

ρέχειν

1 Inter quos certe numerandus est Dion, qui hoc de se. Λέγω γὰρ οὐχ ὅσα ὁ Σεβῆρος ἔγραψεν, ἀλλ' ὅσα ἀληθῶς ἐγένετο. de Severo item hoc, ἰδὼν δὲ ταῦτα ὁ Σεβῆρος, *nempe dextrum ejus cornu propè pulsum fugatumque*, ἐπεκούρησε μὲν

ρέσχεν ἡ φάλαγξ τοῦ Ἀλβίνου στρατοῦ, καθ' ὃ μέρος ἐτέτακτο Σεβῆρος, καὶ ὁ σὺν αὐτῷ στρατὸς, ὡς φυγεῖν τε αὐτὸν, καὶ τοῦ ἵππου ἐκπεσεῖν, ἀποῤῥίψαντα δὲ τὴν χλαμύδα τὴν βασιλικὴν λαθεῖν.

κβʹ. Ἤδη δὲ διωκόντων καὶ παιανιζόντων τῶν Βρεττανῶν, ὡς δὴ νενικηκότων, ἐπιφανῆναι Λαῖτον στρατηγὸν ὄντα Σεβήρου, σὺν τῷ στρατῷ οὗ ἦρχεν ἀκμῆτί τε ὄντι καὶ ἔξω μάχης γεγονότι. διαβάλλουσι δὲ αὐτὸν, ὡς καραδοκήσαντα τὴν ἀπόβασιν τῆς μάχης, καὶ ἑκόντα βραδύναντα. τὸν δὲ ὑφ' ἑαυτῷ στρατὸν ἀκμῆτα τηρήσαντα, τὴν ἀρχὴν ἑαυτῷ μνώμενον, τότε ἐπιφανῆναι, ὅτε ἔμαθε [1] τὸν Σεβῆρον πεπτωκότα. πιστοῦται δὲ τὴν διαβολὴν ταύτην, ἡ ἀπόβασις. ὕστερον γὰρ ὁ Σεβῆρος μετὰ τὸ πάντα κατορθῶσαι, καὶ εἶναι ἐν ἀμερίμνῳ βίῳ, τοὺς μὲν ἄλλους πάντας αὐτοῦ στρατηγοὺς μεγάλως ἠμείψατο· τὸν δὲ Λαῖτον μόνον, ὡς εἰκὸς, [2] μνησικακήσας διεχρήσατο. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὕστερον ἐγένετο. τότε δ' οὖν, ὡς προείρηται, τοῦ Λαίτου ἐπιφανέντος σὺν νεαρῷ τῷ στρατῷ οἱ

non ad gratiam, ſed ad fidem loquuntur, longè potior fuit Albini acies, qua in parte Severus curabat, ſic ut fugerit quoque, & ab equo deciderit, abjectoque paludamento delituerit.

XXII. Sed inſequentibus jam vitulantibuſque Britannis, ceu planè victoribus, apparuiſſe extemplò Lætum Severi Ducem, cum recenti adhuc exercitu. Quippe malè audiit quaſi eventum pugnæ expectaverit, cunctatus de induſtria retento milite, ut ſibimet Imperium vindicaret: ſiquidem non prius in pugnam protulit pedem, quàm ubi Severus cecidiſſe nunciatus eſt. Quam ſuſpicionem etiam deinde eventus approbavit. Quippe rebus omnibus ex ſententia mox compoſitis, atque in maxima ſecuritate agitans Severus, cum quidem cæteros belli duces magnis affeciſſet præmiis, Lætum ipſum tamen (ut par fuit) memor proditionis, morte mulctavit. Sed iſta quidem poſt fuere. Tunc autem conſpecto (ut diximus) Læto, ſpes ad-

μὲν αὐτοῖς μετὰ τῶν δορυφόρων· τοσούτου δὲ ἐδέησεν αὐτοὺς ὠφελῆσαι ὥστε καὶ τοὺς δορυφόρους ὀλίγου δεῖν προσαπώλεσε, καὶ αὐτὸς τὸν ἵππον ἀποβαλὼν ἐκινδύνευσε. ὡς δὲ εἶδε φεύγοντας πάντας τοὺς ἑαυτοῦ, τὴν χλαμύδα περιῤῥηξάμενος καὶ τὸ ξίφος ἀνασπασάμενος, εἰς τοὺς φεύγοντας εἰσεπήδησε.

1 Contra Dion. Ἐπεὶ δὲ εἶδεν ἐπικρατέστερα τὰ τοῦ Σεβήρου γενόμενα προσεπελάβετο τοῦ ἔργου. In hoc verò cum Herodiano conſentit quòd Lætum quamdiu æquo Marte pugnatum eſt, ſubſtitiſſe narrat, quaſi occaſionem captaret imperii ad ſe transferendi.

2 Cauſam longè aliam aſſignat Dion. ἀπέκτεινε δὲ τὸν Λαῖτον ὅτι φρόνημα εἶχε, καὶ ὅτι ὑπὸ τῶν στρατιωτῶν ἠγαπᾶτο.

dita

dita Severianis est: ac sublatus in equum Severus, & paludamento purpureo circumdatus. At Albiniani jam se victores rati, confusis ordinibus incitante se in eos de improviso valida recentique hostium manu, cùm paulum primò restitissent, terga demum verterunt. Fusos igitur, fugatosque eos persecuti Severiani, magna edita strage, ad urbem ipsam pervenerunt. Occisorum utrinque, aut captivorum numerus variè, prout visum ejus ætatis scriptoribus proditur.

XXIII. Direpta mox, incensaque Lugdunum, & Albino caput abscissum perlatumque ad Severum est. Ita duo maxima excitata trophæa ad Orientem ac Septentriones, sic ut nihil sit quod cum Severi contentionibus aut victoriis conferas, sive copiarum multitudinem, sive nationum motus, sive numerum pugnarum, sive itinerum longitudinem celeritatemque consideres. Nam Cæsaris quidem res adversus Pompeium, Romano utrinque milite, magnæ profecto fuerunt. Item Augusti adversus Antonium, aut Pompeii liberos: & quæ antea à Sylla Marioque, civilibus externisque præliis gesta sunt. Sed qui unus vir tres Imperatores rerum jam potitos sustulerit,

μὲν τῶν Σεβήρου ἐπεῤῥώσθησαν, τὸν δὲ Σεβῆρον τῷ ἵππῳ ἐπεβίβασαν, καὶ τὴν χλαμύδα περιέθεσαν. οἱ δὲ τοῦ Αλβίνου οἰόμενοι ἤδη νενικηκέναι, καὶ ἀτακτότεροι εὑρεθέντες, αἰφνιδίως αὐτοῖς ἐπιπεσούσης γενναίας καὶ οὐ προηγωνισμένης δυνάμεως, ἐπ' ὀλίγον ἀντισχόντες εἶξαν. τροπῆς τε καρτερᾶς γενομένης, ἐδίωξαν αὐτοὺς φονεύοντες οἱ Σεβήρου, μέχρις οὗ ἐς τὴν πόλιν ἐσέβαλον. τὸ μὲν οὖν πλῆθος τῶν ἑκατέρωθεν ἀνῃρημένων, ἢ ἁλόντων, ὡς ἕκαστος ἐβουλήθη τῶν [1] τότε συγγραψάντων, ἱστόρησεν.

κγ'. Οἵ τε τοῦ Σεβήρου τήν τε πόλιν Λουγδοῦνον διαρπάσαντες, καὶ ἐμπρήσαντες, τόν τε Αλβῖνον συλλαβόντες, καὶ κεφαλῆς ἀφελόντες, κομίσαντες αὐτὴν τῷ Σεβήρῳ, δισσὰ καὶ μέγιστα ἤγειραν τρόπαια, τὸ μὲν ἐν ἀνατολῇ, τὸ δὲ ὑπ' ἄρκτῳ, ὡς μηδὲν ταῖς Σεβήρου μάχαις ἢ νίκαις παραβάλλεσθαι, μήτε πλήθει δυνάμεως, μήτε ἐθνῶν κινήσεσιν, ἀριθμῷ τε παρατάξεων, ὁδοιπορίας τε μήκει καὶ τάχει. μεγάλαι μὲν γὰρ αἱ Καίσαρος πρὸς Πομπήϊον ἑκατέρωθεν στρατοπέδων Ρωμαϊκῶν μάχαι, καὶ αὐτοῦ Σεβαστοῦ πρὸς Αντώνιον, ἢ τοὺς Πομπηΐου παῖδας, εἴ τέ τι πρότερον Σύλλᾳ ἢ Μαρίῳ ἐν ἐμφυλίοις καὶ Ρωμαϊκοῖς μάχαις, ἢ ἄλλοις πέπρακται· ἕνα δὲ ἄνδρα τρεῖς καθελόντα βασιλέας, ἤδη κρατοῦντας, καὶ

1 Occisorum numerum Historicorum nemo, quod sciam, iste subduxit, Dion enim indefinitum ponit, ἅτε ἀμφοτέρωθεν ἀναριθμήτων πεσόντων, uti & Capitolinus. *Innumeris suorum cæsis, plurimis fugatis, multis deditis Albinus fugit.*

τὴν

τῶν μὲν ἐν Ῥώμῃ στρατοῦ σοφίᾳ περιγενέσθαι, καὶ [1] τὸν ὄντα ἐν τῇ βασιλείῳ αὐλῇ καθῃρηκέναι· [2] τὸν δὲ τὸν ἐν τῇ ἀνατολῇ κρατοῦντα πάλαι, καὶ ὑπὸ Ῥωμαίων βασιλέα κληθέντα· [3] τὸν δὲ ἐν Καίσαρος τιμῇ καὶ ἐξουσίᾳ γεγονότα, χειρωσάμενον ἀνδρείᾳ, οὐκ ἔστιν ἄλλον ῥᾳδίως εἰπεῖν. Τέλει μὲν δὴ τοιούτῳ ὁ Ἀλβῖνος ἐχρήσατο, πρὸς ὀλίγον ἀπολαύσας ὀλεθρίου τιμῆς.

qui urbanos exercitus, Romam ipsam ac palatium obtinentes, astu circumvenerit; quique unum è principibus in ipsa Palatina aula curaverit occidendum; alterumque iterum in Oriente rursus gubernacula rerum tenentem, appellatumque à Romanis Imperatorem; tertium porrò Cæsaris honore atque autoritate præditum, in potestatem redegerit, haud facile alter invenietur. Hunc finem vitæ habuit Albinus, brevi sanè lætatus funesto honore.

κδʹ. Ὁ δὲ Σεβῆρος θυμῷ καὶ ὀργῇ εὐθέως πρὸς τοὺς ἐν Ῥώμῃ [4] φίλους αὐτοῦ ἐχρῆτο. καὶ πέμψας [5] τὴν κεφαλὴν τοῦ Ἀλβίνου, δημοσίᾳ ἀνασταυρωθῆναι κελεύει· γράμμασί τε τῷ δήμῳ τὴν νίκην ἑαυτοῦ δηλώσας, ἐπὶ τέλει καὶ τοῦτο προσέθηκε, πεπομφέναι τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ δημοσίᾳ περίοπτον ἀνασταυρωθῆναι κελεύσας, ἵνα αὐτὸς οἷόν περ ἐδείκνυεν αὐτοῦ τὸν θυμόν, ἴδῃ καὶ τὴν πρὸς ἐκείνους ὀργήν. διοικήσας δὲ τὰ κατὰ τὴν Βρεττανίαν, καὶ διελὼν εἰς δύο ἡγεμονίας τὴν τοῦ ἔθνους ἐξου-

XXIV. Cæterum Severus omnem statim iram atque atrocitatem animi suam, in illius necessarios Romæ effudit: ac primò quidem præmisso in urbem capite Albini abscisso, jussoque publicè patibulo præfigi: in ima epistola, qua de sua victoria populum edocebat, hoc quoque adscripsit, ideo se caput illud publice in patibulo spectandum misisse, uti exemplum caperent, quid item ipsis patiendum foret. Rebus igitur Britanniæ ordinatis, cum totius insulæ administrationem bifariam

1 Julianum.

2 Pescennium Nigrum.

3 Clodium Albinum. Inter quos omnes ut Brutum, Cassium, Antoninum, Pompeium filiosque, an satis justa instituatur comparatio, dispiciat Lector.

4 Ἐννέα δὲ καὶ εἴκοσιν ἀνδρῶν. *Nempe qui ab Albini partibus steterunt,* θάνατον κατεψηφίσατο. *Denique victo eo, inquit Capitolinus, plurimi Senatores à Severo interfecti sunt, qui ejus partium verè fuerant, vel esse videbantur.*

5 Adverte sanguinariam Severi indolem, & plus sibi quàm vel victoriæ insolentia patitur indulgentem. Ἰδὼν γὰρ τὸ σῶμα αὐτοῦ καὶ πολλὰ μὲν τοῖς ὀφθαλμοῖς, πολλὰ δὲ τῇ γλώττῃ χαρισάμενος, τὸ μὲν ἄλλο ῥιφῆναι ἐκέλευσε, τὴν δὲ κεφαλὴν ἐς τὴν Ῥώμην πέμψας, ἀνεσταύρωσεν. *Dion.* ubi notat Boeclerus ex Casaub. exercitat. in annales Baronii, vocem [ἀνασταυροῦν] *aliquando dici non de hominis vivi supplicio, sed de cadavere aut capite vel decollati vel alio supplicio extincti, quod ignominiæ causâ palo affixum in propatulo collatur.*

1 P dispe-

dispertisset, itemque omni Gallia (quemadmodum quidem videbatur) composita ex sententia, suppliciοque de Albini amicis sumpto, sive quos ei sua quemque voluntas, sive necessitas adjunxerat, [bonisque pariter publicatis] continuò Romam proficiscitur, exercitum secum omnem adducens, quo terribilior videretur.

XXV. Confectoque magna velocitate itinere, quemadmodum consueverat infestus adhuc superstitibus Albini amicis Romam intrat, currente laureato populo, ac magno honore, faustisque acclamationibus excipiente, Senatuque universo consalutante. Tametsi plerosque metus consternaverat, quod sibi haudquaquam parsurum rebantur immitem suapte natura, & sanguinarium, neque sanè magna causa indigentem ad inferendas injurias, cæterum tunc probabiles odii rationes habiturum. Postea verò quàm in templum Jovis ingressus est, omniaque sacrificia de more peregit, reversus in Palatium, magnoque congiario populum Romanum victoriæ nomine prosecutus, ac nummos militibus largitus est, simul alia permulta indulsit, quæ nunquam antea acceperant. Nam & frumenti summam primus adau-

σίαν, τά τε κατὰ τὰς Γαλλίας, ὡς ᾤετο, ἄριστα διαθεὶς, πάντας τε τοὺς Ἀλβίνου φίλους εἴτε ἑκουσίους, εἴθ' ὑπὸ ἀνάγκης αὐτῷ γνωρισθέντας φονεύσας, τάς τε οὐσίας αὐτῶν δημεύσας, εἰς τὴν Ῥώμην ἠπείγετο, ἄγων ἅπαντα τὸν στρατὸν σὺν αὑτῷ, ὡς φανείη φοβερώτερος.

κε'. Ἀνύσας δὴ πολλῷ τὴν ὁδοιπορείαν τάχει, ὥσπερ ἦν ἔθος αὐτῷ, χαλεπαίνων πρὸς ἔτι περιόντας τοὺς ἐκείνου φίλους, εἰς τὴν Ῥώμην εἰσήλασεν. ὁ δὲ δῆμος αὐτὸν δαφνηφορῶν, μετὰ πάσης τιμῆς καὶ εὐφημίας ὑπεδέξατο, ἥ τε σύγκλητος προσηγόρευσεν, οἱ πλεῖστοι ἐν μεγίστῳ δέει καθεστῶτες, λογιζόμενοι ὅτι αὐτῶν οὐ φείσεται, φύσει μὲν ὢν ἐχθρὸς χαλεπώτατος, καὶ μικρᾶς προφάσεως δεόμενος εἰς τὸ ἀδικῆσαι, τότε δὲ δοκῶν καὶ εὐλόγους ἔχειν αἰτίας. ὁ δ' οὖν Σεβῆρος εἰς τὸ τοῦ Διὸς τέμενος ἀνελθὼν, καὶ τὰς λοιπὰς τελέσας ἱερουργίας, ἐπανῆλθεν εἰς τὰ βασίλεια, καὶ τῷ δήμῳ προὔθηκεν ἐπὶ ταῖς νίκαις μεγίστας νομὰς, τοῖς τε στρατιώταις ἐπέδωκε χρήματα πλεῖστα. ἄλλα τε πολλὰ συνεχώρησεν, ἃ μὴ πρότερον εἶχον. καὶ γὰρ τὸ [1] σιτηρέσιον αὐτοῖς πρῶ-

1 De rei frumentariæ summâ hæc disertè Polybius. Σιτομετροῦνται δὲ οἱ μὲν πεζοὶ πυρῶν Ἀττικοῦ μεδίμνου δύο μέρη μάλιστά πως. οἱ δὲ ἱππεῖς κριθῶν μὲν ἑπτὰ μεδίμνους εἰς τὸν μῆνα, πυρῶν δὲ δύο.

τος

τος ἤυξησε, καὶ [1] δακτυλίοις χρυσοῖς χρήσασθαι ἐπέτρεψε, [2] γυναιξί τε συνοικεῖν. ἅπερ ἅπαντα σωφροσύνης στρατιωτικῆς καὶ τῆς πρὸς τὸν πόλεμον εὐσταλοῦς τε καὶ ἑτοίμου ἀλλότρια ἐνομίζετο. καὶ πρῶτός τε ἐκεῖνος τὸ πάνυ αὐτῶν ἐρρωμένον, καὶ τὸ σκληρὸν τῆς διαίτης, τό τε εὐπειθὲς πρὸς τοὺς πόνους, καὶ εὔτακτον, μετ' αἰδοῦς πρὸς ἄρχοντας ἐπανέτρεψε, χρημάτων τε ἐπιθυμεῖν διδάξας, καὶ μεταγαγὼν εἰς τὸ ἁβροδίαιτον.

κς΄. Διοικήσας δὲ ταῦτα, ὡς ᾤετο, ἄριστα, κατελθὼν εἰς τὴν σύγκλητον βουλὴν, ἀνελθών τε εἰς τὸν βασίλειον θρόνον, πικρῶς κατηγόρησε τῶν Ἀλβίνου φίλων. [3] ὧν μὲν ἐπιστολὰς προσκομίζων ἀπορρήτους, ἃς ἐν τοῖς ἐκείνου ἀποθέτοις εὗρε γράμμασιν, οἷς δὲ δῶρα ὀνειδίζων πεμφθέντα ἐκείνῳ πολυτελέστερα, ἄλλοις δὲ ἄλλας ἐπιφέρων αἰτίας, τοῖς μὲν ἐξ ἀνατολῆς ἀνθρώποις φιλίαν, τοῖς δ' ἐπὶ θάτερα γνῶσιν Ἀλβίνου, πάντας τοὺς ἐξέχοντας τότε τῆς συγκλήτου βουλῆς, καὶ τοὺς κατὰ ἔθνη πλούτῳ τε ἢ γένει ὑπερέχοντας, ἀφειδῶς ἀνήρει ὡς μὲν προσεποιεῖτο, χαλεπαίνων

xit, & aureis annulis uti, & domi habere mulierem permisit. Quæ omnia procul à militari disciplina, succinctos eos paratosque ad bellum minimè præstitura videbantur. Primusque ipse duritiem atque asperitatem victûs, tolerantiamque laborum, disciplinamque omnem, ac ducum reverentiam subvertit, inhiare pecuniis & mundicias colere militibus insuefactis.

XXVI. His ergo optimè pro suo judicio constitutis, curiam deinde ingressus, sedensque imperatoria sella, accusare infit truculenta oratione Albini amicos, prolatis etiam quorundam arcanis epistolis, quas apud illum sepositas deprehendisset: quibusdam autem exprobrans, quod eum splendidioribus muneribus affecissent, aliis quòd amici Orientalibus, aliis quòd Albino fuerunt notiores. Eoque pacto eximium quemque è Senatu, tum ut quisque in provinciis genere aut opibus excelleret, omnes sine discrimine supplicio afficiebat, ulciscens (ut quidem præ se ferebat) inimi-

1 Quod quidem olim non nisi Tribunis aut equitibus saltem indultum est. Χρυσοφοροῦσι τῶν στρατευομένων οἱ χιλίαρχοι, *inquit Appianus,* τῶν ἐλαττόνων σιδηροφορούντων. Hùc facit illud Asconii. *Quadam pramia honori & lucro sunt, ut hasta, vexilla, corona civica, & annuli aurei, ingenuitatis signa, quod sic donati stipendiis aucti fuerint.*

2 Novum enim hoc & inauditum fœminas, ne uxoribus quidem exceptis, in castris versari. Quod ex Tacito satis liquet tertio Annal. *Haud frustra placitum olim, ne fœmina in socios aut exteras gentes traherentur, inesse enim mulierum comitatui, qua pacem luxu, bellum formidine morentur, & Romanum agmen ad similitudinem barbari incessus convertant.*

3 *Denique cum apud Lugdunum eundem interfecisset, statim literas inquiri jussit, ita ut inveniret vel ad quos ipse scripsisset, vel qui ad eum rescripsissent.* Capitol.

cos, ſed reverà ſubigente avaritia, qua ſupra omnes Imperatores laboravit. Nam ut animi patientia, atque in laboribus perſeverantia, ſimul rei militaris gloria, nemini etiam laudatiſſimo conceſſerit, ita quæſtui ſupra quàm dici poſſet addictus, injuſtis cædibus, atque adeò quacunque ex cauſa pecuniam colligebat, Imperium metu potius quam benevolentia retinens. Quanquam popularis eſſe in primis volebat, edendis omnifariam magnificentiſſimis ſpectaculis, centenis etiam ſæpenumero occiſis belluis, quas omnibus è regionibus noſtris, barbariſque conquirebat. Sed & congiaria dedit uberrima, & certamen propoſuit undique accitis ludionibus, atque athletis. Vidimus item ſub illo quoſdam omnis generis ludos, cunctis editos theatris, ſimulque ſupplicationes & pervigilia ad formam Cereris initiorum, ſeculares hi tunc appellabantur, celebratos (ut aiunt) decurſo trium ſpacio

XLIX. Interea Severum jam confectum senio longior invasit morbus, sic ut ipsi domi residere, atque Antoninum mittere in bellum, ad Imperatoris obeunda munia cogeretur. Cæterum Antoninus haud magnopere de Barbaris solicitus, exercitum sibi adjungere, & confirmare universos tentabat, uti se unum intuerentur: soli sibi Imperium vindicans, ac germano identidem obtrectans. Quin longior quoque patris valetudo, ac mortis mora diuturnior anxium videlicet adolescentem habebat; sic ut medicis, ministrisque subinde conaretur persuadere, senem ut è medio quam primùm quoquo modo tollerent. Donec tandem Severus mœrore magis quàm morbo consumptus,

1 Utcunque dissimulet Herodianus, non sunt illæ velitationes censendæ, ubi tam acriter pugnatum est, *ὥστε ἐς πέντε μυριάδας*, *Romanorum sc.* *ὅλας τελευτῆσαι.* Neque enim nihili res Severo expressisset sanguinarios istos versiculos.

——Τῶν μήτις ὑπερφύγοι αἰπὺν ὄλεθρον,
Χεῖράς θ' ἡμετέρας, μηδ' ὅντινα γαστέρι μήτηρ
Κοῦρον ἐόντα φέροι, μηδ' ὃς φύγοι αἰπὺν ὄλεθρον.

2 Semel atque iterum Severo insidiatus est Antoninus, quin & in extremo actu aliquid contulit ad senem è medio tollendum, *καὶ αὐτὸν περὶ τοῦτ' ἔχοντα, prælio sc. intentum, ἡ νόσος τῇ τετάρτῃ τοῦ φεβρουαρίου ἀπήνεγκε, συνεργασαμένου τι πρὸς τοῦτο καὶ τοῦ Ἀντωνίνου. Dion.*

3 *Periit Eboraci in Britanniâ, subactis gentibus, quæ Britanniæ videbantur infestæ, anno imperii decimo octavo.* Spart.

vitaque defunctus est, clarissimus omnium Imperatorum bellicis operibus. Neque enim aut civiles quisquam adversus inimicos, aut externas adversus barbaros totidem alius victorias reportavit. Annisque duodeviginti gesto Imperio decessit, successoribus liberis: tanta pecuniæ relicta copia, quantam antea nemo: tum ampliore exercitu, quàm cui obsistere ulla vis posset.

L. Igitur Antoninus mortuo Severo, summam potestatem nactus, confestim universos ab ipso (quod aiunt) lare interficere cœpit. Nam & medicos supplicio affecit, quod sibi parum obtemperaverant, jubenti senis maturare necem; nutriciosque suos juxta, & fratris, quòd de reconciliandis egissent: ne uno quidem reliquo suæ crudelitati facto, ex eo ordine hominum qui in honore aliquo fuerant, quique ipsius parentem observaverant. Duces porrò exercitus magnis muneribus ac promissis adhortabatur, persuaderent militibus, uti se unum Imperatorem declararent, nullasque non machinas adversus germanum intendebat. Neque id tamen persuadere militibus potuit. Quippe memores, utrunque à Severo jam inde à pueritia pari honore cultuq; educatum: etiam ipsi parem utrinque obedientiam, benevolentiamque exhibebant.

βίου, ἐνδοξότατα βιώσας, ὅσον πρὸς τὰ πολεμικὰ τῶν πώποτε βασιλέων. οὔτε γὰρ ἐμφύλια κατ' ἐχθρῶν, οὔτε ξένα κατὰ βαρβάρων, τοσαῦτά τις πρὸ αὐτοῦ ἤγειρε τρόπαια. βασιλεύσας δὲ ὀκτωκαίδεκα ἔτεσιν ἐπὶ παισὶ νεανίαις διαδόχοις, ἀνεπαύσατο, [1] χρήματά τε αὐτοῖς καταλιπὼν ὅσα μηδεὶς πώποτε, καὶ δύναμιν στρατιωτῶν ἀνανταγώνιστον.

ι'. Ὁ δὲ Ἀντωνῖνος, τοῦ πατρὸς ἀποθανόντος, λαβόμενος ἐξουσίας, εὐθὺς ἐφ' ἑστίας πάντας φονεύειν ἤρξατο. τούς τε ἰατροὺς ἀνελὼν (οἳ μὴ ὑπήκουσαν αὐτῷ, κελεύσαντι κακουργῆσαι καὶ τὸν θάνατον ἐπεῖξαι τοῦ γέροντος) τούς τε τροφεῖς αὐτοῦ, καὶ τοῦ ἀδελφοῦ, ἐπειδὴ προσέκειντο λιπαροῦντες αὐτὸν ὑπὲρ ὁμονοίας. οὐδένα δὲ εἴασε περιγενέσθαι τῶν ἐν τιμῇ γενομένων, ἢ θεραπείᾳ τοῦ γέροντος. ἰδίᾳ τε δωρεαῖς καὶ μεγάλαις ὑποσχέσεσι τοὺς τῶν στρατοπέδων ἡγεμόνας ἐθεράπευεν, ὅπως ἀναπείσειαν τὸν στρατὸν ἀποδεῖξαι μόνον αὐτοκράτορα, πᾶσαν μηχανὴν κατὰ τοῦ ἀδελφοῦ ἐζήτει. οὐ μὴν ἔπειθε τὸ στρατιωτικόν· μεμνημένοι δὲ τοῦ Σεβήρου, [2] καὶ ὅτι ἀμφοτέρους ἴσους δὴ ἐκ παίδων προσεθρέψειαν, ἴσην αὐτοῖς ὑπηρεσίαν καὶ εὔνοιαν παρείχοντο.

---

1 *Οὐκ εὐαριθμήτους τινὰς μυριάδας δραχμῶν καταλέλοιπε.*

2 Quare postea *pars militum apud Albam, Getam occisum ægerrimè tulit; ducentibus cunctis, duobus se fidem promisisse liberis Severi, duobus servare debere.* Spart. in Anton. Caracall.

να'. Ὁ δὲ Ἀντωνῖνος, ἐπεὶ μὴ προεχώρει αὐτῷ τὰ τῶν στρατοπέδων, σπεισάμενος πρὸς τοὺς Βαρβάρους, δούς τε εἰρήνην, τά τε πιστὰ λαβὼν, ἐξῄει τε τῆς Βαρβάρου, πρός τε τὸν ἀδελφὸν ἤδη καὶ τὴν μητέρα ἠπείγετο. ὡς δὲ κατὰ τὸ αὐτὸ ἐγένοντο, συνάγειν αὐτοὺς ἡ μήτηρ ἐπειρᾶτο, καὶ οἱ ἐν ἀξιώσει ὄντες, καὶ σύνεδροι πατρῷοι φίλοι. ὁ δὲ Ἀντωνῖνος πάντων αὐτῷ πρὸς ἃ ἐβούλετο ἐναντιουμένων, ἀνάγκῃ μᾶλλον ἢ γνώμῃ ἐς ὁμόνοιαν καὶ φιλίαν ἐπίπλαστον μᾶλλον ἢ ἀληθῆ προήγετο. οὕτω δὴ τὰ τῆς βασιλείας ἀμφότεροι διοικοῦντες, ἐν ὁμοτίμῳ ἀρχῇ ἀπᾶραι τῆς Βρεττανίας ἠθέλησαν. εἴς τε τὴν Ῥώμην ἠπείγοντο, κομίζοντες τὰ τοῦ πατρὸς λείψανα. τὸ γὰρ σωμάτιον πυρὶ παραδόντες, τήν τε κόνιν σὺν ἀρώμασιν εἰς κάλπην ἀλαβάστρου ἐμβαλόντες, ἀπεκόμιζον εἰς τὴν Ῥώμην, εἰς τὰ βασίλεια ἀποθησόμενοι ἱερὰ μνήματα. αὐτοὶ δὲ τὸν στρατὸν ἀναλαβόντες, νικηφόροι δὴ κατὰ Βρεττανῶν εἰς τὴν ἀντικειμένην Γαλλίαν, διαβάντες τὸν ὠκεανὸν, ἀφίκοντο.

Ὅπως μὲν δὴ Σεβῆρος τὸν βίον μετήλλαξε, καὶ οἱ παῖδες αὐτοῦ τὴν ἀρχὴν διεδέξαντο, ἐν τῷ βιβλίῳ τούτῳ δεδήλωται.

LI. Igitur Antoninus cognito parum sibi rem adversus exercitum procedere, icto cum Barbaris fœdere, dataque pace, & obsidibus acceptis, decedensque illinc, ad matrem jam germanumque festinat. Congressos reducere in gratiam mater conata, adnitentibus honestissimis quibusque Severi amicis & consiliariis. Igitur Antoninus, cum nemo scilicer non ejus libidini refragaretur, vi potius quàm voluntate ad concordiæ, amorisque simulationem adducitur. Ita ambo pari honore Imperium gerentes, solverunt ex Britannia, Romamque cum patris reliquiis contendebant. Nam corpusculo ignibus tradito, cinerem ipsum cum odoribus in vasculum alabastri conjectum Romam referebant, ut videlicet in sacris Principum monimentis componeretur. Ipsi exercitum deportantes, victoresque jam Britanniæ, in adversam Galliam emenso Oceano pervenerunt.

Quo igitur pacto & diem suum obierit Severus, & liberi ejus Imperium susceperint, in hoc volumine demonstratum est.

ΗΡΩΔΙΑΝΟΥ

ΤΗΣ

Μετὰ ΜΑΡΚΟΝ Βασιλείας ΒΙΒΛΙΟΝ

ΤΕΤΑΡΤΟΝ.

HERODIANI

LIBER QUARTUS.

BREVIARIUM LIBRI QUARTI.

SEveri reliquiæ ex Britanniâ Romam ſunt delatæ. Ibi parentatione factâ, & illo inter Divos relato, Antoninus & Geta fratres Imperium ſuſcipiunt; ita diſſidentes, ut illud, niſi tunc Julia interceſſiſſet, certis limitibus inter ſe diviſiſſent. Mox tamen gliſcente indies odio, Antoninus fratrem Getam ſuper pectus matris obtruncat; & ad caſtra confugiens, militibus largitione corruptis, ſolus Imperator declaratur, ac ſtatim in ſenatum populumque crudeliſſimè ſævit. Poſthac varias profectiones obiens, ad Danubium Germanos, in Macedoniâ Alexandrum, in Aſiâ Achillem æmulabatur. Dein Alexandriam veniens, inſigni lacrocinio cives contrucidavit. Poſthac Parthiam titulo nuptiarum ingreſſus, incautos Parthos, violato fœdere opprimit, rege vix elapſo. Poſtremo Carris Meſopotamiæ à milite, cujus fratrem interemerat, interficitur; & combuſto ejus cadavere cineres Antiochiam matri Juliæ mittuntur. Deinceps Macrinus Imperator eligitur; qui decernit, neutro exercitu vincente aut devicto; mox facto fœdere & diſcedente Partho, ipſe cum Romanis copiis Antiochiam proficiſcitur.

Τὰ μὲν δὴ πραχθέντα Σεβήρῳ βασιλεύσαντι ὀκτωκαίδεκα ἔτεσιν, ἐν τῷ πρὸ τούτου βιβλίῳ δεδήλωται. οἱ υἱεῖς αὐτοῦ ἤδη νεανίαι, ἅμα τῇ μητρὶ εἰς τὴν Ῥώμην ἠπείγοντο, ἤδη μὲν κατὰ τὴν ὁδὸν στασιάζοντες πρὸς ἀλλήλους (οὔτε γὰρ καταγωγαῖς ταῖς αὐταῖς ἐχρῶντο, οὔτε συνεσιτοῦντο ἀλλήλοις) πολὺ δὲ τὸ ὕποπτον ἐν ἅπασιν, ἐδέσμασί τε καὶ πόμασι, μή τις αὐτῶν προλαβὼν καὶ λαθών, ἤ τινας ἀναπείσας τῶν ὑπηρετῶν, δηλητηρίῳ χρήσηται φαρμάκῳ. ταύτῃ γοῦν καὶ τὴν ὁδοιπορίαν ἐπὶ μᾶλλον ἤπειγον, ἀδεέστερον ἑκάτερος βιώσεσθαι προσδοκῶν, εἰ ἐν τῇ Ῥώμῃ γένοιντο, καὶ τὰ βασίλεια διελόμενοι ἐν πλατείᾳ καὶ πολλῇ οἰκήσει, καὶ πάσης πόλεως μείζονι, καθ' ἑαυτὸν ἑκάτερος διάγοι, ὡς βούλοιτο.

β'. Ὡς δὲ ἀφίκοντο εἰς τὴν Ῥώμην, ὅ, τε δῆμος αὐτοὺς δαφνηφορῶν ὑπεδέξατο, ἥ τε σύγκλητος προσηγόρευσεν· ἡγοῦντο δ' αὐτοὶ μὲν τὴν βασίλειον φέροντες πορφύραν· εἵποντο δ' ὄπισθεν αὐτοῖς, οἱ τὴν ὕπατον ἀρχὴν τότε διέποντες, κάλπιν φέροντες, ἔνθα ἦν τὰ Σεβήρου λείψανα. οἵ τε προσαγορεύοντες τοὺς νέους αὐτοκράτορας παριόντες, καὶ τὴν κάλπιν προσεκύνουν. ἐκείνην μὲν οὖν παραπέμψαντες, καὶ προπομπεύσαντες αὐτήν, ἀπέθεντο ἐν τῷ νεῷ, [1] ἔνθα

RES gestas Severi Principis per annos duodeviginti, superiore libro sumus persecuti. Porrò autem ipsius liberi, adolescentes jam, unà cum matre Romam festinabant: seditiones jam tum in itinere agitantes. Quippe diversoriis, mensaque nunquam eisdem utebantur: multumque suspicionis in cibo omni, potuque; ne alteruter antecapto tempore, ipse clam, aut per ministeria, veneno rem gereret. Ob eamque causam etiam iter properantius faciebant: tutius rati victuros, ubi jam in urbem pervenissent, divisaque inter se regia, amplis ac spaciosis ædibus, majoribus etiam reliqua urbe, pro suo uterque arbitrio separatim agitarent.

II. Postquam verò in urbem perventum, populus eos universus laureatus excepit, & Senatus consalutavit. Præibant igitur Principes ipsi cum purpura imperatoria: pòst sequebantur consules, urnam cum Severi reliquiis gestantes. Qui autem novos Imperatores consalutaverant, progressi deinde, urnam quoque ipsam supplices adorabant. Ita comitati magna pompa, composuerunt ipsum in templo, ubi Marci,

1 Ita Spartianus Severi corpus Antoninorum sepulchro illatum refert, sub finem Severi.

ac superiorum principum sacra visuntur monimenta.

III. Re igitur divina cæremoniisque de more concelebratis, uterque in regiam discedunt, partiti inter se domum, januisque secretioribus obstructis, publicis tantùm, atque atriensibus promiscuè utentes. Quin & custodes corporis separatim sibi delegerunt, vix unquam congredientes, nisi pauxillum duntaxat, ut in publico à multitudine ipsa conspicerentur. Sed inprimis tamen justa parenti persolverunt. Mos est enim Romanis consecrare Imperatores, qui superstitibus filiis, vel successoribus moriuntur. Quique eo sunt honore affecti, relati dicuntur inter divos. Est autem tota urbe quasi luctus quidam festæ celebritati promiscuus. Quippe functum vita corpus, ritu hominum sumptuoso funere sepeliunt. Sed ceream imaginem defuncto quàm simillimam fingunt, eamque in regiæ vestibulo proponunt supra eburneum lectum, maximum atque sublimem, vestibus instratum aureis. Et quidem imago illa ad ægroti speciem pallida recumbit. Circa lectum verò utrinque magnam partem diei sedent, à læva quidem Senatus omnis vestibus atris ami-

Μάρκου τε καὶ τῶν πρὸ αὐτοῦ βασιλέων ἱερὰ μνήματα δείκνυνται.

γ΄. Ἐπιτελέσαντες δὲ νενομισμένας ἱερουργίας ἐπὶ ταῖς βασιλικαῖς εἰσόδοις, ἀνῆλθον εἰς τὰ βασίλεια. διελόμενος δὲ αὐτὰ ἑκάτερος ᾤκει, παραφράττοντές τε πάσας εἰσόδους, εἴ τινες ἦσαν λανθάνουσαι, μόναις δὲ ταῖς δημοσίοις καὶ αὐλείοις ἀναίδην χρώμενοι· φρουράς τε ἐπιστήσαντες ἰδίᾳ ἑκάτερος, οὐδὲ συνιόντες, εἰ μὴ πρὸς ὀλίγον, ὅσον δημοσίᾳ εἴποτε ὀφθῆναι. ἐπετέλεσαν δὲ πρὸ ἁπάντων τὴν εἰς τὸν πατέρα τιμήν. ἔθος γάρ ἐστι Ῥωμαίοις ἐκθειάζειν βασιλέων τοὺς ἐπὶ [1] διαδόχοις παισὶ τελευτήσαντας. τήν τε τοιαύτην τελετὴν, ἀποθέωσιν καλοῦσι. μεμιγμένον δέ τι πένθος ἑορτῇ καὶ θρησκείᾳ, κατὰ τὴν πόλιν δείκνυται. τὸ μὲν γὰρ σῶμα τοῦ τελευτήσαντος, πολυτελεῖ κηδείᾳ καταθάπτουσιν ἀνθρώπων νόμῳ. [2] κηροῦ πλασάμενοι εἰκόνα πάντα ὁμοίαν τῷ τετελευτηκότι, ἐπὶ μεγίστης ἐλεφαντίνης κλίνης εἰς ὕψος ἀρθείσης, προτιθέασιν ἐν τῇ τῶν βασιλείων εἰσόδῳ, χρυσοϋφεῖς στρωμνὰς ὑποστρωννύντες. ἡ δ᾽ εἰκὼν ἐκείνη ἐν σχήματι νοσοῦντος πρόκειται ὠχριῶσα. τῆς δὲ κλίνης ἑκατέρωθεν καθέζονται ἐπιπλεῖστον τῆς ἡμέρας· ἐν μὲν τῷ λαιῷ μέρει, πᾶσα ἡ σύγκλητος μελαίναις ἐσθῆσι χρώμε-

---

1 Lege [διαδόχοις ἢ παισί.]

2 Descriptioni huic ad amussim respondet Dionis illa de solutis Pertinaci exequiis. Καὶ ἐς αὐτὴν, κλίνην sc. εἴδωλόν τι τοῦ Περτίνακος κήρινον, σκευῇ ἐπινικίῳ εὐθετημένον ἀνετέθη. libro 74.

νοι, ἐν τῷ δεξιῷ γυναῖκες πᾶσαι, ὅσαις ἀνδρῶν ἢ πατέρων ἀξίωμα τιμῆς ἔνδοξον μεταδίδωσιν. οὔτε δὲ χρυσοφοροῦσά τις αὐτῶν ὁρᾶται, οὔτε περιδεραίοις κοσμουμένη, ἀλλὰ λιτὰς ἐσθῆτας λευκὰς ἀμφιεννύμεναι, σχῆμα παρέχουσι λυπουμένων. ἑπτὰ δὲ ἡμερῶν ταῦτα εἰρημένα ἐπιτελεῖται. ἰατροί τε εἰσιόντες ἑκάστοτε, προσίασι τῇ κλίνῃ, καὶ δῆθεν ἐπισκεψάμενοι τὸν νοσοῦντα, χαλεπώτερον ἔχειν ἀπαγγέλλουσιν ἑκάστοτε. ἐπὰν δὲ δόξῃ τετελευτηκέναι, τὴν μὲν κλίνην ἀράμενοι τοῦ τε ἱππικοῦ τάγματος οἱ εὐγενέστατοι, καὶ τῆς συγκλήτου ἐπίλεκτοι νεανίαι κατακομίζουσι διὰ τῆς ἱερᾶς ὁδοῦ, εἰς τε τὴν ἀρχαίαν ἀγορὰν προτιθέασιν, ἔνθα οἱ Ῥωμαίων ἄρχοντες ἀπόμνυνται. ἑκατέρωθεν δὲ βάθρα τινὰ σύγκειται, ἐν κλίμακος σχήματι, καὶ ἐπὶ μὲν θατέρου μέρους τῶν εὐγενεστάτων καὶ εὐπατριδῶν [1] χορὸς ἕστηκε παίδων· ἐν δὲ τῷ ἀντικειμένῳ, γυναικῶν τῶν ἐν ἀξιώσει εἶναι δοκουσῶν. ᾄδουσι δὲ ἑκάτεροι ὕμνους τε καὶ παιᾶνας εἰς τὸν τετελευτηκότα, σεμνῷ μέλει καὶ θρηνώδει ἐρρυθμισμένους. μετὰ δὲ τοῦτο βαστάσαντες τὴν κλίνην, φέρουσιν ἔξω τῆς πόλεως εἰς τὸ καλούμενον Ἄρεως πεδίον. ἔνθα κατεσκεύασται ἐν τῷ πλατυτάτῳ τοῦ πεδίου τόπῳ τετράγωνόν τι καὶ ἰσόπλευρον, ἄλλης μὲν ὕλης οὐδεμίας μετέχον ἢ ἐκ μόνης τε συμπήξεως ξύλων μεγίστων, εἰς σχῆμα

ctus: à dextra verò matronæ, quas virorum aut parentum dignitas honeſtat. Harumque nulla vel aurum geſtans, vel ornata monilibus conſpicitur: ſed veſtibus albis exilibus indutæ, mœrentium ſpeciem præbent. Hæc ita per ſeptem dies continuos faciunt, medicis ad lectum quotidie accedentibus, inſpectumque velut ægrum deterius ſe habere ſubinde pronuntiantibus. Dein ubi jam viſus eſt obiiſſe diem, lectum humeris attollunt equeſtris ſenatoriique ordinis nobiliſſimi ac lectiſſimi juvenes, perque viam ſacram in vetus forum deferunt, ubi magiſtratus Romani deponere Imperium conſueverant. Utrinque autem gradus quidam ſunt ad ſcalarum ſimilitudinem extructi, in quibus altera ex parte puerorum chorus eſt à nobiliſſimis atque patriciis, altera fœminarum illuſtrium, hymnos in defunctum pæanaſque canentium, verendo ac lamentabili carmine emodulatos. Quibus peractis, tollunt iterum lectum, atque extra urbem perferunt in Martium campum: ubi quàm latiſſimè campus patet, ſuggeſtus quidam ſpecie quadrangula, lateribus æquis aſſurgit, nulla præterquàm lignorum ingentium materia compactus in tabernaculi formam. Id quidem interius totum eſt aridis fomiti-

[1] Ἐπεὶ δὲ χοροὶ παίδων καὶ ἀνδρῶν, θρηνῶδη τινὰ ὕμνον εἰς τὸν Περτίνακα ᾄδοντες παρῆλθον. *idem.*

bus

bus oppletum, extra autem intextis auro ſtragulis, atque eboreis ſignis, variiſque picturis exornatum. Infrà verò alterum minuſculum quidem poſitum eſt, ſed forma & ornatu perſimile, portis januiſque patentibus. Tertiumque item & quartum ſemper ſuperiore contractius, ac deinceps alia: donec ad extremum, quod eſt omnium breviſſimum perveniatur. Poſſis ejus ædificii formam comparare turribus his, quæ portubus imminentes noctu igne prælato, naves in tutas ſtationes dirigunt: Pharos vulgo appellant. Igitur lecto in ſecundum tabernaculum ſublato, aromata & ſuffimenta omnis generis, fructus, herbaſque ſuccoſque omnes odoratos conquirunt, atque acervatim effundunt. Quippe neque gens eſt, neque civitas, neque qui honore ullo aut dignitate præcellat, quin certatim pro ſe quiſque ſuprema illa munera principis honori deferant. Ubi verò ingens aromatum acervus aggeſtus eſt, ac locus omnis expletus, tum circa ædificium illud adequitant, univerſis equeſtris ordinis certa quadam lege ac recurſu, motuque pyrrhichio, numeroque in orbem decurrentibus. Currus item circumaguntur inſeſſu purpuratis rectoribus, qui perſonas

οἰκήματος. πᾶν δὲ ἐκεῖνο ἔνδοθεν μὲν φρυγάνων πεπλήρωται, ἔξωθεν δὲ χρυσοϋφέσι στρωμναῖς, ἐλεφαντίνοις τε ἀγάλμασι, γραφαῖς τε ποικίλαις κεκόσμηται. ὑπ' ἐκείνῳ δὲ ἕτερον, σχήματι μὲν καὶ κόσμῳ παραπλήσιον μικρότερον ἐπίκειται, πυλίδας ἔχον καὶ θύρας ἀνεῳγυίας· τρίτον τε καὶ τέταρτον ἀεὶ τοῦ ὑποκειμένου μεῖον ἐς τελευταῖον βραχύτατον περιαιρεῖται. ἀπεικάσαι τις ἂν τὸ σχῆμα τοῦ κατασκευάσματος [1] φρυκτωρείοις, ἃ τοῖς λιμέσιν ἐπικείμενα, νύκτωρ διὰ τοῦ πυρὸς ἐς ἀσφαλεῖς διαγωγὰς τὰς ναῦς χειραγωγεῖ. φάρους δὲ αὐτὰ οἱ πολλοὶ καλοῦσιν. ἐς δὲ τὸ οἴκημα τὸ δεύτερον ἀνακομίσαντες τὴν κλίνην τιθέασιν, ἀρώματά τε καὶ θυμιάματα πάντα ὅσα γῆ φέρει. εἴ τέ τινες καρποὶ ἢ πόαι χυμοί τε, συμβαλλόμενοι πρὸς εὐωδίαν ἀνακομίζονται, καὶ σωρηδὸν χέονται. οὔτε γὰρ ἔθνος, οὔτε πόλις τις, οὔτε τῶν ἐν ἀξιώσει ἢ τιμῇ ὄντων, ὃς μὴ δῶρα ταῦτα ὕστατα πέμπει φιλοτίμως ἐς τιμὴν τοῦ βασιλέως. ἐπειδὰν δὲ μέγιστον χῶμα ἀρθῇ τῶν ἀρωμάτων, πᾶς δὲ ὁ τόπος πληρωθῇ, ἱππασία περὶ τὸ κατασκεύασμα ἐκεῖνο γίγνεται. πᾶν τε τὸ ἱππικὸν τάγμα περιθεῖ κύκλῳ, μετά τινος εὐταξίας καὶ ἀνακυκλώσεως πυρριχίῳ δρόμῳ καὶ ῥυθμῷ. ἅρματά τε περιέρχεται ὁμοίᾳ εὐταξίᾳ, φέροντα τοὺς ἐφεστῶτας, ἠμφιεσμένους μὲν τὰς περιπορφύρους ἐσθῆτας, προσωπεῖα δὲ

1 Ἐπεσκεύαστο δὲ ἐν αὐτῷ, *ſc. campo Martio*, πυρὰ πυργοειδὴς ἐλέφαντι, καὶ χρυσῷ, μετὰ ἀνδριάντων τινῶν κεκοσμημένη.

περι-

περικειμένοις, εἰκόνας ἔχοντα, ὅσοι Ῥωμαίων ἐνδόξως ἐστρατήγησαν, ἢ ἐβασίλευσαν. τούτων δὲ συντελεσθέντων, λαβὼν λαμπάδα ὁ τὴν βασιλείαν διαδεξάμενος, προσφέρει τῷ οἰκήματι, οἵ τε λοιποὶ πανταχόθεν πῦρ περιτιθέασι. πάντα δὲ ῥᾷστα ἀνάπτεται [1] εὐμαρῶς ὑπὸ τοῦ πυρὸς, φρυγάνων τε πλήθους καὶ θυμιαμάτων [2] ἐπιτεθέντος. ἐκ δὲ τοῦ τελευταίου, καὶ βραχυτάτου κατασκευάσματος, ὥσπερ ἀπό τινος ἐπάλξεως, [3] ἀετὸς ἀφίεται, τῷ πυρὶ ἀνελευσόμενος εἰς τὸν αἰθέρα, ὃς φέρειν ἀπὸ γῆς ἐς οὐρανὸν τὴν τοῦ βασιλέως ψυχὴν πιστεύεται ὑπὸ Ῥωμαίων, καὶ ἐξ ἐκείνου μετὰ τῶν λοιπῶν θεῶν θρησκεύεται.

δʹ. Ταύτην δὲ τὴν τιμὴν ἐκθειάσαντες οἱ παῖδες ἐς τὸν πατέρα, ἐπανῆλθον εἰς τὰ βασίλεια. ἐξ ἐκείνου δὲ ἐστασίαζον πρὸς ἀλλήλους, ἐμίσουν τε καὶ ἐπεβούλευον. πάντα τε ἔπραττεν ἑκάτερος, πειρώμενος τὸν ἀδελφὸν ἀποσκευάσασθαι, εἰς αὐτόν τε μόνον περιαγαγεῖν τὴν ἀρχήν. ἐμερίζοντο δὲ καὶ πάντων αἱ γνῶμαι, καὶ ὅσοι ἐν ἀξιώσει ἢ τιμῇ τινι ἦσαν κατὰ τὴν πόλιν. ἰδίᾳ γὰρ αὐτῶν ἑκάτερος ἐπέστελλέ τε λανθάνων, καὶ ᾠκειοῦτο μεγάλαις ὑποσχέσεσι πρὸς αὐτὸν ἀνελκών. καὶ τό γε πλεῖστον μέρος εἰς τὸν Γέταν ἔβλεπε. φαντασίαν γὰρ

ferant ducum omnium Romanorum, principumque illustrium. Quæ ubi celebrata sunt, facem capit imperii successor, eamque tabernaculo admovet. Tum cæteri omnes undique ignem subjiciunt: cunctaque illico fomitibus illis aridis odoramentisque referta, igni valido corripiuntur. Mox ab extremo, minimoque tabernaculo, tanquam è fastigio quodam, simul cum subjecto igni, aquila dimittitur, quæ in cœlum creditur ipsam Principis animam deferre. Ac jam ex illo unà cum cæteris numinibus Imperator colitur.

IV. Ita consecrato parente reversi domum juvenes, discordias quotidie & simultates exercere, insidiari inter se, moliri, parare omnibus modis, atque ea modò uterque in animo habere, quibus alter dolo caperetur: postremò quacunque via grassari ad singulare imperium; ac nihil invicem prætermittere, dum consortem potestatis expungerent. Sed & mentes, animique omnium urbanorum, quicunque honore aliquo aut dignitate præstarent, diversi trahebantur, utroque seorsum literas clanculum missitante, magnisque pollicitationibus sibi homines adjungente. Major tandem pars ad Getam spectabat, quod

1 Alterum hîc loci redundat [ῥᾷστα] aut [εὐμαρῶς]

2 Rectiùs ἐπιτεθέντος quod annotavit Stephanus.

3 Γενομένου δὲ τούτου, ἀετός τις ἐξ αὐτῆς [πυρᾶς] ἀνέπτατο. Sed longum est per singula ire, quare Dionem consule, libro statim citato.

opi-

opinionem nonnullam ostenderet, probitatis, moderatumque se & lenem in congressibus præstaret. Studia porrò tractabat honestissima: quippe & disciplinarum laude celebres circa se frequentes habebat, & in palæstra ac reliquis ingenuis exercitationibus versabatur. Placidus præterea in omnes, atque humanus, fama & gloria quadam optima plurimos ad amicitiam, benevolentiamque alliciebat. Contrà verò Antoninus cuncta asperius ferociusque gerebat, atque ab his rebus, quas suprà diximus alienus, militaris vitæ ac bellicæ videri amator affectabat, nihilque non iracundè faciens, minitando quàm suadendo, metu quam benevolentia sibi amicitias quærebat.

V. Sed cùm diu frustra mater discordantes inter se germanos redigere in gratiam studeret, visum aliquando ambobus est Imperium inter se dividere, ne Romæ agitantes, alter alterius essent insidiis opportuni. Quare convocatis paternis amicis, coram ipsa matre de Imperio dividendo disceptabant, sic ut Europa omnis Antonino, tellus autem adversa quæ omnis Asia nuncupatur, Getæ adjudicaretur. Ita enim divina quadam providentia, utrumque continentem Propontidos incursu distermінari. Placebat autem ut Antoninus castra ad Byzantium ha-

τινα ἐπιεικείας ἐπεδείκνυτο, [1] μέτριόν τε καὶ πρᾷον ἑαυτὸν τοῖς προσιοῦσι παρεῖχεν. ἐπιτηδεύμασί τε σπουδαιοτέροις ἐχρῆτο, προσιέμενός τε τοὺς ἐπὶ παιδείᾳ ἐπαινουμένους, ἐσπουδακώς τε περὶ παλαίστραν καὶ γυμνάσια ἐλευθέρια, χρηστός τε ὢν καὶ φιλάνθρωπος τοῖς συνοῦσι, φήμῃ καὶ δόξῃ ἀρίστῃ πλείους εἰς εὔνοιαν καὶ φιλίαν προὐκαλεῖτο. ὁ δὲ Ἀντωνῖνος ἐμβριθῶς τὰ πάντα καὶ θυμοειδῶς ἔπραττε. πολὺ δὲ ἀπάγων ἑαυτὸν τῶν προειρημένων, στρατιωτικοῦ τε καὶ πολεμικοῦ βίου ἐραστὴς εἶναι προσεποιεῖτο. ὀργῇ τε πάντα πράττων, καὶ ἀπειλῶν μᾶλλον ἢ πείθων, φόβῳ καὶ οὐκ εὐνοίᾳ φίλους ἐκτᾶτο.

ε'. Ὡς στασιάζοντας δὲ τοὺς ἀδελφοὺς ἐν ἅπασιν οἷς ἔπραττον, μέχρι τῶν εὐτελεστάτων ἔργων ἡ μήτηρ συνάγειν ἐπειρᾶτο. καί ποτε ἔδοξεν αὐτοῖς, ἵνα δὴ μὴ μένοντες ἐν τῇ Ῥώμῃ ἀλλήλοις ἐπιβουλεύοιεν, νείμασθαι τὴν ἀρχήν. συναγαγόντες δὴ τοὺς πατρῴους φίλους, τῆς τε μητρὸς παρούσης, ἠξίουν διαιρεθῆναι τὴν βασιλείαν, καὶ τὰ μὲν ὑπ' Εὐρώπην πάντα ἔχειν τὸν Ἀντωνῖνον· τὴν δὲ ἀντικειμένην ἤπειρον, Ἀσίαν τε καλουμένην πᾶσαν Γέτᾳ παραδοθῆναι. οὕτω γὰρ ἔλεγον καὶ θείᾳ τινὶ προνοίᾳ τὰς ἠπείρους διῃρῆσθαι τῷ Προποντίδος ῥεύματι. ἤρεσκε δὲ τὸν μὲν Ἀντωνῖνον ἐπὶ τῷ Βυζαντίῳ ἱδρυ-

1 Angebatur enim Antoninus, *ut ait victor*, modestiore fratris ingenio, Qui, *referente Spartiano*, in adolescentiâ comis habebatur.

σαι στρατόπεδον, τὸν δὲ Γέταν ἐν Καλχηδόνι τῆς Βιθυνίας, ὡς ἀντικείμενα ἀλλήλοις τὰ στρατόπεδα φρουροῖ τε τὴν ἑκατέρου ἀρχήν, καὶ κωλύοι τὰς διαβάσεις. ἐδόκει τε τῆς συγκλήτου βουλῆς τοὺς μὲν Εὐρωπαίους πάντας ἀπομεῖναι, τοὺς δὲ ἐκεῖθεν ἀπελθεῖν σὺν τῷ Γέτᾳ. τῇ τε βασιλείᾳ τῇ αὐτοῦ αὐτάρκη ἔσεσθαι ὑποδοχὴν ὁ Γέτας ἔλεγεν, ἢ τὴν Ἀντιόχειαν, ἢ τὴν Ἀλεξάνδρειαν, οὐ πολύ τι τῆς Ῥώμης, ὡς ᾤετο, μεγέθει ἀπολειπούσας. τῶν δὲ ὑπὸ μεσημβρίᾳ ἐθνῶν, Μαυρουσίους μὲν καὶ Νομάδας, Λίβυάς τε τὰ παρακείμενα, Ἀντωνίνῳ παραδοθῆναι· τὰ δὲ ἐπέκεινα, μέχρις ἀνατολῆς, προσήκειν τῷ Γέτᾳ.

ϛʹ. Ταῦτα δὴ αὐτῶν διατυπούντων, οἱ μὲν ἄλλοι πάντες σκυθρωποῖς προσώποις ἐς γῆν ἔνευσαν. ἡ δὲ Ἰουλία γῆν μέν, ἔφη, καὶ θάλασσαν, ὦ τέκνα, εὑρίσκετε ὅπως νείμησθε. καὶ τὰς ἠπείρους, ὥς φατε, τὸ Πόντιον ῥεῖθρον διαιρεῖ· τὴν δὲ μητέρα πῶς ἂν διέλοισθε; καὶ πῶς ἡ ἀθλία ἐγὼ εἰς ἑκάτερον ὑμῶν νεμηθείην ἢ τμηθείην; πρῶτον δὴ ἐμὲ φονεύσατε, καὶ διελόντες ἕκαστος παρ' ἑαυτῷ τὸ μέρος, θαπτέτω. οὕτω γὰρ ἂν μετὰ γῆς καὶ θαλάττης εἰς ὑμᾶς μερισθείην. ταῦτα δὲ λέγουσα μετὰ δακρύων καὶ οἰμωγῆς, ἀμφοτέροις τε τὰς χεῖρας περιβάλλουσα, καὶ ὑπὸ τὰς ἀγκάλας ἄγουσα συνάγειν ἐπειρᾶτο. πάντας δὲ οἴκτου καταλαβόντος, διελύθη τὸ συνέδριον, ἥτε σκέψις ἀπεδοκιμάσθη, ἑκάτερός τε εἰς τὰ ἑαυτοῦ βασίλεια ἀνεχώρησε.

beret, Geta verò, in Calchedone Bithyniæ urbe, quæ scilicet opposita inter se utriusque Imperium tuerentur, atque à transmittendo prohiberent. Tum ut è Senatorio ordine quotcunque ex Europa forent, in urbe ipsa remanerent, reliqui Getam sequerentur. Sedes Imperii sui Geta destinabat Antiochiam vel Alexandriam, urbes magnitudine haud longè infrà Romam. Tum ex gentibus ad meridiem habentibus Mauros, Numidasque Antonino concedens, reliquos ad orientem usque Geta sibi asciscebat.

VI. Hæc dum illi agitarent, reliquis omnibus mœsto vultu terram intuentibus, ita Julia mater locuta est. Terram quidem & mare, ô filii, jam invenistis quo pacto dividatis: & continentem utramque, ut dicitis, Pontici discriminant fluctus: matrem verò quonam modo dividetis? Quonam modo infelix ego distribuar inter utrumque vestrum, aut dissecabor? Me primùm igitur occidite, dimidiamque uterque apud se partem sepeliat, ut ego quoque inter vos cum mari terraque ipsa dividar. Hæc locuta multis cum lacrymis ejulatuque manus ambobus injiciens, complexa utrumque reconciliare inter se conabatur. Quare coorta miseratione, cuncti discessere, improbato consilio, ipsique in ædes suas reversi.

VII. Sed gliſcebat indies odium, atque diſcordiæ. Nam ſive duces ac magiſtratus aliqui eligerentur, uterque amico ſuo potiſſimum ſuffragabatur: ſive jus dicerent, ſemper diverſa ſentiebant, magno illorum periculo cuja res agebatur. Pluris enim ſtudium ſuum, quàm jus aut æquum faciebant: etiam in ludis ipſis diverſarum ſemper factionum. Nihil præterea inſidiarum omittebant. Cocos identidem, & pincernas, conati ad veneficia impellere. Quæ ubi tardius procedebant, quod, ſcilicet uterque magna diligentia curaque cibum capeſſerent, poſtremò impatiens Antoninus, atque imperii totius cupidine inſtigatus, deliberat magnum aliquid vel facere, vel pati, ferrumque & cædem molitur.

VIII. Et quando ſecus proceſſerant latentes inſidiæ, neceſſarium putabat periculo omni ac ſpe poſthabita, quovis modo inceptum patrare. Quare irrupto fratris cubiculo, nihil eum tale expectantem

ζʹ. Τὸ δὲ μῖσος καὶ ἡ στάσις ηὔξετο. εἴτε γὰρ ἡγεμόνας, ἢ ἄρχοντας ἔδει ποιεῖν, ἑκάτερος τὸν ἑαυτοῦ φίλον προάγειν ἤθελεν. εἴτε δικάζοιεν, τὰ ἐναντία ἐφρόνουν, ἐπ' ὀλέθρῳ τῶν δικαζομένων ἔσθ' ὅτε. πλέον γὰρ ἦν παρ' αὐτοῖς τοῦ δικαίου τὸ φιλόνεικον· ἔν τε θεάμασι περὶ τὰ ἐναντία ἐσπούδαζον· πάντα τε εἴδη ἐπιβουλῆς ἐξήρτυον, οἰνοχόους τε καὶ ὀψοποιοὺς ἀνέπειθον ἐμβαλεῖν δηλητήρια φάρμακα. οὐ ῥᾳδίως δὲ αὐτῶν οὐδετέρῳ προεχώρει, ἐπειδὴ μετὰ πολλῆς ἐπιμελείας καὶ φρουρᾶς διῃτῶντο. τέλος δὲ, μὴ φέρων ὁ Ἀντωνῖνος, ἀλλ' ὑπὸ τῆς περὶ τὴν μοναρχίαν ἐπιθυμίας ἐλαυνόμενος διέγνω δρᾶσαί τι, ἢ παθεῖν γενναῖον, διὰ ξίφους χωρήσας, καὶ φόνου.

ηʹ. Μὴ προχωρούσης γὰρ τῆς λανθανούσης ἐπιβουλῆς, ἀναγκαίαν ἡγήσατο τὴν κινδυνώδη τε καὶ ἀπεγνωσμένην, [1] τὴν μὲν διὰ στοργὴν, τὴν δὲ δι' ἐπιβουλήν. [2] Γέτας μὲν δὴ τρωθεὶς καιρίως, προχέας τὸ αἷμα τοῖς τῆς

1 Locum hunc deploratæ ſanitatis, ut Stephano & Sylburgio videtur, nemo hactenus in integrum reſtituere conatus eſt; quod quidem adeò diſſimulat Politianus ut in interpretatione omiſerit. Quid ſi ſalvo textu, ſenſu pariter & interpretatione legitimâ, ita poſſit efferri? contulit ſe Antoninus ad inſidias ſummo cum periculo conjunctas, tum propter matris amorem, quo Getam ſc. proſequuta eſt, tum propter Getæ inſidias quas contra moliri ſolitus eſt. Quem ſenſum ita præ ſe ferunt, [τῆς μὲν διὰ στοργὴν, τοῦ δὲ δι' ἐπιβουλήν] ut lacunam, quam alii ſuſpicantur, nequaquam videam.

2 Inſidiarnm ordo hic erat. Perſuaſit matri Antoninus, ut fratrem in thalamum vocaret, facta reconciliationis ſpe, qui cùm accerſitus veniſſet, à Centurionibus ibidem, Antonini juſſu, collocatis interficitur. Καὶ αὐτὸν, inquit Dion, πρός τε τὴν μητέρα προκαταφυγόντα, καὶ ἀπό τε τοῦ αὐχένος αὐτῆς ἐξαρτηθέντα, καὶ τοῖς τε στήθεσι τοῖς τε μαστοῖς προσφύντα κατέκοψαν ὀλοφυρόμενον καὶ βοῶντα, μῆτερ, μῆτερ, τεκοῦσα, τεκοῦσα, βοήθει, σφάζομαι.

μητρὸς

μητρὸς στήθεσι, μετήλλαξε τὸν βίον. ὁ δ' Ἀντωνῖνος, κατεργασθέντος αὐτῷ τοῦ φόνου, προπηδᾷ τοῦ δωματίου θέων, φερόμενός τε δι' ὅλων τῶν βασιλείων, ἐβόα μέγαν κίνδυνον ἐκπεφευγέναι, μόλις τε σωθῆναι. τούς τε στρατιώτας, οἳ φρουροῦσι τὰ βασίλεια, κελεύει αὐτὸν ἁρπάσαντας ἀπάγειν εἰς τὸ στρατόπεδον, ὡς ἂν σωθῇ ἐκεῖ φυλαχθείς· μείνας γὰρ ἐπὶ τῆς βασιλείου αὐλῆς, ἔλεγεν ἀπολεῖσθαι. πιστεύσαντές τε ἐκεῖνοι, τό, τε πεπραγμένον ἔνδον οὐκ εἰδότες, θέοντι αὐτῷ καὶ φερομένῳ συνεξέδραμον πάντες. ταραχή τε κατεῖχε τὸν δῆμον, ὁρῶντα περὶ δείλην, διὰ μέσης φερόμενον τῆς πόλεως δρόμῳ τὸν βασιλέα. ὡς δὲ εἰσέπεσεν εἰς τὸ στρατόπεδον, εἴς τε τὸν νεὼν, ἔνθα τὰ σημεῖα καὶ τὰ ἀγάλματα τοῦ στρατοπέδου προσκυνεῖται, ῥίψας ἑαυτὸν εἰς γῆν, ὡμολόγει τε χαριστήρια, ἔθυέ τε σωτήρια. ὡς δὲ διηγγέλη τοῦτο τοῖς στρατιώταις, ὧν οἱ μὲν ἤδη περὶ λουτρὰ εἶχον, οἱ δὲ ἀνεπαύοντο, πάντες ἐκπλαγέντες συνέθεον. ὁ δὲ προελθὼν, τὸ μὲν πραχθὲν εὐθέως οὐχ ὡμολόγησεν. ἐβόα δὲ πεφευγέναι κίνδυνον καὶ [1] ἐπιβουλὴν πολεμίου καὶ ἐχθροῦ, τὸν ἀδελφὸν λέγων. μόλις τε καὶ μετὰ πολλῆς μάχης τῶν ἐχθρῶν κεκρατηκέναι. κινδυνευσάντων δὲ ἀμφοτέρων κἂν ἕνα ἑαυτὸν βασιλέα τετηρῆσθαι ὑπὸ τῆς τύχης.

ſupra matris pectus multo undantem ſanguine ſævus obtruncat. Quo facto exilit ſtatim, ac per totam regiam currens, clamitat magnum ſe periculum effugiſſe, vixque evaſiſſe incolumem. Simul imperat militibus regiæ cuſtodibus raperent illico ſe, atque in caſtra deducerent, ubi tutius aſſervetur: periturum dictans ſi diutius in ædibus moram trahat. Illi pro veris ea dicta accipientes, ſimul ignari quæ intus geſta, currentem eum currentes & ipſi comitantur. Fit ingens populi tumultus, raptim agente ſe ſub veſperam principe mediam per urbem. Ut autem caſtra attigit ædiculamque eam, intra quam ſigna ac ſimulacra exercitus adorantur, procidens humi gratias agebat votis quaſi pro ſalute ſuſceptis. Ea re militibus nunciata, partim jam lavantibus, partim requieſcentibus, ſtatim illuc omnes exterriti feruntur. Ille progreſſus in medium, non quidem continuò rem ipſam prout erat geſta fatebatur, ſed effugiſſe periculum clamitabat, inſidiaſque inimici hominis atque hoſtis. Nam ita fratrem appellabat. Vixque tandem poſt longum certamen adverſarios ſuperatos; quippe utriſque periclitantibus, ſe poſtremò unicum Imperatorem fortunæ relictum dono. Talia quædam

1 *Poſt fratris mortem in caſtra Prætoria pergens, apud milites conqueſtus eſt circumveniri ſe fratris inſidiis, atque ita fratrem in palatio fecit occidi.* Spart. quin poſt fratrem occiſum hoc uno ſe munivit prætextu.

obliquans atque involvens, intelligi quæ fecisset, quam audiri malebat.

IX. Tum pro salute imperioque suo singulis militibus Atticarum drachmarum duo millia supra quingentas pollicetur, prætereaque annonæ supra quam sueti accipere dimidium. Jubet item jam tum ex templis, thesaurisque sibi ipsos pecuniam sumere, largiter effusis uno die quæcunque per duodeviginti annos Severus collegerat atque recondiderat alienis calamitatibus. At milites tanta pecuniæ magnitudine illecti, totoque jam negotio intellecto, vulgata passim cæde per eos qui ædibus effugerant, unum illum declarant Imperatorem, Geta hoste appellato. Igitur ea nocte moratus in templo Antoninus, ac fretus largitionibus, quibus sibi milites adjunxerat, contendit postridie in Senatum, toto stipante exercitu, sed armis instructiore, quàm consuevit Principem deducere. Ingressus deinde, ubi rem divinam fecit, conscendit sellam Imperatoriam, atque in hunc modum verba facit.

τοιαῦτα δή τινα πλαγίως ἐμφαίνων, νοεῖσθαι μᾶλλον ἐβούλετο τὰ πραχθέντα ἢ ἀκούεσθαι.

θ'. Ὑπισχνεῖται δὲ αὐτοῖς, ὑπὲρ τῆς ἑαυτοῦ σωτηρίας καὶ μοναρχίας, ἑκάστῳ μὲν στρατιώτῃ δισχιλίας καὶ πεντακοσίας δραχμὰς Ἀττικάς. προστίθησι δὲ τῷ σιτηρεσίῳ ἄλλο τοσοῦτο τελουμένου ἥμισυ. κελεύει τε ἀπελθόντας αὐτοὺς ἤδη, ὑποδέχεσθαι ἔκ τε τῶν ναῶν καὶ τῶν θησαυρῶν τὰ χρήματα, μιᾶς τε ἡμέρας ἀφειδῶς ἐκχέας πάντα ὅσα ἔτεσιν ὀκτωκαίδεκα ὁ Σεβῆρος ἤθροισέ τε καὶ κατέκλεισεν ἐξ ἀλλοτρίων συμφορῶν. οἱ δὲ στρατιῶται τοσούτων χρημάτων πλῆθος ἀκούσαντες, καὶ συνέντες τὸ πεπραγμένον, ἤδη τε καὶ τοῦ φόνου διαβοήτου γενομένου ὑπὸ τῶν ἔνδοθεν φυγόντων, μόνον τε αὐτοκράτορα ἀναγορεύουσιν αὐτόν, καὶ τὸν Γέταν καλοῦσι πολέμιον. ἐπιμείνας δὲ ὁ Ἀντωνῖνος τῆς νυκτὸς ἐκείνης ἐν τῷ νεῷ τοῦ στρατοπέδου, θαρρήσας τε, καὶ τῇ ἐπιδόσει οἰκειωσάμενος τοὺς στρατιώτας, εἰς τὴν σύγκλητον κατῆλθε μετὰ παντὸς τοῦ στρατοῦ, ὡπλισμένου μᾶλλον ἢ ἔθος ἐστὶ βασιλέα προπομπεύειν. εἰσελθὼν δὲ καὶ θύσας, τοῦ τε βασιλείου ἐπιβὰς θρόνου, ἔλεξε τοιάδε.

Concio Antonini.

X. Non me quidem fugit, omnem domesticorum cædem, statim atque auribus inciderit, odiosam videri: nomenque ipsum ut primum audiatur, afferre gravem calumniam. Quippe infelices misericordia, po-

Δημηγορία Ἀντωνίνου.

ι'. Οὐκ ἀγνοῶ μέν, ὅτι πᾶς οἰκείου φόνος εὐθέως ἀκουσθεὶς μεμίσηται, τό, τε ὄνομα ταῖς ἀκοαῖς ἅμα τῷ προσπεσεῖν, εὐθὺς φέρει χαλεπὴν διαβολήν. τοῖς μὲν γὰρ δυστυχήσασιν ἔλεος, τοῖς δὲ κρα-

τήσασι

τήσασι φθόνος παρακολουθεῖ· καὶ τὸ μὲν ἡττηθὲν τοῖς τοιούτοις ἀδικεῖσθαι, τὸ δὲ νικῆσαι ἀδικεῖν δοκεῖ. πλὴν εἴ τις ὀρθῇ κρίσει, καὶ μὴ διαθέσει τῇ πρὸς τὸν πεσόντα, τὸ πεπραγμένον λογίζοιτο, τήν τε αἰτίαν αὐτοῦ καὶ τὴν ὑπόθεσιν ἐξετάζοι, εὕροι ἂν ὁμοῦ καὶ εὔλογον καὶ ἀναγκαῖον, τὸν μέλλοντα πείσεσθαι δεινὸν, ἀμύνασθαι μᾶλλον ἢ ὑπομεῖναι. τῇ μὲν γὰρ συμφορᾷ τοῦ πεσόντος, καὶ ἀνανδρίας ψόγος παρακολουθεῖ· ὁ δὲ κρατήσας ἅμα τῷ σεσῶσθαι, καὶ δόξαν ἀνδρείας ἀπηνέγκατο. τὰ μὲν οὖν ἄλλα, ὅσα διὰ δηλητηρίων φαρμάκων, καὶ διὰ πάσης ἐνέδρας ἐπεβούλευσέ μοι, ἔνεστιν ὑμῖν καὶ διὰ βασάνων χωρήσασι μαθεῖν. καὶ γὰρ διὰ τοῦτο τοὺς ἐκείνου ἐν τοῖς ὑπηρέταις ἐκέλευσα παρεῖναι, ὅπως εὕρητε τὴν ἀλήθειαν. εἰσὶ δέ τινες αὐτῶν, καὶ ἤδη ἐξετασθέντες, καὶ τῆς ἐξετάσεως ἐπακοῦσαι δύνασθε. τὸ δ' οὖν τελευταῖον, ἐπῆλθέ μοι παρὰ τῇ μητρὶ ὄντι, ξιφήρεις ἔχων τινὰς ἐς τοῦτο παρεσκευασμένους, ὅπερ ἐγὼ προμηθείᾳ πολλῇ καὶ ἀγχινοίᾳ συνεὶς, ἠμυνάμην ὡς πολέμιον, ἐπεὶ μήτε γνώμην ἔτι μήτε ὁρμὴν ἔφερεν ἀδελφοῦ. ἀμύνεσθαί τε αὐτοὺς ἐπιβουλεύοντας οὐ μόνον δίκαιον, ἀλλὰ καὶ σύνηθες. αὐτὸς γοῦν ὁ τῆσδε τῆς πόλεως κτίστης Ῥωμύλος οὐκ ἤνεγκεν ἀδελφὸν, ὑβρείσαντα μόνον εἰς τὰ ἐκείνου ἔργα. σιγῶ Γερμανικὸν [1] τὸν

tentes invidia sequitur: ac victus accepisse, victor attulisse injuriam videtur. Cæterum si quis vero magis judicio, quàm studio erga defunctum aliquo, rem ipsam expendat, causamque ejus & consilium exquirat; facilè scilicet inveniet, rectum esse & necessarium, vindicare magis quàm accipere injuriam. Quippe ad occisi calamitatem etiam infamia timiditatis accedit. Victor præterquàm quòd incolumis est, etiam gloriam retulit fortitudinis: ac cætera quidem quæ sæpe in me cum veneficiis, tum omni genere insidiarum intendit, facile vobis est exquirere tormentis. Quippe idcirco adesse omnes illius ministros imperavi, ut verum deprehendatis. Sunt autem nonnulli quoque ex his jam torti, quorum exaudire confessionem possitis. Postremò autem cum ego apud matrem forem, venit ille in me, quosdam secum adducens gladiis accinctos. Sed ego re præcognita, ultus hostem sum. Neque enim jam aut fratris mentem gerebat, aut fraterna moliebatur. Ulcisci autem illum, qui prior insidietur, ut justum est, ita usu quoque jam receptum. Quippe ne ipse quidem hujus urbis conditor Romulus germanum pertulit, suis tantum operibus illudentem. Taceo Germanicum Neronis, ac

1 De exemplo à Romulo petito satis constat, si cætera, quæ adducuntur, utique quadrarent. Nam præterea quòd Germanicum Tiberii fratrem appellet,

ac Titum Domitiani fratres. Marcus ipse Philosophiæ simulator ac mansuetudinis, Lucii generi sui contumeliam non pertulit. Ego verò venenis comparatis in me, gladioque impendente, ultus hostem: quippe hoc illi sua opera nomen imponebant. Vos autem Diis gratias agite, quod alterum vobis principem servaverint: neque mentes vestras in diversa partiti, sed unum tantum spectantes Imperatorem, vitam securi traducite. Imperium autem Jupiter, sicut ipse inter Deos solus possidet, ita etiam uni tantum mortalium adjudicat.

IX. Hæc locutus magna voce, irarumque plenus, ac truculento vultu illius amicos intuens, trementibus pallentibusque plerisque in regiam revertitur. Continuò igitur cœpti occidi domestici omnes fratris, atque amici, quique in ædibus habitabant, quas ille incoluerat: ministrique item universi, sic ut ne ætati quidem infantium parceretur. Porro ipsa

Νέρωνος, καὶ Τίτον τὸν Δομετιανοῦ. Μάρκος αὐτὸς φιλοσοφίαν καὶ ἐπιείκειαν προσποιούμενος, Λουκίου τὴν ὕβριν οὐκ ἤνεγκεν, ὄντος γαμβροῦ, ἀλλ' ἐξ ἐπιβουλῆς αὐτὸν ἀπεσείσατο. ἐγὼ δὲ δηλητηρίων παρεσκευασμένων, ξίφους ἐπηωρημένου τὸν ἐχθρὸν ἠμυνάμην. τοῦτο γὰρ αὐτῷ τοὔνομα ἐδίδου τὰ ἔργα. ὑμᾶς δὲ χρὴ πρότερον μὲν θεοῖς εἰδέναι χάριν, ὅτι κἂν τὸν ἕτερον ὑμῖν τῶν βασιλέων ἔσωσαν. παύσασθαι δὲ ἤδη τὰς ψυχὰς, καὶ τὰς γνώμας διῃρημένους, εἰς ἕνα δὲ βλέποντας, ἀμερίμνως βιοῦν. βασιλείαν δὲ ὁ Ζεὺς, ὥσπερ αὐτὸς ἔχει μόνος θεῶν, οὕτω καὶ ἀνθρώπων ἑνὶ δίδωσι.

ια'. Ταῦτα εἰπὼν μεγάλῃ βοῇ, θυμοῦ πεπληρωμένος, βλέμματι δριμεῖ ἀφορῶν εἰς τοὺς ἐκείνου φίλους, τρέμοντάς τε καὶ ὠχειῶντας τοὺς πλείστους καταλιπὼν, εἰς τὰ βασίλεια ἀνέδραμεν. [1] εὐθὺς δὲ πάντες ἐφονεύοντο οἱ ἐκείνου οἰκεῖοί τε καὶ φίλοι, καὶ οἱ ὄντες ἐν τοῖς βασιλείοις ἔνθα ἐκεῖνος ᾤκει. ὑπηρέται τε πάντες ἀνῃροῦντο. οὐδέ τις ἦν φειδὼ ἡ-

pellet, cùm per adoptionem filius esset, nullibi, quod sciam, proditum est Germanicum Tiberio insidias struxisse, aut quoquo modo opprimendum curasse; quod tamen noster innuere videtur. Certè Germanicus ipse Antiochiæ obiit, non sine veneni suspicione. Suet. lib. 4. c. 1. Adhæc neque Titus commodè in exemplum cesserit, qui, *referente Suet. c. 4. lib. 11. fratrem insidiari sibi non desinentem, sed pane ex professo sollicitantem exercitus, nec occidere, nec seponere, ac nè minore quidem in honore habere sustinuit.* Quod ad Marcum attinet v. Spart. in Vero *Hæc,* inquit, *vita diversitas atque alia multa inter Marcum & Verum simultates fecisse non aperta veritas indicabat; sed occultus rumor insusurrabat.* Deinde Marcum ab omni hujusce fraudis suspicione liberat.

1 Quos omnes Dion in numerato habet. Τῶν δὲ δὴ Καισαρείων, καὶ τῶν στρατιωτῶν τῶν μετὰ τοῦ Γέτα γενομένων, καὶ εἰς δύο μυριάδας παραχρῆμα ἀπέκτεινε, ἄνδρας ἁπλῶς καὶ γυναῖκας, ὥς πού τις καὶ ἔτυχεν ἐν τῷ βασιλείῳ ὤν.

λικίας

ἡλικίας, οὔτε μέχρι νηπίων. τὰ δὲ πτώματα φερόμενα μεθ' ὕβρεως, πάσαις ἁμάξαις ἐπιτεθέντα, ἔξω τῆς πόλεως κομισθέντα, σωρηδὸν κατεπίμπρατο, ἢ ὅπως δὴ ἐρρίπτετο. οὐδεὶς δὲ παρελείπετο, τῶν κἂν μετρίως ἐκείνῳ γνωσθέντων. ἀθληταὶ δὲ καὶ ἡνίοχοι, ὑποκριταί τε πάσης μούσης καὶ ὀρχήσεως, πᾶν τε ὅπερ ἐκεῖνος δι' ἡδονῆς εἶχε θέαμα, ἢ ἄκουσμα, διεφθείρετο. τῆς τε συγκλήτου βουλῆς ὅσοι γένει ἢ πλούτῳ ὑπερεῖχον, ἐπὶ βραχυτάταις ἢ οὐδ' ὑφεστώσαις αἰτίαις, ἐκ τῆς τυχούσης διαβολῆς ὡς ἐκείνου φίλοι ἀνῃροῦντο. τήν τε Κομμόδου ἀδελφὴν, πρεσβῦτιν ἤδη, καὶ πρὸς πάντων βασιλέων, ὡς Μάρκου θυγατέρα, τετιμημένην ἀπέκτεινεν, αἰτίαν ἐπαγαγὼν, ὡς δακρυσάσῃ παρὰ τῇ μητρὶ αὐτοῦ ἐπὶ τῷ παιδὸς φόνῳ. τήν τε γυναῖκα γενομένην ἑαυτοῦ, Πλαυτιανοῦ θυγατέρα, οὖσαν δὲ ἐν Σικελίᾳ, τόν τε ἀνεψιὸν αὐτοῦ, Σεβήρῳ τε ὁμώνυμον, καὶ τὸν [1] Περτίνακος υἱὸν, τῆς τε Κομμόδου ἀδελφῆς Λουκίλλης υἱὸν, καὶ εἴ τι γένος ἦν βασιλικὸν, ἢ ἐν συγκλήτῳ ἐξ εὐπατριδῶν καταβαῖνον, πᾶν ἐξέκοψεν. εἴς τε τὰ ἔθνη πέμπων ἡγεμόνας τε καὶ ἐπιτρόπους, ὡς ἐκείνου φίλους, πάντας διεχειρίσατο. πᾶσα δὲ νὺξ ἔφερε φόνους παν-

cadavera plauſtris omnibus per contumeliam impoſita, atque extra urbem exportata, acervatim aut temerè injecta rogis comburebantur. Nec quiſquam ſuperfuit ex iis, qui levem modò cum Geta notitiam habuiſſet. Athletæ etiam, & aurigæ, atque omnifariam hiſtriones, & quicquid denique vel oculis illius, vel auribus jucundum fuerat, paſſim occidebantur. Præterea Senatorii ordinis quicunque aut nobilitate, aut opibus excellerent, minima quaque de cauſa, vel planè nulla, quantumlibet levi delatione pro illius amicis interimebantur. Quin & Commodi ſororem jam anum, atque ab omnibus Imperatoribus, ut Marci filiam oportuit, magno in honore habitam, morte affecit: cauſatus quod Getæ necem apud ipſius matrem defleviſſet. Et conjugem quondam ſuam Plautiani filiam, quæ fuerat in Siciliam relegata, ac conſobrinum Severo cognominem, filiumque Pertinacis, & Lucillæ Commodi ſororis: poſtremò quicquid ex cognatione imperatoria, aut in Senatu ex patricia nobilitate ſupererat, planè quaſi ab ſtirpe abſcidit. Duceſque provinciarum univerſos, ac procuratores, veluti Getæ amicos, neci dedidit: totæque noctes cædendis plurifariam mortalibus impendeban-

---

1 Helvium Pertinacem ideò interfectum, quòd, cùm Antoninus plurimos ſibi titulos aſcripſerat, joco dixerit, *Adde, ſi placet, Geticus Maximus*, quòd Getam occiderat, & Gothi Getæ dicerentur, quos ille tumultuariis aliquot præliis devicerat. *Spart.*

tur.

tur. Sed & Veſtales virgines vivas obruit terræ, quaſi temerata virginitate. Denique id quod nunquam aliàs factitatum, cum Circenſes ſpectante eo populus Romanus in aurigam, cui ſtudebat, neſcio quid cavillatus eſſet, ratus ſibi contumeliam illatam, repentè omnem exercitum facere impetum juſſit in populum, ac raptare & occidere quicunque in aurigam dixiſſent. Ac milites accepta ſemel violandi rapiendique poteſtate, cùm diſcerni à reliquis nequirent, qui fuerant protervius locuti, nullo ſcilicet in tanta multitudine verum fatente, paſſim ut in quemque inciderant, aut occidebant, aut omnibus ereptis, quaſi ſalute redempta, vivos ægrè dimittebant.

XII. His actis ſtimulante malorum facinorum conſcientia, vitamque peroſus urbanam; ſtatuit Roma ſecedere, ut & milites ordinaret, & provincias inviſeret. Igitur Italia decedens, ad ripas Danubii pervenit, ac partes Imperii Romani Septentrioni ſubjectas. Ibi aut corpus exercebat aurigando, cædendiſque cominus omne genus belluis, aut jus dicebat (rarius id tamen) ſtatimque ſententiam ferens ac reſpondens, pauculis duntaxat auditis. Cæterum Ger-

δοδαπῶν ἀνθρώπων. τάς τε τῆς Ἑστίας ἱερείας ζώσας κατώρυξεν, ὡς μὴ [1] φυλαξάσας τὴν παρθενίαν. τὸ δὲ τελευταῖον καὶ μήποτε γενόμενον ἔργον, ἱπποδρομίαν μὲν ἐθεᾶτο, ἀπέσκωψε δέ τι τὸ πλῆθος εἰς τὸν ἡνίοχον, περὶ ὃν ἐκεῖνος ἐσπουδάκει. ὁ δὲ οἰηθεὶς αὐτὸς ὑβρίσθαι, κελεύει τῷ πλήθει προσπεσεῖν τὸ στράτευμα, ἀπάγειν τε καὶ φονεύειν τοὺς κακῶς τὸν ἡνίοχον εἰπόντας. οἱ δὲ στρατιῶται, τοῦ βιάζεσθαί τε καὶ ἁρπάζειν λαβόντες ἐξουσίαν, οὐκέτι διεκρίνοντο, τίνες ἦσαν οἱ προπετέστερον φθεγξάμενοι. (καὶ γὰρ ἦν εὑρίσκειν ἀδύνατον, ἐν δήμῳ τοσούτῳ, μηδενὸς ὁμολογοῦντος,) ἀφειδῶς τοὺς ἐντυγχάνοντας ἀπάγοντες ἀνῄρουν, ἢ ἀφαιρούμενοι ἅπερ εἶχον, ὥσπερ λύτρα, μόλις ἐφείδοντο.

ιβ΄. Τοιαῦτα δὴ πράττων ὑπό τε τῆς τῶν ἔργων συνέσεως ἐλαυνόμενος, καὶ πρὸς τὴν ἐν τῇ πόλει διατριβὴν ἀπεχθῶς ἔχων, ἀποδημῆσαι τῆς Ῥώμης ἠθέλησεν, ὡς δὴ διοικήσων τὰ ἐν τοῖς στρατοπέδοις, καὶ τὰ ἔθνη ἐποψόμενος. ἀπάρας δὲ τῆς Ἰταλίας, ἐπί τε ταῖς ὄχθαις τοῦ Ἴστρου γενόμενος, διῴκει δὲ τὰ ἀρκτῷα τῆς ἀρχῆς μέρη, γυμνάσια τοῦ σώματος ποιούμενος ἡνιοχείας, καὶ θηρίων παντοδαπῶν συσταδὸν ἀναιρέσεις· δικάζων μὲν σπανίως, πλὴν νοῆσαι τὸ κρινόμενον εὐθὺς ἦν, εὐθίκτως τε πρὸς τὰ λεχθέντα ἀποκρίνασθαι. ᾠκειώσατο δὲ καὶ πάντας τοὺς ἐ-

1 Imo verò quoniam illibatâ erant caſtitate, quorum una Κλωδία Λαῖτα ὀνομάζεται, ἥτις καὶ μέγα βοῶσα, Οἶδεν αὐτὸς Ἀντωνῖνος ὅτι παρθένος εἰμί, ζῶσα κατωρύγη.

πίκεινα Γερμανοὺς, ἔς τε φιλίαν ὑπηγάγετο, ὡς καὶ συμμάχους παρ' αὐτῶν λαβεῖν, καὶ τοῦ σώματος ἑαυτοῦ φρουροὺς ποιήσασθαι, γενναίους τε καὶ ὡραίους [1] ἀπολεξάμενος. πολλάκις δὲ καὶ τὴν Ῥωμαϊκὴν ἀποθέμενος χλαμύδα, ἠμφιέννυτο τὰ Γερμανῶν περιβλήματα, ἔν τε χλαμύσιν, αἷς εἰώθασιν, ἀργύρῳ πεποικιλμέναις ἑωρᾶτο. κόμας τε τῇ κεφαλῇ ἐπετίθετο ξανθὰς, καὶ εἰς κουρὰν τῶν Γερμανῶν ἠσκημένας. τούτοις δὴ χαίροντες οἱ Βάρβαροι ὑπερηγάπων αὐτόν· ἔχαιρον δὲ αὐτῷ καὶ οἱ Ῥωμαίων στρατιῶται· [2] μάλιστα μὲν διὰ τὰς τῶν χρημάτων ἐπιδόσεις, αἷς ἀφειδῶς προσεφέρετο αὐτοῖς. ὅτι τε πᾶν ὡς στρατιώτης ἔπραττεν, εἴ τε ὄρυγμά τι ὀρύττειν ἔδει, σκάπτων πρῶτος, εἴ τε ῥεῖθρον γεφυρῶσαι, ἢ βάθος χῶσαι, πᾶν δ' ὃ χειρῶν, ἢ καμάτου σώματος, ἔργον, πρῶτος εἰργάζετο, τράπεζάν τε εὐτελῆ παρετίθετο, ἔσθ' ὅτε καὶ ξυλίνοις ἐς ποτὸν καὶ ἐδέσματα χρώμενος σκεύεσιν, ἄρτον τε προσεφέρετο αὐτοσχέδιον. σῖτον γὰρ ἀλήσας τῇ ἑαυτοῦ χειρὶ, ὃ ἤρκει μόνῳ, μάζαν τε ποιήσας, καὶ ἐπ' ἀνθράκων ὀπτήσας ἐσιτεῖτο. καὶ πάντων μὲν τῶν πολυτελῶν ἀπείχετο· ὅσα δὲ εὐτελέστατα, καὶ τοῖς πενεστάτοις τῶν στρατιωτῶν εὐμαρῆ, τούτοις ἐχρῆτο. συστρατιώτης τε ὑπ' αὐτῶν μᾶλλον ἢ βασιλεὺς καλούμενος χαίρειν προσεποι-

manos illic sibi omnes adjunxit, atque in amicitiam, conciliavit, sic ut ex his socios bellorum, & custodes corporis validissimum quemque & pulcherrimum sibi asciverit. Sæpè etiam Romano cultu deposito, vestem Germanicam induebat, atque in eorum sagulis argento variegatis conspiciebatur: etiam flavam capiti cæsariem imponens, ad modum Germanicæ tonsuræ. Quibus læti Barbari mirificè eum diligere: gaudere etiam Romanus miles, quem scilicet ille amplissimis largitionibus prosequebatur. Ipse nullum non militiæ munus promtè subire: & sive quid fodiendum foret, primus fodere: sive flumini imponendus aut extruendus agger, sive quod opus manuum faciendum, aut labor subeundus, primus omnia occupare: tenuique mensa, ac ligneolis poculis, vasisque esculentorum contentus esse, panemque etiam temere factum comesse. Quippe tritico quantum satis uni foret sua manu molito, massaque inde facta, atque in carbonibus decocta, vesci solitus; omnia denique elegantiora aspernari, & vilissimis quibusque, ac vel pauperrimo gregarioque militi facillimis uti. Tum commilitionem, quàm principem vocari se malle, ac

1 Rectius [ἐπιλεξάμενος.]
2 Εἰς μὲν τοὺς στρατιώτας φιλαναλώτης ἦν, τοὺς δὲ λοιποὺς πάντας ἀνθρώπους ἔργον εἶχεν ἀποδύειν, περιστυλῶν, &c. *Dion*,

plerunque iter facere, perinde atque ipse pedibus ambulans, raroque vehiculum conscendere aut equum, sibi ipse portare arma: nonnunquam etiam signa militaria longissima, & aureis ornamentis prægravia, ac ne robustissimis quidem militibus facilia, ipse humeris subire. Ob hæc igitur aliaque hujuscemodi, ut hominem militarem, diligere eum suus exercitus, & ut virum fortem admirari. Quippe instar miraculi videbatur, tantulæ hominem staturæ, tantis esse laboribus parem.

XIII. Sed ubi milites apud Danubium ordinavit, atque in Thraciam Macedonibus conterminam discessit, continuò Alexander alter evasit. Nam & memoriam regis ejus omnibus modis renovavit, statuis, imaginibusque nulla non urbe poni jussis, Romamque ipsam, Capitoliumque, & templa universa refersit Alexandri simulacris. Vidimus item imagines nonnullas ridiculè depictas, quæ uno corpore duas facies præ-

εἶτο. τά πλεῖστά τε αὐτοῖς συνώδευε περιπατῶν, σπανίως ἅρματος ἢ ἵππου ἐπιβαίνων, τά τε ὅπλα βαστάζων ἑαυτοῦ. ἔστι δ' ὅτε καὶ τὰ τῶν στρατοπέδων σύμβολα, καὶ ἐπιμήκη ὄντα καὶ χρυσοῖς ἀναθήμασι πολλοῖς κεκοσμημένα, μόλις ὑπὸ τῶν γενναιοτάτων στρατιωτῶν φερόμενα, ἐπιθεὶς τοῖς ὤμοις ἔφερεν αὐτός. διὰ δὴ ταῦτα καὶ τὰ τούτοις ὅμοια, ὡς στρατιωτικὸς ὑπ' αὐτῶν ἐφιλεῖτο, καὶ ὡς γενναῖος ἐθαυμάζετο. καὶ γὰρ ἦν θαύματος ἄξιον, ἐν μικρῷ πάνυ τὸ μέγεθος σώματι γενναίων πόνων ἄσκησις τοσαύτη.

ιγ'. Ἐπεὶ δὲ τὰ παρὰ τῷ Ἴστρῳ στρατόπεδα διῴκησε, κατῆλθέ τε εἰς Θρᾴκην, Μακεδόσι γειτνιῶσαν, [1] εὐθὺς Ἀλέξανδρος ἦν, καὶ τήν τε μνήμην αὐτοῦ παντοίως ἀνενεώσατο, εἰκόνας τε καὶ ἀνδριάντας ἐν πάσαις πόλεσιν ἀναστῆναι ἐκέλευσε, τήν τε Ῥώμην ἐπλήρωσεν ἀνδριάντων καὶ εἰκόνων, ἐν τῷ Καπιτωλίῳ, καὶ ἐν ἄλλοις ἱεροῖς [2] τῆς πρὸς Ἀλέξανδρον συναφείας. [2] ἔσθ' ὅπου δὲ καὶ χλεύης εἴδομεν ἀξίας εἰκόνας ἐν γραφαῖς, ἑνὸς σώματος, ὑπὸ περιφερείᾳ κεφαλῆς

1 Alexandrum Magnum ejusque gesta, *inquit Spartianus*, semper in ore habuit.

2 Omisit hæc verba Politianus, quibus aliquid deesse suspicor, quò sensus suppleatur: contextus ratio talem suggerit, viz. quod Antoninus ideo Alexandrum omnibus ferè aris coleret, propter cognationem quam sibi cum Alexandro intercedere somniavit. Ἀλλὰ καὶ αὐτὸν ἐκεῖνον, *inquit Dion*, Εῷον Αὔγουστον ἐπεκαλεῖτο, καί ποτε καὶ τῇ βουλῇ ἔγραψεν ὅτι ἐς τὸ σῶμα αὖθις τοῦ Αὐγούστου εἰσῆλθεν, *Alex. sc.* ἵνα ἐπειδὴ ὀλίγον τότε χρόνον ἐβίω, πλεῖστον αὖθις δι' ἐκείνου ζήσῃ.

3 Iterum quædam omisit interpres. *Vidimus item imagines nonnullas ridiculè depictas, unius corporis duas dimidiatas facies capitis unius mensurâ circumscriptas.*

μιᾶς,

μιᾶς, ὄψεις ἡμιτόμους δύο, Ἀλεξάνδρου τε καὶ Ἀντωνίνου. περιῄει δὲ αὐτὸς ἐν Μακεδονικῷ σχήματι, καυσίαν τε ἐπὶ τὴν κεφαλὴν φέρων, καὶ κρηπῖδας ὑποδεδεμένος. ἐπιλεξάμενός τε νεανίας καὶ στρατευσάσας, Μακεδονικὴν ἐκάλει φάλαγγα. τούς τε ἡγουμένους αὐτῆς [1] φέρειν, τὰ τῶν ἐκείνου στρατηγῶν ὀνόματα. ἀπό τε Σπάρτης μεταπεμψάμενος νεανίας, Λακωνικὸν καὶ [2] Πιτανάτην ἐκάλει λόχον.

ιδ'. Ταῦτα δὲ ποιήσας, τά τε ἐν ταῖς πόλεσι διοικήσας, ὡς ἐνεδέχετο, ἠπείχθη εἰς Πέργαμον τῆς Ἀσίας, χρήσασθαι βουλόμενος [3] θεραπείαις τοῦ Ἀσκληπιοῦ. ἀφικόμενος δὴ ἐκεῖ, καὶ ἐς ὅσον ἤθελε, τῶν ὀνειράτων ἐμφορηθεὶς, ἧκεν εἰς Ἴλιον. ἐπελθὼν δὲ πάντα τὰ τῆς πόλεως λείψανα, ἧκεν ἐπὶ τὸν Ἀχιλλέως τάφον στεφάνοις τε κοσμήσας καὶ ἄνθεσι πολυτελῶς πάλιν Ἀχιλλέα ἐμιμεῖτο, ζητῶν τε καὶ Πάτροκλόν τινα, ἐποίησέ τι τοιοῦτον. ἦν αὐτῷ τις τῶν ἀπελευθέρων φίλτατος Φῆστος μὲν ὄνομα, τῆς δὲ βασιλείου μνήμης προεστώς. τούτου ὄντος αὐτοῦ ἐν Ἰλίῳ ἐτελεύτησεν, ὡς μὲν τινες ἔλεγον, φαρμάκῳ ἀναιρηθεὶς, ἵν' ὡς μὲν Πάτροκλος ταφῇ, ὡς δὲ

si modo primis congressibus parum ex sententia res gesserint: tunc autem perstabant, prælium integraturi cum primum cadavera sustulissent ac concremassent: ignari periisse, qui has inimicitias concitaverat) mittit Parthis legatos, cum literis, quæ declararent occidisse Imperatorem, ac debitum supplicium luisse, qui fœdera & jusjurandum temeraverat: sibi esse à Romanis, quorum ipsum tandem imperium sit, summam rerum traditam. Non placere verò quæ acta forent: Itaque captivos quicumque superessent, captaque omnia redditurum: Cupere se illum ex inimico amicum facere, pacemque jurejurando ac libaminibus sancire. Quibus lectis Artabanus, edoctusque à legatis de Antonini cæde, satis dedisse supplicii violatorem fœderis arbitratus, contentusque reddi sibi citra ullum cruorem captivos prædamque omnem, fœdus cum Macrino ferit, atque in proprias sedes revertitur.

XXXI. Sed & Romanus Imperator, deducto ex Mesopotamia exercitu, Antiochiam profectus est.

θύσουσι. τότε δὲ προσμενόντων, ὡς ἂν τὴν μάχην ἀνανεώσαιντο, μετὰ τὴν τῶν νεκρῶν ἀναίρεσίν τε καὶ καταφλεξιν, οὐκ οἰομένων τεθνηκέναι τὸν τῆς ἔχθρας αἴτιον,) πέμπει πρεσβείαν, ἐπιστέλλει τε τῷ Παρθυαίῳ, λέγων, τὸν μὲν περὶ τὰς σπονδὰς καὶ τοὺς ὅρκους ἀδικήσαντα βασιλέα τεθνηκέναι, δίκας τε ἀξίας ὧν ἔδρασε δεδωκέναι. Ῥωμαίους δὲ, ὧν ἐστιν ἡ ἀρχὴ, ἑαυτῷ τε τὰ τῆς βασιλείας ἐγκεχειρηκέναι. μήτε ἀρέσκεσθαι τοῖς πραχθεῖσιν. αἰχμαλώτους τε τοὺς περιόντας ἀποδοῦναι, χρήματά τε ὅσα ἥρπαγη, ἀποτίσαι· φίλῳ τε ἀντὶ ἐχθροῦ χρῆσθαι, καὶ τὴν εἰρήνην ὅρκοις, καὶ σπονδαῖς βεβαιῶσαι. ὁ δὲ Ἀρτάβανος ταῦτά τε ἀναγνοὺς, καὶ διδαχθεὶς ὑπὸ τῶν πρεσβέων περὶ τῆς Ἀντωνίνου ἀναιρέσεως, αὐτάρκη τιμωρίαν τὸν παρασπονδήσαντα δεδωκέναι νομίζων, [1] τουτέστι θανάτου τοῦ αὐτῷ τετρυχωμένου, ἀγαπῶν τε τοὺς αἰχμαλώτους καὶ τὰ χρήματα ἀναιμωτὶ ἀπολαβεῖν, σπεισάμενος εἰρήνην πρὸς τὸν Μακρῖνον, εἰς τὰ ἑαυτοῦ ἐπανέρχεται.

λα΄. Ὁ δὲ τόν τε στρατὸν ἀπαλλάξας τῆς ἐν Μεσοποταμίᾳ διατριβῆς, εἰς τὴν Ἀντιόχειαν ἠπείγετο.

---

1 Τουτέστι τοῦ θανάτου τοῦ αὐτῷ τετρυχωμένου. Stephano valde suspecta sunt hæc verba, quorum nec ipse, nec Politianus, versionem fecit.

ΗΡΩ-

ΗΡΩΔΙΑΝΟΥ

ΤΗΣ

Μετὰ ΜΑΡΚΟΝ Βασιλείας ΒΙΒΛΙΟΝ

ΠΕΜΠΤΟΝ.

HERODIANI

LIBER QUINTUS.

BREVIARIUM LIBRI QUINTI.

OPilius [1] Macrinus, per Epistolam rationem rerum gestarum reddens Senatui, ab eodem Imperator declaratur, magno omnium gaudio: sed cùm lentius molliusque Antiochiæ desideret, in offensam & odium militum incidit: à quibus orta seditione proditur, & in Chalcedone Bithyniæ urbe interficitur; superatus à Bassiano: qui Solis Sacerdos cùm esset, in castra productus, Antonini filius creditus, ipse quoque Antoninus appellatus, ac Imperator consalutatus fuerat. Is igitur inito Imperio, omni flagitio se & Romanam religionem polluens, Heliogabalum Deum colens, summâ vecordiâ publicè privatimque, in sacris profanisque rebus, debacchabatur. Unde milites illum quoque perosi, interficiunt: ejus in locum Alexandrum, dudùm Cæsarem designatum, substituunt; ac Imperatorem consalutant.

---

1 *Opilius Macrinus.* Constanter in libris *Opilius*, non *Opelius*; ut in antiquo lapide apud *Onuphrium*: cui consentiunt nummi omnes, in quibus est *Opel.* & Græcè Ὀπιλ. Causab. in annotat. Jul. Capitol. *Severum* se & *Pertinacem* nuncupari voluit, & cùm ipsum *Pium* ac *Felicem* senatus nuncupasset, *Felicis* nomen retinuit, *Pii* recusavit. Ib.

DE

De Antonini imperio, cædeque, insidiis, ac successione item, superiore libro diximus. Cæterùm Macrinus, ubi Antiochiam pervenit, literas Senatui Populoque Romano misit in hanc sententiam: Quum satis ipsi cognitum habeatis quodnam fuerit meum jam inde à principio totius vitæ institutum, quamque ad benignitatem propensi mores, quæ mansuetudo in ea potestate explicata, quæ non multum abest à principatu (siquidem ipse quoque Imperator fidei se præfecti cohortis credit) supervacuum esse arbitror multis verbis uti apud vos. Nostis enim & ipsi, parum me lætum fuisse iis rebus, quæ ab illo gerebantur: ac sæpe vestri causâ periclitatum, dum ille nulli non calumniæ fidem habens, velut effrenus contra vos irrueret. Itaque identidem mihi obtrectare solitus, etiam publicè modestiam in me atque humanitatem erga mihi subjectos vituperabat, segnem & fluxis moribus vocitans. Quippe homo assentationibus gaudens, quicunque ipsum ad crudelitatem exacuebant, rabiemque insitam quasi signo dato provocabant, & calumniis iram excitabant, eos sibi denique benevolos fidosque in primis amicos arbitrabatur. Mihi autem jam inde à principio lenitas & modestia gratæ erant. Igitur Parthicum bellum, longè maximum, & in quo omne Romanum Imperium fluctuaverit, ita

Ὅπως μὲν δὴ ὁ Ἀντωνῖνος ἦρξέ τε καὶ ἐτελεύτησε, δεδήλωται ἐν τῷ πρὸ τούτου συγγράμματι, ἥ τε περὶ τούτου ἐπιβουλὴ καὶ διαδοχή. γενόμενος δὲ ἐν τῇ Ἀντιοχείᾳ ὁ Μακρῖνος, ἐπιστέλλει τῷ τε δήμῳ Ῥωμαίων, καὶ τῇ συγκλήτῳ, λέγων τοιάδε. ἐν εἰδόσι μὲν ὑμῖν, τοῦ τε βίου μου τὴν ἐξ ἀρχῆς προαίρεσιν, τοῦ τε τρόπου τὸ πρὸς χρηστότητα ἐπιρρεπὲς, καὶ τὸ πρᾷον τῆς διοικηθείσης πρότερον πράξεως, οὐ πολύ τι ἐξουσίας καὶ δυνάμεως βασιλικῆς ἀπολειπούσης, (ὅπου γε καὶ αὐτὸς ὁ βασιλεὺς τοῖς ἐπάρχοις τῶν στρατοπέδων πεπίστευται,) περιττὸν νομίζω μακρηγορεῖν. ἴστε γάρ με καὶ οἷς ἐκεῖνος ἔπραττεν, οὐκ ἀρεσκόμενον, καὶ προκινδυνεύσαντα ὑμῶν, ἐν οἷς πολλάκις ταῖς τυχούσαις διαβολαῖς πιστεύων, ἀφειδῶς ὑμῖν προσεφέρετο. κἀμὲ μὲν κακῶς ἠγόρευε, καὶ δημοσίᾳ πολλάκις τὸ μέτριόν μου, καὶ πρὸς τοὺς ἀρχομένους φιλάνθρωπον διαβάλλων, καὶ διασκώπτων εἰς ῥᾳθυμίαν καὶ τρόπων χαυνότητα· κολακείαις δὲ χαίρων, καὶ τοὺς εἰς ὠμότητα παροξύνοντας, τῷ τε θυμῷ τὸ ἐνδόσιμον αὐτοῦ διδόντας, τήν τε ὀργὴν διαβολαῖς ἐγείροντας, εὔνους καὶ πιστοὺς ἐδοκίμαζε φίλους. ἐμοὶ δὲ ἐξ ἀρχῆς τὸ πρᾷον καὶ μέτριον προσφιλές. τὸν γοῦν πρὸς Παρθυαίους πόλεμον, μέγιστόν τε ὄντα, καὶ ἐφ᾽ ᾧ πᾶσα Ῥωμαίων ἐσάλευσεν ἀρχὴ,

κατελυσάμεθα· καὶ ἐν οἷς ἀνδρείως ἀντιπαραταξάμενοι, οὐδέν τι ἡττήμεθα, καὶ ἐν οἷς σπείσαντες, μετὰ πολλῆς δυνάμεως ἐλθόντα μέγαν βασιλέα, πιστὸν φίλον ἀντ' ἐχθροῦ δυσμάχου ἐποιησάμεθα. ἐμοῦ δὲ κρατοῦντος, ἐν ἀδείᾳ τε καὶ ἀναιμωτὶ πάντες βιώσονται· ἀριστοκρατία τε μᾶλλον ἢ βασιλεία νομισθήσεται. [1] μηδέ τις ἀπαξιούτω, ἢ τύχης πταῖσμα νομιζέτω, ὅτι δὴ ὄντα με ἐκ τῆς ἱππάδος τάξεως, ἐπὶ τοῦτο ἤγαγε. τί γὰρ ὄφελος εὐγενείας, εἰ μὴ χρηστὸς καὶ φιλάνθρωπος συνοικεῖ τρόπος; τὰ μὲν γὰρ τῆς τύχης δῶρα καὶ ἀναξίοις περιπίπτει· ἡ δὲ τῆς ψυχῆς ἀρετὴ ἰδίαν ἑκάστῳ δόξαν περιτίθησιν. εὐγένεια δὲ καὶ πλοῦτος καὶ ὅσα τοιαῦτα, μακαρίζεται μὲν, οὐκ ἐπαινεῖται δὲ, ὡς παρ' ἄλλου ληφθέντα· ἐπιείκεια δὲ καὶ χρηστότης, ἅμα τῷ θαυμάζεσθαι, καὶ τῶν ἐπαίνων τὴν ἀναφορὰν εἰς αὐτόν τινα ἔχει τὸν κατορθοῦντα. τί γοῦν ὑμᾶς ὤνησεν ἡ Κομμόδου εὐγένεια, ἢ Ἀντωνίνου ἡ πατρῴα διαδοχή; οἱ μὲν γὰρ ὥσπερ ὄφλημα κληρονομίας εἰληφότες, ἀποχρῶνταί τε καὶ ἐνυ-

confecimus, ut nec in acie fortiter dimicando hostibus cesserimus: & Regem maximas secum trahentem copias, icto foedere ex inimico non facilè expugnabili amicum reddiderimus. Porrò me Principe, liberi incruentique omnes vitam agent: magisque optimatium gubernatio hæc erit, quàm principatus. Neque tamen est quod quisquam indignum imperio censeat, aut fortunæ crimen putet esse, quod me, cum essem ex equestri ordine, ad hoc Imperium perduxerit. Nam quò obsecro nobilitas ipsa, nisi morum benignitas adsit, & humanitas? Siquidem fortunæ munera etiam indignis contingunt, Animi virtus propriam cuique gloriam conciliat: & claritas quidem generis, divitiæque, atque id genus reliqua, felices homines reddunt, minimè verò (utpote ab aliis tradita,) laudantur. Lenitas autem ac benignitas, prætorquam quod admirationi sint, ad uniuscujusque laudem, qui se rectè gerit, referuntur. Quid enim vobis profuit Commodi nobilitas, aut Antonini paterna successio? Scilicet ejusmodi homines, quasi ipsis debitam hæredi-

1 Μηδέ τις ἀπαξιούτω, &c. ὅτι δὴ ὄντα με ἐκ τῆς ἱππάδος τάξεως, &c. ita *Capitol.* Occiso Antonino Bassiano, Opilius Macrinus præfectus, imperium arripuit, humili loco natus, &c. Sed (ut in eundem locum notat Casaub.) origo illi ne equestris quidem fuit, nam serò tandem jure aureorum annulorum donatus est, ut ex *Aurelio Victo*, constat, cujus verba sic se habent. *Macrinum libertinum, hominem prostibulum, servilibus officiis occupatum in domo imperatoriâ, venali fide, vitâ sordidâ sub Commodo, à Severo remotum etiam à sordidissimis officiis, lectioni operam dedisse, egisse causulas, declamasse, jus postrèmo dixisse, donatum tandem aureis annulis*, &c. ὁ δὲ (inquit Zon. & Xiph.) δὴ Μακρῖνος τὸ μὲν γένος Μαῦρος γονέων ἀδοξοτάτων ἦν.

tatem adepti, veluti proprio patrimonio per contumeliam abutuntur: qui autem à vobis imperium acceperunt, veluti in perpetuum obstricti, etiam referre gratiam pro meritis enituntur. Ad hæc, patricia Principum nobilitas sæpenumerò in superbiam vertit, despectis omnibus, velut inferioribus. At qui modestiæ experimento ad imperium asciscuntur, quasi partum labore tuentur; semper verenturque & colunt quos consueverant. Mihi sanè decretum est, nihil sine autoritate vestra gerere, ac vos participes consiliariosque habere Reipublicæ gerendæ. Vivetisque pro arbitrio vestro in libertate illa, quam vobis antehac à patriciis Imperatoribus ereptam, Marcus, dein Pertinax, restituere conati sunt, ambo ad Imperium privatis cunabulis innutriti: quippe generis initia clara posteris relinquere ipsum præstat, quàm accepta à majoribus, fœdis moribus contaminare.

II. Hac lecta epistola, conclamatum à Senatu universo, nullique non honores augustorum Macrino decreti. Neque verò tantopere lætus Senatus

ὑβρίζουσιν, ὡς ἄνωθεν ἰδίῳ κτήματι· οἱ δὲ παρ' ὑμῶν λαβόντες, χάριτός τε ἀΐδιοι εἰσὶ χρεῶσται, καὶ πειρῶνται ἀμείψασθαι τοὺς εὐεργεσίαις προειληφότας. καὶ τῶν μὲν εὐπατριδῶν βασιλέων τὸ εὐγενὲς, εἰς ὑπεροψίαν ἐκπίπτει, καταφρονήσει τῶν ὑπηκόων, ὡς πολὺ ἐλαττόνων· [1] οἱ δὲ ἐκ μετρίων πράξεων εἰς τοῦτο ἐλθόντες, περιέπουσιν αὐτὸ, ὡς καμάτῳ κτηθέν· αἰδῶ τε καὶ τιμὴν ἀπονέμουσιν, ἣν εἰώθεσαν τοῖς ποτὲ κρείττοσιν. ἐμοὶ δὲ σκοπὸς μηδέν τι πράττειν ἄνευ τῆς ὑμετέρας γνώμης. κοινωνοὺς τε καὶ συμβούλους ἔχειν τῆς τῶν πραγμάτων διοικήσεως. ὑμεῖς δὲ ἐν ἀδείᾳ καὶ ἐλευθερίᾳ βιώσεσθε, ὧν ἀφῃρέθητε μὲν ὑπὸ τῶν εὐπατριδῶν βασιλέων· ἀποδοῦναι δὲ ὑμῖν ἐπειράθησαν, πρότερον μὲν Μάρκος, ὕστερον δὲ Περτίναξ, ἐξ ἰδιωτικῶν σπαργάνων ἐπὶ τοῦτο ἐλθόντες. γένους γὰρ ἔνδοξον ἀρχὴν αὐτὸν παρασχεῖν, καὶ τοῖς ὑστέροις γένει ἄμεινον, ἢ κλέος προγονικὸν παραλαμβάνοντα, τρόποις φαυλότητι καταισχῦναι.

β'. Ἀναγνωσθείσης δὲ τῆς τοιαύτης ἐπιστολῆς, εὐφημεῖ τε αὐτὸν ἡ σύγκλητος, καὶ τὰς σεβασμίους τιμὰς πάσας ψηφίζεται. οὐχ [2] οὕτω δὲ εὔφραινε

---

1 Politianus hæc malè interpretatur, non animadvertens [πράξεων] eum habere usum quem paulò ante habuit πράξεως, & post habebit πράξει. Intellige autem ex mediocribus administrationibus, &c. Steph.

2 Οὐχ οὕτω δὲ εὔφραινε, &c. Quoniam in senatu omnibus una vox erat, Quemvis magis quam Parricidam, quemvis magis quam incestum, quemvis magis quam impurum, quemvis magis quam interfectorem & senatus

φραινε πάντας ἡ Μακρίνου διαδοχή, ὡς ὑπερήδεσθαί τε καὶ πανδημεὶ ἑορτάζειν ἐπὶ τῇ Ἀντωνίνου ἀπαλλαγῇ. ἕκαστός τε ᾤετο μάλιστα τῶν ἐν ἀξιώσει τινὶ ἢ πράξει καθεστώτων, ξίφος ἀποσείσασθαι τοῖς αὐχέσιν ἐπαιωρούμενον. συκοφάνται τε ἢ δοῦλοι, ὅσοι δεσπότας κατήγγελον, ἀνεσκολοπίσθησαν. πᾶσά τε ἡ Ῥωμαίων πόλις, καὶ σχεδὸν ἡ ὑπὸ Ῥωμαίοις οἰκουμένη, καθαρθεῖσα πονηρῶν ἀνθρώπων, τῶν μὲν, κολασθέντων, τῶν δὲ, ἐξωσθέντων· [1] εἰ δέ τινες καὶ ἔλαθον, δι' εὐλάβειαν ἡσυχαζόντων, ἐν ἀδείᾳ πολλῇ καὶ εἰκόνι ἐλευθερίας ἐβίωσαν ἐκείνου τοῦ ἔτους, οὗ μόνου ὁ Μακρῖνος ἐβασίλευσε. τοσοῦτον δὲ ἥμαρτεν, ὅσον μὴ διέλυσεν εὐθέως τὰ στρατόπεδα, καὶ ἑκάστους εἰς τὰ ἑαυτῶν ἀπέπεμψεν, αὐτός τε εἰς τὴν Ῥώμην ποθοῦσαν ἠπείχθη, τοῦ δήμου ἑκάστοτε καλοῦντος μεγάλαις βοαῖς. ἐν δὲ τῇ Ἀντιοχείᾳ διέτριβε, γένειόν τε ἀσκῶν, βαδίζων τε πλέον τοῦ δέοντος ἠρεμαίως· βραδύτατά τε καὶ μόλις τοῖς προσιοῦσιν ἀποκρινόμενος, ὡς μηδ' ἀκούεσθαι πολλάκις, διὰ τὸ καθειμένον τῆς φωνῆς. ἐζήλου δὲ ταῦτα ὡς δὴ Μάρκου ἐπιτηδεύματα, τὸν δὲ λοιπὸν βίον οὐκ ἐμιμήσατο. ἐπεδίδου δὲ ἑκάστοτε εἰς τὸ

Macrini ſucceſſione fuit, quàm vulgò univerſi gratulabantur extinctum Antoninum. Nam ut quiſque autoritate aliqua, aut dignitate præcellebat, ita maximè imminentem ſuis cervicibus depuliſſe gladium arbitrabatur. Delatores autem & ſervi omnes, quicunque dominos detulerant, patibulo ſuffixi: totaque urbs, atque adeò Romanum Imperium ſceleratis hominibus perpurgatum, partim ſupplicio affectis, partim exilio mulctatis. Quod ſi qui tamen latuerunt metu quieſcentium, etiam ipſi libertatis quandam imaginem præferebant, anno duntaxat uno, quo Macrinus Imperium obtinuit. Quippe hoc tantum peccavit, quòd non exercitum illicò dimiſit, atque unoquoque domum reverti juſſo, ipſe Romam ſui cupidam ſtatim non petiit, vocante populo quotidie ſe, ac Macrinum vociferante: ſed Antiochiæ morabatur, barbam nutriens & incedens, quàm ſolebat lentius, tardiſſimeque; ac vix adeuntibus ſe reſpondens, adeoque interdum ſubmiſſa voce, ut ne exaudiri quidem poſſet. Hæc enim demum ſibi de Marci moribus imitanda propoſuerat, cum ad illius reliquam vitam

tus & populi; Capitol. ἀγαπητῶς αὐτὸν ἐπὶ τὴν ἀρχὴν ἐδέξαντο (inquit Xiph.) illum lubenter Imperatorem admiſerunt, non tam animadvertentes, cui ſe in ſervitutem traderent, quam quo tyranno liberati eſſent, rati quemcunque hominem illo potiorem eſſe.

1 Malè vertit Polit. hoc enim voluit ſignificare Herodianus, quod cùm illi, qui latebant, præ metu quieſcerent, intereà Pop. Rom. in magnâ ſecuritate & libertatis imagine vivebant. rectiùs autem dictum fuiſſet αὐτῶν δι' εὐλάβειαν ἡσυχαζόντων. Steph.

nullo pacto aspiraret. Quippe deliciosius indies agitans, histrionibusque saltatoribusque intentus, & gubernandi negligens, incedebat cum fibulis ac balteo auratis gemmatisque. Qui luxus minimè Romano gratus exercitui: certè quem Barbaris putant, fœminisque congruentiorem, quàm principi.

III. Talia igitur intuentes, magnopere improbare omnes, vitamque plane hominis aspernari, molliorem quam ut militari viro conveniret: simul comparare invicem Antonini vitæ exemplum, solertis in primis, ac planè militaris viri, & Macrini luxuriam. Præterea graviter indignari, quòd ipsi adhuc tabernaculis agerent, procul à patria, ac nonnunquam rerum quoque necessariarum indigerent: neque domum dimitterentur, etiam pace facta: cum scilicet ille contrà mollissime ac deliciosissimè vitam coleret. Igitur excussis velut habenis, quotidie in hominem cavillabantur, ac levissimam quamque occidendi ejus occasionem aucupabantur. Sed ita scilicet fato datum fuerat, ut uno duntaxat anno Princeps Macrinus in deliciis ab-

ἁβροδίαιτον, ὀρχηστῶν τε θέαις καὶ πάσης μούσης κινήσεώς τε εὐρύθμου ὑποκριταῖς σχολάζων· τῆς τε τῶν πραγμάτων διοικήσεως ἀμελῶς ἔχων. περόναις τε [1] πόρπαις καὶ ζωστῆρι χρυσῷ πολλῷ καὶ λίθοις τιμίοις πεποικιλμένοις κεκοσμημένος, [2] τῆς τοιαύτης πολυτελείας παρὰ τοῖς Ῥωμαίων στρατιώταις οὐκ ἐπαινουμένης, βαρβάρου δὲ μᾶλλον καὶ θηλυπρεποῦς εἶναι δοκούσης.

γ΄. Ἅπερ ὁρῶντες οἱ στρατιῶται, οὐ πάνυ τι ἀπεδέχοντο, ἀπηρέσκοντό τε αὐτοῦ τῷ βίῳ, ὡς ἀνειμένῳ μᾶλλον ἢ κατ᾽ ἄνδρα στρατιωτικόν. παραβάλλοντες δὲ τὴν μνήμην τῇ Ἀντωνίνου διαίτῃ, ἐπιστραφείσῃ τε καὶ στρατιωτικῇ γενομένῃ, κατεγίνωσκον τῆς Μακρίνου πολυτελείας. ἔτι τε ἠγανάκτουν αὐτοὶ μὲν ὑπὸ σκηναῖς, καὶ ἐν ἀλλοδαπῇ διαιτώμενοι, ἔσθ᾽ ὅτε καὶ σπανίζοντες τῶν ἐπιτηδείων, εἴς τε τὰ ἑαυτῶν οὐκ ἐπανιόντες, εἰρήνης εἶναι δοκούσης. ὁρῶντες δὲ τὸν Μακρῖνον χλιδῇ καὶ τρυφῇ διαιτώμενον, ἀφηνιάζοντες ἤδη πρὸς ἀλλήλους, αὐτὸν κακῶς ἠγόρευον· προφάσεώς τε ὀλίγης λαβέσθαι εὔχοντο εἰς τὸ [3] ἀποσκευάσασθαι τὸ λυποῦν. ἔχρῆν δὲ ἄρα Μακρῖνον, ἐνιαυτοῦ μόνου τῇ βασιλείᾳ ἐντρυφήσαντα, ἅμα τῷ

1 Πόρπαις καὶ ζωστῆρι χρυσῷ πεποικιλμένοις. Etsi per syllepsin excusari potest, tamen Author fortasse pluraliter ζωστῆρσι scripsit. *Sylburg.*

2 Τῆς τοιαύτης πολυτελείας, &c. Vini cibique erat avidissimus, interdum usque ad ebrietatem. Capitol. ἤρξατο δὲ καὶ τρυφερώτερον ζῆν, καὶ σοβαρώτερον χρῆσθαι τῇ ἐξουσίᾳ. Xiph.

3 Ἀποσκευάσασθαι τὸ λυποῦν, Mollius quam in latinâ versione, nempe, summovendi, vel amovendi, quod tædium afferebat. Steph.

βίῳ

βίῳ καὶ τὴν ἀρχὴν καταλύσαι, μικρὰν καὶ εὐτελῆ ἀφορμὴν τοῖς στρατιώταις εἰς ἃ ἐβούλοντο τῆς τύχης παρασχούσης.

δ'. [1] Μαισὰ ἦν τις ὄνομα, τὸ γένος Φοίνισσα, ἀπὸ Ἐμέσου καλουμένης οὕτω πόλεως ἐν Φοινίκῃ· ἀδελφὴ δὲ ἐγεγόνει Ἰουλίας μὲν, τῆς Σεβήρου γυναικὸς, Ἀντωνίνου δὲ μητρός. παρὰ πάντα οὖν τὸν τῆς ἀδελφῆς βίον, ἐν τῇ βασιλείῳ διέτριψεν αὐλῇ, χρόνου πολυετοῦς, παρ᾽ ὃν Σεβῆρός τε καὶ Ἀντωνῖνος ἐβασίλευσαν. τὴν δὴ Μαισὰν ταύτην ὁ Μακρῖνος, μετὰ τὴν τῆς ἀδελφῆς τελευτὴν, Ἀντωνίνου δὲ ἀναίρεσιν, προσέταξεν εἰς τὴν πατρίδα ἐπανελθοῦσαν, ἐν τοῖς οἰκείοις καταβιῶναι, πάντα ἔχουσαν τὰ ἑαυτῆς. πλείστων τε ἦν χρημάτων ἀνάπλεως, ἅτε μακρῷ χρόνῳ βασιλικῇ ἐξουσίᾳ ἐντεθραμμένη. ἐπανελθοῦσα δὲ ἡ πρεσβῦτις, διέτριβεν ἐν τοῖς ἑαυτῆς.

ε'. Ἦσαν δὲ αὐτῇ θυγατέρες δύο, Σοαιμὶς μὲν ἡ πρεσβυτέρα ἐκαλεῖτο, ἡ δὲ ἑτέρα Μαμμαία. παῖδες δὲ ἦσαν τῇ μὲν πρεσβυτέρᾳ Βασσιανὸς ὄνομα, τῇ δὲ νεωτέρᾳ Ἀλεξιανός. ὑπὸ δὲ ταῖς μητράσι καὶ τῇ μάμμῃ ἀνετρέφοντο. ὁ μὲν Βασσιανὸς, περὶ ἔτη γεγονὼς τεσσαρεσκαίδεκα, ὁ δὲ Ἀλεξιανὸς δεκάτου ἔτους ἐπιβεβηκώς. ἱερῶντο δὲ αὐτοὶ θεῷ Ἡλίῳ· τοῦτον γὰρ οἱ ἐπιχώριοι σέβουσι, τῇ Φοινίκων φωνῇ Ελαιαγάβαλον καλοῦντες. νεὼς δὲ αὐτῷ μέγιστος κατε-

sumpto, simul cum vita Imperium amitteret: exiguam tenuemque Fortuna occasionem militibus ostentante, ad ea quæ concupierant patranda.

IV. Mæsa erat quædam nomine, Phœnissa mulier, ab Emæsa urbe Phœniciæ, cui soror Julia fuerat, Severi conjux, ac mater Antonini: ea, vivente sorore, multos annos in aula imperatoria vixerat, Severo & Antonino principibus. Hanc igitur Mæsam, post sororis obitum, atque Antonini cædem, jusserat Macrinus in patriam, ut domi suæ reliquum vitæ ageret, cum omnibus bonis reverti. Abundabat autem grandi pecunia, utpote longissimo tempore inter principalem potentiam enutrita. Reversa igitur anus, domi agitabat.

V. Erant verò ei filiæ duæ, quarum natu major Soæmis, minor Mammæa vocabatur. Illi filius Bassianus, huic Alexianus: amboque sub matribus, aviaque educabantur. Et quidem Bassianus annos natus erat circiter quatuordecim, Alexianus autem decimum jam annum attigerat: sacerdotes ambo Solis, quem maximè indigenæ colunt, Phœnicum lingua Heliogabalum vocitantes: Templumque illi maximum constructum habent,

[1] Μαισὰ ἦν τις ὄνομα. Hic cum Heriod. in omnibus consentit, Jul. Capitol. aliique.

auro,

auro, argentoque plurimo, ac lapidum eleganti magnificentia exornatum. Neque solum indigenæ Deum illum venerantur, sed vicini quoque satrapæ, regesque Barbari, certatim quotannis splendida offerunt munera. Simulacrum verò nullum Græco aut Romano more manu factum, ad ejus Dei similitudinem: sed lapis est maximus, ab imo rotundus, & sensim fastigiatus, propemodum ad coni figuram. Niger lapidi color, quem etiam jactant cœlitus decidisse. Eminent in lapide quædam, formæque visuntur nonnullæ: ac Solis imaginem illam esse affirmant, minimè humano artificio fabrefactam. Huic igitur Deo sacer erat Bassianus: quippe natu major, ipse potissimùm sacerdotio fungebatur, incedens Barbarico cultu, tunicas indutus intextas auro ac manuleatas, & ad pedes usque demissas, cruraque tota convelans ab unguibus ad femora, vestibus similiter auro purpuraque variis: capite coronam gestans preciosorum lapidum coloribus florentem. Præterea integer ævi, cunctorumque ejus ætatis adolescentum formosissimus. Quare congruentibus in unum forma corporis atque ætatis flore, simul habitu illo mollissimo, facilè eum Dionysi

σκεύαστο αὐτοῦ, χρυσῷ πολλῷ καὶ ἀργυρείῳ κεκοσμημένος, λίθων τε πολυτελείᾳ. θρησκεύεται δὲ οὐ μόνον πρὸς τῶν ἐπιχωρίων, ἀλλὰ καὶ πάντες οἱ γειτνιῶντες σατράπαι τε καὶ βασιλεῖς Βάρβαροι φιλοτίμως πέμπουσι τῷ θεῷ ἑκάστου ἔτους πολυτελῆ ἀναθήματα. ἄγαλμα μὲν οὖν, ὥσπερ παρ' Ἕλλησιν ἢ Ῥωμαίοις, οὐδὲν ἕστηκε χειροποίητον, θεοῦ φέρον εἰκόνα. λίθος δέ τις ἔστι μέγιστος, κάτωθεν περιφερὴς, λήγων εἰς ὀξύτητα· κωνοειδὲς αὐτῷ σχῆμα, μέλαινά τε ἡ χροιά. διοπετῆ τε αὐτὸν εἶναι σεμνολογοῦσιν, ἐξοχάς τε τινὰς βραχείας καὶ τύπους δεικνύουσιν· εἰκόνα τε Ἡλίου ἀνέργαστον εἶναι θέλουσιν, [1] οὕτω βλέποντες. τούτῳ δὴ τῷ θεῷ ὁ [2] Βασσιανὸς ἱερώμενος (ἅτε γὰρ πρεσβυτέρῳ ἐκείνῳ ἐγκεχείριστο ἡ θρησκεία,) προῄει τε σχήματι Βαρβάρῳ, χιτῶνας χρυσοϋφεῖς καὶ ἁλουργεῖς χειριδωτοὺς καὶ ποδήρεις ἀνεζωσμένος, τά τε σκέλη σκέπων πάντα ἀπ' ὀνύχων ἐς μηροὺς, ἐσθῆσι ὁμοίως χρυσῷ καὶ πορφύρᾳ πεποικιλμέναις· τήν τε κεφαλὴν ἐκόσμει στέφανος λίθων πολυτελῶν χροιᾷ διηνθισμένος. ἦν δὲ τὴν ἡλικίαν ἀκμαῖος, καὶ τὴν ὄψιν τῶν κατ' αὐτὸν ὡραιότατος μειρακίων πάντων· εἰς τὸ αὐτὸ δὴ συνιόντων, κάλλους σώματος, ἡλικίας ἀκμῆς, ἁβροῦ σχήματος, ἀπείκασεν ἂν

1 Οὕτω βλέποντες. Polit. omittit hæc verba, intellige tamen ita cernentes, quod ita suis ipsorum oculis persuadentes. Steph.

2 Τούτῳ τῷ θεῷ ὁ Βασσιανός. Bassianum non tantùm *Antonini*, sed & *Heliogabali* nomen accepisse scribit Julius.

τις

τις τὸ μειράκιον Διονύσου καλαῖς εἰκόσιν.

ϛʹ. [1] Ἱερουργοῦντα δὴ τοῦτον, περί τε τοῖς βωμοῖς χορεύοντα νόμῳ Βαρβάρων, ὑπό τε αὐλοῖς καὶ σύριγξι παντοδαπῶν τε ὀργάνων ἤχῳ, περιεργότερον ἐπέβλεπον οἵ τε ἄλλοι ἄνθρωποι, καὶ μάλιστα οἱ στρατιῶται, εἰδότες γένους ὄντα βασιλικοῦ, καὶ τῆς ὥρας αὐτοῦ πάντων τὰς ὄψεις εἰς ἑαυτὴν ἐπιστρεφούσης. ἐγειτνίαζε δὲ τῇ πόλει ἐκείνῃ τότε μέγιστον στρατόπεδον, ὃ τῆς Φοινίκης προήσπιζεν· ὕστερον δὲ μετῳκίσθη, ὡς ἐν τοῖς ἑξῆς ἐροῦμεν. φοιτῶντες οὖν οἱ στρατιῶται ἑκάστοτε εἰς τὴν πόλιν, εἴς τε τὸν νεὼν ἰόντες θρησκείας δὴ χάριν, τὸ μειράκιον ἡδέως ἔβλεπον. ἦσαν δέ τινες ἐξ αὐτῶν καὶ πρόσφυγες, οἰκεῖοί τε τῆς Μαίσης· πρὸς οὓς ἐκείνη θαυμάζοντας τὸν παῖδα (εἴ τε πλασαμένη, εἴ τε καὶ ἀληθεύουσα) ἐξεῖπεν ὅτι ἄρα Ἀντωνίνου υἱὸς εἴη τῇ φύσει· τῇ δὲ ὑπολήψει ἄλλου δοκοίη. ἐπιφοιτῆσαι γὰρ αὐτὸν ταῖς θυγατράσιν αὐτῆς νέαις τε οὔσαις καὶ ὡραίαις, καθ' ὃν καιρὸν ἐν τοῖς βασιλείοις σὺν τῇ ἀδελφῇ διέτριβεν. ὅπερ ἐκεῖνοι ἀκούσαντες, τοῖς συστρατιώταις κατ' ὀλίγον ἀπαγγέλλοντες, διαβόητον ἐποίησαν τὴν φήμην, ὡς εἰς πᾶν χωρῆσαι τὸ στρατιωτικόν. τῇ δὲ Μαίσῃ ἐλέγετο σωροὺς εἶναι χρημάτων· ἐκείνην δὲ ἑτοίμως πάντα προέσθαι τοῖς στρατιώταις εἰ τὴν

pulcherrimis imaginibus assimilabant.

VI. Hunc igitur sacra celebrantem, chorumque circa altaria Barbarum in morem ad tibias fistulasque, & omnifariam organa instaurantem, curiosius inspectabant cùm mortales alii, tum in primis Romani milites, vel quòd genere imperatorio editum sciebant, vel quod formæ viribus omnium in se oculos convertebat. Quippe tum vicinus urbi illi exercitus erat, tuendæ Phœniciæ præpositus: deductus inde mox, ut in sequentibus exponemus. Cum itaque quotidie Religionis nomine milites ad templum itarent, libenter scilicet adolescentem intuebantur. Erant autem ex iis nonnulli Roma profugi, Mæsæ familiares, quibus illa formam pueri admirantibus, (incertum; mentita, an vera professa) filium utique esse ait Antonini, quamvis alterius putaretur. Quippe cum suis natabus adolescentulis adhuc, & formosis, rem habuisse, quo tempore ipsa in palatio simul cum sorore agitabat. Ea res audita ab illis, ac sensim communicata reliquis commilitonibus, per universum denique exercitum vulgata est. Porrò etiam acervos habere nummorum Mæsa dicebatur, facileque omnes militibus elargitura, si modò impe-

1 Ἱερουργοῦντα δὴ τοῦτον. Sed Heliogabalus, pulchritudine & staturâ ac sacerdotio conspicuus erat, ac notus omnibus hominibus, qui ad templum veniebant; militibus præcipuè. Capitol.

rium

rium suæ soboli restitueretur. Pollicentibus autem se eam cum suis, si noctu clanculum in castra venisset, patentibus portis excepturos, atque Antonini filium Imperatorem declaraturos; seipsam illis tradit anus, decreta periculum quodvis adire, quàm vitam colere privatam, atque abjectam. Quapropter noctu, clanculum urbe egressa cum liberis nepotibusque suis, deducente ipsos profugorum militum agmine, facilè in castra admittitur: ibique puerum confestim milites universi Antoninum appellatum, atque indutum purpura, custodiebant. Tum commeatu omni, simul cum suis natis & conjugibus, cæterisque adeò rebus importatis, quas in vicis agrisque propinquis habebant, ita se intus comparabant, ut etiam, si opus foret, castrorum obsidionem exciperent.

VII. Quæ ubi nunciata Macrino sunt, Antiochiæ moranti, edito per exercitus rumore, repertum Antonini filium, pecunias militibus elargiri Juliæ sororem: quum omnia quæcunque dicerentur, aut esse ullo modo poterant pro veris acciperentur, pendebant animis omnes: atque eos ad res novas moliendas, cum proprium Macrini odium, tum

βασιλείαν τῷ γένει ἀνανεώσωνται. ὡς δὲ συνέθεντο, νύκτωρ εἰ κατέλθοιεν λαθόντες ἀνοίξειν τὰς πύλας, καὶ δέξασθαι πᾶν τὸ γένος ἔνδον, βασιλέα τε καὶ υἱὸν ἀποδείξειν Ἀντωνίνου· [1] ἐπιδέδωκεν ἑαυτὴν ἡ πρεσβῦτις, ἑλομένη πάντα [2] κίνδυνον ἀναῤῥῖψαι μᾶλλον, ἢ ἰδιωτεύειν, καὶ δοκεῖν ἀπεῤῥῖφθαι. νύκτωρ τε λάθρα τῆς πόλεως ὑπεξῆλθε σὺν ταῖς θυγατράσι, καὶ τοῖς ἐγγόνοις. καταγαγόντων τε αὐτοὺς τῶν προσφυγόντων στρατιωτῶν, γενόμενοι πρὸς τῷ τείχει τοῦ στρατοπέδου, ῥᾷστα ὑπεδέχθησαν. εὐθέως τε τὸν παῖδα πᾶν τὸ στρατόπεδον Ἀντωνῖνον προσηγόρευσαν· τήν τε πορφυρᾶν χλαμύδα περιβαλόντες εἶχον ἔνδον. πάντα δὲ τὰ ἐπιτήδεια, καὶ παῖδας καὶ γυναῖκας, ὅσα τε εἶχον ἐν κώμαις ἢ ἀγροῖς τοῖς πλησίον, εἰσκομίσαντες, τάς τε πύλας ἀποκλείσαντες, παρεσκεύαζον ἑαυτοὺς ὡς (εἰ δέοι) ὑπομενοῦντες πολιορκίαν.

ζʹ. Ὡς δὲ ταῦτα ἀπηγγέλη τῷ Μακρίνῳ, ἐν Ἀντιοχείᾳ διατρίβοντι, ἥ τε φήμη διέδραμεν ἀνὰ τὰ λοιπὰ στρατόπεδα ὅτι τε Ἀντωνίνου υἱὸς εὑρέθη, καὶ ὅτι ἡ Ἰουλίας ἀδελφὴ χρήματα δίδωσι, πάντα τὰ λεγόμενα καὶ ἐνδεχόμενα καὶ ἀληθῆ πιστεύσαντες εἶναι, τὰς ψυχὰς ἐξεπέπληκτο. ἐνῆγε δ' αὐτοὺς, καὶ ἀνέπειθεν εἰς πραγμάτων καινοτομίαν,

1 Ἐπιδέδωκεν αὐτὴν ἡ πρεσβῦτις, sese potestati illorum permisit, breviùs seipsam illis tradidit, vel se totam illis tradidit, ex Cic. Steph.

2 Πάντα κίνδυνον ἀναῤῥῖψαι, periculum quodvis temerè & præcipitantèr adire, pro ἀναῤῥῖψαι τὸν κύβον τοῦ κινδύνου, periculi aleam projicere, sic μάχην ἀναῤῥῖψαι, pugnæ periculum facere, apud Plut. in Cæs.

τό, τε Μακρίνου μῖσος, καὶ τὸ Ἀντωνίνου τῆς μνήμης πάθος· καὶ πρό γε ἁπάντων, ἡ τῶν χρημάτων ἐλπίς, ὡς πολλοὺς καὶ αὐτομολοῦντας φοιτᾶν πρὸς τὸν νέον Ἀντωνῖνον. ὁ δὲ Μακρῖνος, καταφρονῶν τοῦ πράγματος ὡς παιδαριώδους, χρώμενός τε τῇ συνήθει ῥᾳθυμίᾳ, αὐτὸς μὲν οἴκοι μένει, πέμπει δὲ ἕνα τῶν ἀρχόντων τοῦ στρατοπέδου, δύναμιν δοὺς ὅσην ᾤετο, ῥᾷστα ἐκπορθήσειν τοὺς ἀφεστῶτας. ὡς δ' ἦλθεν Ἰουλιανὸς (τοῦτο γὰρ ἦν ὄνομα τῷ ἐπάρχῳ) καὶ προσέβαλε τοῖς τείχεσιν, ἔνδοθεν οἱ στρατιῶται ἀνελθόντες ἐπί τε τοὺς πύργους καὶ τὰς ἐπάλξεις, τόν τε παῖδα τῷ ἔξωθεν πολιορκοῦντι στρατῷ ἐδείκνυσαν, Ἀντωνίνου υἱὸν εὐφημοῦντες· βαλάντιά τε χρημάτων, (μέγα δέλεαρ προδοσίας) αὐτοῖς ἐδείκνυσαν. οἱ δὲ πιστεύσαντες Ἀντωνίνου τε εἶναι τέκνον, καὶ ὁμοιότατόν γε (βλέπειν γὰρ οὕτως ἤθελον) τὴν μὲν Ἰουλιανοῦ τὴν κεφαλὴν ἀποτέμνουσι, καὶ πέμπουσι τῷ Μακρίνῳ· αὐτοὶ δὲ πάντες, ἀνοιχθεισῶν αὐτοῖς τῶν πυλῶν, εἰς τὸ στρατόπεδον ἐδέχθησαν. οὕτως ἡ δύναμις αὐξηθεῖσα, οὐ μόνον ἦν πρὸς τὸ ἀπομάχεσθαι πολιορκίᾳ, ἀλλὰ καὶ πρὸς τὸ συστάδην καὶ ἐξ ἀντιστάσεως ἀγωνίζεσθαι ἀξιόχρεως. ἔτι τε καὶ τῶν αὐτομόλων τὸ πλῆθος ἑκάστοτε, εἰ καὶ κατ' ὀλίγους προσιὸν, τὴν δύναμιν ηὔξησεν.

η'. Ὁ δὲ Μακρῖνος, ὡς ταῦτα ἐπυνθάνετο, ἀθροίσας πάντα ὃν εἶχε στρατὸν, ἐπῄει ὡς δὴ πολιορκήσων τοὺς ἐκείνῳ προσκεχωρηκότας. ὁ δὲ Ἀντωνῖνος, οὐκ ἀναμεινάντων τῶν σὺν αὐτῷ

Antonini memoriæ quædam quasi commiseratio subigebat, sed in primis pecuniarum spes, ut multi jam ex iis ad novum Antoninum transfugerent. At Macrinus rem totam quasi puerilem contemnens, consuetamque obtinens animi alacritatem, domi sedens, unum è suis ducibus mittit, traditis copiis, quantæ ad rebelles expugnandos viderentur suffecturæ. Ut autem eò pervenit Julianus (id enim nomen præfecto fuit) ac jam mænibus succedebat, statim inclusi milites puerum exercitui infesto, de turribus pinnisque ostentare, vociferari Antonini filium; sacculos quoque nummorum plenos, magnam escam scilicet proditionis, attollere. At illi, credito Antonini esse filium (& quoniam sic videri volebant) facie quoque & lineamentis quàm simillimum existimantes, caput amputant Juliano, mittuntque ad Macrinum. Ipsi, reseratis portis, universi in castra accipiuntur. Ita scilicet adauctæ copiæ, non modò ad excipiendum obsidionem, sed ad conferendam quoque manum, dimicandumque instructa acie, satis futuræ; transfugarum etiam magna vi paulatim quotidie se aggregante.

VIII. Quibus auditis Macrinus, cum omni exercitu ad castra illa oppugnanda contendit. Antoninus autem, militibus oppugnationem haud expectantibus, sed congredi au-

 dentibus,

dentibus, & obviam Macrino ad dimicandum inſtructâ acie prodire, copias omnes educit. Concurrerunt autem inter ſe exercitus uterque, in Phœniciæ Syriæque finibus; acrius dimicante Antonini milite, conſcientia metuque pœnæ, ſi victus foret: contrà autem Macrini exercitu languidius remiſſiuſque prælium capeſcente, multiſque ſubinde ad Antoninum transfugientibus. Quo animadverſo, Macrinus, metu ne planè omnibus exutus copiis captivus ageretur, nihil non paſſurus contumeliæ, ſtante adhuc acie (veſpere ingruente) chlamydem ſibi, cæterumque Imperatorium detrahit ornatum: pauciſque è fidiſſimis centurionum comitatus, fugam occupat: detonſaque barba, ne agnoſceretur, ſumpto itinerario veſtimento, capiteque ſemper convelato, noctem diemque accelerabat; famam quoque ſuæ fortunæ præveniens, quippe ingenti ſtudio centuriones vehicula urgebant, quaſi Macrino adhuc rerum potiente, magnis de rebus mitterentur. Ille igitur fuga evaſerat, quemadmodum diximus. Interea milites utrinque pugnabant, atque à Macrino quidem corporis cuſtodes, ac ſtipatores, (quos prætorianos vocant) fortiter ſtantes, reliquum omnem exercitum ſoli ſuſtinebant: videlicet proceri homines, atque ex omni numero delecti. Cætera omnis multitudo, pro Antonino præ-

στρατιωτῶν πολιορκηθῆναι, θαῤῥησάντων δὲ μετὰ πάσης προθυμίας ἐξελθεῖν τε, καὶ ὑπαντώμενοι τῷ Μακρίνῳ ἐκ παρατάξεως ἀγωνίζεσθαι, ἐξάγει τὴν αὑτοῦ δύναμιν. συμμίξαντα δὲ ἀλλήλοις τὰ στρατόπεδα Φοινίκης τε καὶ Συρίας ἐν μεθορίοις, οἱ μὲν ὑπὲρ τοῦ Ἀντωνίνου προθύμως ἠγωνίζοντο, δεδιότες, εἰ ἡττηθεῖεν, τὴν ἐφ' οἷς ἔδρασαν τιμωρίαν ἀναδέξασθαι· οἱ δὲ σὺν τῷ Μακρίνῳ ῥαθυμότερον προσεφέροντο τῷ ἔργῳ, ἀποδιδράσκοντες καὶ μετιόντες πρὸς τὸν Ἀντωνῖνον. ὅπερ ὁρῶν ὁ Μακρῖνος, φοβηθείς τε μὴ παντάπασι γυμνωθεὶς τῆς δυνάμεως, αἰχμάλωτός τε ληφθεὶς, αἰσχίστως ὑβρισθείη, ἔτι τῆς μάχης συνεστώσης, (ἑσπέρας ἤδη προσιούσης,) ἀποῤῥίψας τὸ χλαμύδιον, καὶ εἴ τι σχῆμα βασιλικὸν περιέκειτο, λαθὼν ἀποδιδράσκει σὺν ὀλίγοις ἑκατοντάρχαις, οὓς πιστοτάτους ᾤετο, τὸ γένειον ἀποκειράμενος, ὡς μὴ γνωρίζοιτο· ἐσθῆτά τε ὁδοιπορικὴν λαβὼν, καὶ τὴν κεφαλὴν ἀεὶ σκέπων, νύκτωρ τε καὶ μεθ' ἡμέραν ὡδοιπόρει, φθάνων τὴν φήμην τῆς ἑαυτοῦ τύχης· τῶν τε ἑκατοντάρχων μεγάλῃ σπουδῇ τὰ ὀχήματα ἐπειγόντων, ὡς ἂν ὑπὸ Μακρίνου ἔτι βασιλεύοντος ἐπί τινα σπουδαῖα πεμφθέντων. ὁ μὲν οὖν ἔφυγεν, ὡς εἴρηται. ὁ δὲ στρατὸς ἑκατέρωθεν ἐμάχοντο, ὑπὲρ τοῦ Μακρίνου, οἱ σωματοφύλακες καὶ δορυφόροι (οὓς δὴ πραιτωριανοὺς καλοῦσιν) οἱ γενναίως ἀνθεστήκεσαν παντὶ τῷ ἄλλῳ στρατῷ, ἅτε ὄντες μέγιστοί τε καὶ ἐπίλεκτοι· τὸ δὲ ἐπίλοιπον πᾶν πλῆθος, ὑπὲρ τοῦ Ἀντω-

νίνου

νίνου ἠγωνίζοντο. ὡς δὲ ἐπὶ πολὺ τὸν Μακρῖνον οὐκ ἔβλεπον οἱ ὑπὲρ αὐτοῦ μαχόμενοι, οὐδὲ τὰ τῆς βασιλείας σύμβολα, διηπόρουν δὲ ποῦ ποτε ἄρα εἴη, πότερον ἐν τῷ πλήθει τῶν κειμένων, ἢ ἀποδρὰς ᾤχετο, ἠγνόουν τε πῶς χρήσονται τῷ πράγματι. οὔτε γὰρ μάχεσθαι ἤθελον ὑπὲρ τοῦ μὴ παρόντος, παραδοῦναι δὲ αὐτοὺς ἐκδότους, καὶ ὥσπερ αἰχμαλώτους ᾐδοῦντο.

θ'. Ὡς δὲ παρὰ τῶν αὐτομόλων ἐπύθετο Ἀντωνῖνος τὴν τοῦ Μακρίνου φυγὴν, πέμψας κήρυκας, διδάσκει αὐτοὺς, ὅτι μάτην ὑπὲρ ἀνάνδρου καὶ φυγάδος μάχονται· ἄδειάν τε καὶ ἀμνηστίαν ἐνόρκως ὑπισχνεῖται, καλεῖ τε καὶ αὐτοὺς δορυφορήσοντας· οἱ μὲν οὖν, πεισθέντες, προσεχώρησαν. ὁ δὲ Ἀντωνῖνος πέμπει τοὺς διώξοντας τὸν Μακρῖνον πολὺ προκεχωρηκότα. ἐν Χαλκηδόνι γοῦν τῆς Βιθυνίας κατελήφθη, νοσῶν χαλεπώτατα, ὑπό τε τῆς συνεχοῦς ὁδοιπορίας συντετριμμένος. ἔνθα αὐτὸν εὑρόντες ἔν τινι κρυπτόμενον [1] προαστείῳ, οἱ διώκοντες τὴν [2] κεφαλὴν ἀπέταμον.

liabatur. Sed ubi diu neque Macrinum jam ipſum, neque Imperii ſigna conſpiciebant, qui pro illo certamen ſubierant, ignari ubinam foret, jaceret, an aufugiſſet, haud ſatis conſtitutum habentes quod ſibi capiendum conſilium foret, neque periclitari diutius pro eo decreverant, qui jam nuſquam compareret, & ſe permittere hoſtium poteſtati, & quaſi dediticios captivoſque verebantur.

IX. Ut autem à captivis audivit Antoninus, aufugiſſe è prælio Macrinum, mittit ſtatim nuncios, qui doceant fruſtrà illos pro homine paviduſſimo ac fugitivo decertare: veniamque & oblivionem omnium jurejurando pollicetur, ſtipatoreſque jam tum ſibi illos adſciſcit. Igitur omnes re credita ceſſerunt. At verò Antoninus mittit illico, qui Macrinum conſequantur, quum jam plurimum viæ præceſſiſſet. Inventus autem eſt in Chalcedone, Bithyniæ urbe, graviſſimè ægrotans, ac perpetuo itinere attritus, latitans in ſuburbano quodam, ubi illi

1 Προαστείῳ. Vicus hic, quem ſuburbanum nominat, Euſebio dicitur Archelais. Dioni Eribolus: Caſaub. Jul. Capit.

2 Τὴν κεφαλὴν ἀπέταμον. Ad Cappadociam reductus eſt Macrinus, ubi captivitate filii cognitâ, è vehiculo ſe dejecit, confractoque humero non multò poſt occiſus eſt (anno ætat. 54. imperii vero primo, cum duobus menſibus, triduo dempto) à puero everſus, quod his verſibus prædictum eſt.

Ὦ γέρον ἦ μάλα δή σε νέοι τείρουσι μαχηταί,
Σὴ δὲ βίη λέλυται, χαλεπὸν δέ σε γῆρας ἱκάνει.

Heu tua vis reſoluta ſenex cadit, ægra ſenectus
Te domat, & Juvenis carpit tua robora miles. *Zon.*

caput abſciſſum. Dicebatur autem Romam properare, fretus popularibus ſtudiis: ſed tranſgredientem in Europam, anguſto Propontidos freto, jamque Byzantio appropinquantem, vento adverſo uſum perhibent, quaſi vento ipſo ad ſupplicium retrudente. Tantillum igitur abfuit Macrinus, quominus perſecutores effugerit, finem vitæ ſortitus fœdiſſimum; qui Romam reverti pòſt voluerit, quod ſtatim à principio facere oportuerat. Offendit autem conſilio pariter atque fortuna. Ita ſcilicet occiſus eſt Macrinus cum filio Diadumeno, quem jam Cæſarem fecerat.

X. Poſtea verò quàm exercitus univerſus Antoninum (ad quem tranſierat) Imperatorem conſalutavit, atque ille ſummam rerum ſuſcepit, rebus jam in Oriente (ut quæque maximè urgebant) ordinatis, ab aviâ ſcilicet atque amicis, qui cum eo verſabantur (nam ipſe adoleſcens admodum, ac rerum & literarum erat imperitus) haud diu moratus, profectionem edicit, feſtinante imprimis Mæſa ad

ἐλέγετο γὰρ σπεύδειν εἰς τὴν Ῥώμην, θαῤῥῶν τῇ τοῦ δήμου περὶ αὐτὸν σπουδῇ. περαιούμενον δ' αὐτὸν εἰς τὴν Εὐρώπην, διὰ τοῦ στενοῦ τοῦ Προποντίδος πορθμοῦ, ἤδη τε τῷ Βυζαντίῳ προσπελάζοντα, φασὶν ἀντιπνοίᾳ χρήσασθαι, ἐπανάγοντος αὐτὸν τοῦ πνεύματος εἰς τὴν τιμωρίαν. παρὰ τοσοῦτον μὲν δὴ Μακρῖνος οὐκ ἐξέφυγε τοὺς διώκοντας· τέλει τε ἐχρήσατο αἰσχρῷ, ὕστερον θελήσας εἰς τὴν Ῥώμην ἀνελθεῖν, δέον ἐν ἀρχῇ τοῦτο ποιῆσαι· ὁμοῦ δὲ ἔπταισε καὶ γνώμῃ καὶ τύχῃ. [1] τέλει μὲν δὴ τοιούτῳ ὁ Μακρῖνος ἐχρήσατο, συναναιρεθέντος αὐτῷ καὶ τοῦ παιδὸς, ὃν ἦν ποιήσας Καίσαρα, Διαδουμενιανὸν καλούμενον.

ι'. Ἐπεὶ δὲ ὅ, τε στρατὸς πᾶς μετελθὼν πρὸς τὸν [2] Ἀντωνῖνον, προσεῖπε βασιλέα, τά τε τῆς ἀρχῆς ὑπεδέξατο, διοικηθέντων αὐτῷ κατὰ τὴν ἀνατολὴν τῶν ἐπειγόντων, ὑπό τε τῆς μάμμης καὶ τῶν συνόντων φίλων, (αὐτὸς γὰρ ἦν νέος τε τὴν ἡλικίαν, πραγμάτων τε καὶ παιδείας ἄπειρος) οὐ πολλοῦ χρόνου διατρίψας, εἶχε περὶ ἔξοδον, σπουδούσης μάλιστα τῆς Μαίσης εἰς τὰ συνήθη

1 Τέλει μὲν δὴ τοιούτῳ, &c. Cum Macrino unà occiſum fuiſſe filium *Diadumenum*, cum Herodiano conſentit Capitol. Scribit tamen *Lampridius* imperium per aliquod tempus ab eo geſtum fuiſſe, ipſiuſque vitam ab Herodiano præteritam obſervat, hiſce verbis, *Herodianus Græcus ſcriptor hæc præteriens, Diadumenum tantum Cæſarem dicit puerum à militibus nuncupatum, & cum Patre occiſum.* Æd. Lamprid.

2 Et hic quidem priùs dictus eſt *Varius* [quia mater ejus Soæmis nupſerat, Οὐάρῳ Μαρκέλλῳ Σύρῳ ἀνδρί, ut ex Dion. notat Caſaub] pòſt *Heliogabalus*, à ſacerdotio Dei Heliogabali, poſtremò cum imperium accepiſſet, *Antoninus* appellatus eſt, quod id nomen uſque adeo charum eſſe gentibus cognovit. *Lampr.* Verùm habuit etiam nomina *Aviti*, *Pſeudantonini*, *Aſſyrii*, *Sardanapali*, *Tyberini*, (de quo poſteà) ut conſtat ex Dion. & Xiph.

ἑαυτῇ

ἑαυτῇ βασίλεια Ῥώμης. ὡς δὲ τῇ τε συγκλήτῳ καὶ τῷ Ῥωμαίων δήμῳ τὰ πραχθέντα ἐδηλώθη, δυσφόρως μὲν πάντες ἤκουσαν, ὑπεῖκον δὲ ἀνάγκῃ, τοῦ στρατοῦ ταῦτα ᾑρημένου. κατεγίνωσκόν τε τοῦ Μακρίνου ῥαθυμίαν τε καὶ τρόπων χαυνότητα· αἴτιόν τε οὐκ ἄλλον, ἀλλ' ἢ αὐτὸν ἑαυτῷ γεγενῆσθαι ἔλεγον.

ια'. Ὁ δὲ Ἀντωνῖνος ἀπάρας τῆς Συρίας, ἐλθών τε εἰς τὴν Νικομήδειαν, ἐχείμαζε, τῆς ὥρας τοῦ ἔτους οὕτως ἀπαιτούσης. εὐθέως τε [1] ἐξεβακχεύετο, τήν τε ἱερωσύνην τοῦ ἐπιχωρίου θεοῦ, ᾗ ἐντέθραπτο, περιεργότερον ἐξωρχεῖτο. σχήμασί τε ἐσθῆτος πολυτελεστάτης χρώμενος, διά τε πορφύρας χρυσοῦ ὑφάσμασι, περιδεραίοις τε καὶ ψελλίοις κοσμούμενος, εἰς εἶδος δὲ τιάρας στεφάνην ἐπικείμενος, χρυσῷ καὶ λίθοις ποικίλοις τιμίοις. ἦν τε αὐτῷ τὸ σχῆμα μεταξὺ Φοινίσσης ἱερᾶς στολῆς, καὶ χλιδῆς Μηδικῆς. Ῥωμαϊκὴν δὲ ἢ Ἑλληνικὴν πᾶσαν ἐσθῆτα ἐμυσάττετο, ἐρίων φάσκων εἰργάσθαι, πράγματος εὐτελοῦς. τοῖς δὲ Σύρων ὑφάσμασι μόνοις ἠρέσκετο· προῄει τε ὑπὸ αὐλοῖς καὶ τυμπάνοις, τῷ θεῷ δῆθεν ὀργιάζων.

Romanam aulam, cui tamdiu insueviſſet. Sed ut Senatui populoque Romano res innotuit, omnes eum nuncium gravitèr accepere. Sed parendum neceſſitati fuit, electo à militibus principe. Cæterùm incuſantes Macrini negligens ingenium, fluxoſque mores, neminem utique alium, ſed ipſum ſibi fuiſſe mali cauſam dictitabant.

XI. At verò Antoninus è Syria profectus, Nicomediæ hyemavit, ita poſtulante anni tempore. Statim igitur debacchari ſupra modum cœpit: cultumque patrii numinis, cui dicatus fuerat, celebrare ſupervacuis ſaltationibus, veſtitum uſurpans luxurioſum, purpura intextum, atque auro monilibuſque & armillis redimitus; coronas etiam ſuſtinens ad tiaræ modum, auro lapilliſque precioſis inſignitas. Forma habitus inter Phœniſſam ſacram ſtolam, ac Medorum mollem amictum. Nam Romanam veſtem, aut Græcanicam planè aſpernabatur, è lana (ut ipſe aiebat) hoc eſt è re viliſſima confectam: Neque alia niſi Syrorum texta ipſi placebant; atque ad tibiarum ſonum & tympanorum in publicum prodibat, orgia ſcilicet numinis celebrans.

1 Ἐξεβακχεύετο. Belluinis hujus monſtri vitiis lectorem nolo offendere, conſulat (qui tanta vitiorum prodigia audire poteſt) Dionem, Lampridium, & Xiphilinum, cujus hæc ſaltem verba, ſalvâ modeſtiâ, legi poſſunt, ἐς δὲ δὴ τ' ἄλλα πάντα καὶ αἰσχέστατος, καὶ παρανομώτατος, καὶ μιαρώτατος ὤφθη. Xiph.

XII. Hæc

XII. Hæc cernens Mæsa, ac ferens iniquo animo, supplex illi persuadere conabatur, ut Romanum assumeret cultum, ne urbem mox curiamque ingrediens, peregrino illo barbaricoque habitu, spectantium oculos perstringeret, insolentes ejuscemodi mundiciarum, ac reputantes mulierculis quàm viris congruentiores. At is cùm ea quæ anus dixerat esset aspernatus, neque alii cuiquam aurem præbuisset (neque enim admittebat nisi moribus iisdem præditos, & qui ipsius vitiis assentarentur) volens Senatum populumque Romanum spectaculo cultus illius assuescere, ac se absente periculum fieri, quonam animo illud ferrent; picta sui totius imagine maximâ, qualis conspiciebatur & cùm in publicum prodiret, & quum sacerdotio fungeretur; ac repræsentatâ etiam figura Dei, cui sacerdotis munus in illâ tabulâ obibat; Romam misit, jussitque ut in mediâ curiâ, loco altissimo, supra caput statuæ Victoriæ collocaretur; ut cùm Senatus haberetur, thura unusquisque adoleret, merumque libaret. Edixit item, ut omnes Romani magistratus, quique publicè sacra facerent, ante alios Deos, quorum meminisse inter sacrificandum solent, novum illum Deum Heliogabalum nuncuparent.

ιβ΄. Η δὲ Μαισὰ ταῦτα ὁρῶσα, πάνυ ἤσχαλλε· πείθειν τε λιπαροῦσα ἐπειρᾶτο μεταμφιέσασθαι τὴν Ῥωμαίων στολὴν, μέλλοντά τε εἰς τὴν πόλιν ἀφίξεσθαι, καὶ εἰς τὴν σύγκλητον εἰσελεύσεσθαι, μὴ ἀλλοδαπὸν ἢ παντάπασι βάρβαρον τὸ σχῆμα ὀφθὲν, εὐθὺς λυπήσῃ τοὺς ἰδόντας, ἀήθεις τε ὄντας, καὶ οἰομένους τὰ τοιαῦτα καλλωπίσματα οὐκ ἀνδράσιν ἀλλὰ θηλείαις πρέπειν. ὁ δὲ, καταφρονήσας τῶν ὑπὸ τῆς πρεσβύτιδος λεχθέντων, μήδ' ἄλλῳ τινὶ πεισθεὶς (οὐδὲ γὰρ προσίετο εἰ μὴ τοὺς ὁμοιοτρόπους τε καὶ κόλακας αὐτοῦ τῶν ἁμαρτημάτων) βουλόμενος ἐν ἔθει γενέσθαι τῆς τοῦ σχήματος ὄψεως τήν τε σύγκλητον καὶ τὸν δῆμον Ῥωμαίων, ἀπόντος τε αὐτοῦ πεῖραν δοθῆναι πῶς φέρουσι τὴν ὄψιν τοῦ σχήματος, εἰκόνα μεγίστην γράψας παντὸς ἑαυτοῦ, οἷος προσιών τε καὶ ἱερουργῶν ἐφαίνετο, παραστήσας τε ἐν τῇ γραφῇ τὸν τύπον τοῦ ἐπιχωρίου θεοῦ ᾧ δὴ καλλιεργῶν ἐγέγραπτο· πέμψας τε εἰς τὴν Ῥώμην, ἐκέλευσεν ἐν τῷ μεσαιτάτῳ τῆς συγκλήτου τόπῳ, ὑψηλοτάτῳ τε, τὴν εἰκόνα ἀνατεθῆναι ὑπὲρ κεφαλῆς τοῦ ἀγάλματος τῆς Νίκης. ὡς συνιόντες εἰς τὸ βουλευτήριον, λιβανωτόν τε θυμιῶσιν ἕκαστος, καὶ οἶνον σπένδουσι. προσέταξέ τε πάντας τοὺς Ῥωμαίων ἄρχοντας, καὶ εἴ τινες δημοσίας θυσίας ἐπιτελοῦσι, πρὸ τῶν ἄλλων θεῶν οὓς δὴ καλοῦσιν ἱερουργοῦντας, ὀνομάζειν τὸν νέον θεὸν Ἐλεογάβαλον.

ιγ΄. [1] Ως

ιγ'. [1] Ὡς δὲ εἰς τὴν Ῥώμην ἀφίκετο τῷ προειρημένῳ σχήματι, οὐδὲν παράδοξον εἶδον οἱ Ῥωμαῖοι, τῇ γραφῇ ἐνειθισμένοι. δοὺς δὲ τὰς συνήθεις τῷ δήμῳ νομὰς, ἐπὶ τῇ τῆς βασιλείας διαδοχῇ, φιλοτίμως τε καὶ πολυτελεῖς ἐπιτελέσας παντοδαπὰς θέας· νεών τε μέγιστον καὶ κάλλιστον κατασκευάσας τῷ θεῷ, βωμούς τε πλείστους περὶ τὸν νεὼν ἱδρύσας, ἑκάστοτε προϊὼν ἕωθεν ἑκατόμβας τε ταύρων, καὶ προβάτων πολὺ πλῆθος κατέσφαττε· τοῖς τε βωμοῖς ἐπετίθει, παντοδαποῖς ἀρώμασι σωρεύων, οἴνου τε τοῦ παλαιοτάτου καὶ καλλίστου πολλοὺς ἀμφορέας τῶν βωμῶν [2] προχέων, ὡς ῥεῖθρα φέρεσθαι οἴνου τε καὶ αἵματος μεμιγμένου. περί τε τοὺς βωμοὺς ἐχόρευεν, ὑπὸ παντοδαποῖς ἤχοις ὀργάνων· γύναιά τε ἐπιχώρια ἐχόρευε σὺν αὐτῷ, περιθέοντα τοῖς βωμοῖς, κύμβαλα ἢ τύμπανα μετὰ χεῖρας φέροντα· περιεστήκει δὲ πᾶσα ἡ σύγκλητος, καὶ τὸ ἱππικὸν τάγμα ἐν θεάτρου σχήματι. τὰ δὲ σπλάγχνα τῶν ἱερουργηθέντων, τά τε ἀρώματα, ἐν

XIII. Quapropter ut in urbem pervenit, nihil scilicet novum Romani viderunt, insueti jam picturæ. Diviso igitur congiario in populum (ut mos est imperium suscipientibus) spectacula omnifariam edebat magnificentissima: templumque item maximum, pulcherrimumque Deo erexit, plurimasque circa templum constituit aras: ad quas quotidie mane taurorum hecatombas, & ovium magnam multitudinem immolabat, coacervatisque supra aras omne genus odoribus, etiam veterrimi cujusque optimique vini plurimas amphoras ante aras profundebat, sic ut rivi passim vini sanguinisque promiscuè defluerent. Chorosque circum aras agitabat, nullis non organis consonantibus, unaque mulieribus Phœnissis cursitantibus in orbem, cymbalaque inter manus habentibus, aut tympana, omni circumstante senatu, atque equestri ordine ad theatri formam. Exta porro victimarum, atque aromata, intra lances aureas, capitibus imposita

1 Ὡς δὲ εἰς τὴν Ῥώμην ἀφίκετο. &c. Sed ubi primo ingressus est urbem, *Heliogabalum* in Palatino monte juxta ædes imperatorias consecravit, eique templum fecit, studens & Martis typum (διοπετὲς illud ἄγαλμα quod in primo libro describit Her.) & Vestæ ignem, & Palladium, & ancilia, & omnia Romanis veneranda, in illud transferre templum, & id agens nequis Romæ Deus nisi Heliogab. coleretur. Dicebat præterea Judæorum & Samaritanorum religiones, & Christianam devotionem illic transferendam, ut omnium culturarum secretum, Heliogabali sacerdotium teneret: omnes enim (ut postea) alios Deos, sui Dei ministros esse aiebat; cùm alios cubicularios ejus appellaret, alios servos, alios aliarum rerum ministros. Lampr.

2 Τῶν βωμῶν προχέων, &c. Confirmat hanc phrasin illud Virg. *Hoc Pater Anchises auro libabat ad aras. Æn. 7.* --- *paterisque altaria libant. Æn. 12. Sylburg.*

gestabant,

gestabant, non quidem famuli aliqui, aut humiles personæ, sed præfecti exercitibus, & quicunque maximas dignitates obtinebant, induti tunicas talares ac manuleatas, Phœnicum more, unamque in medio purpuram ferentes: sed & linteis calceamentis utebantur, quemadmodum vates in eis Regionibus consueverunt. Porrò ingentem se honorem tribuere putabat, quibus ejuscemodi sacrificia participaret.

XIV. Sed quamvis instaurare choros & sacra facere perpetuò videretur, plurimos tamen ex illustribus viris atque opulentis interfecit, delatos sibi, quòd parum læti illiusmodi vita, etiam in ipsum quandoque cavillarentur. Duxit præterea uxorem illustrissimam, quam etiam Augustam appellavit: cumque eâ tamen paulò post divortium fecit, ademptisque honoribus privatam colere vitam jussit. Post illam verò, quum simulasset amore se teneri (ut ea etiam quæ sunt virorum facere videretur) virginis quæ Romanæ Vestæ in sacerdotale munus addicta erat, & quam sacræ leges castitatem colere, atque ad finem usque vitæ manere virginem jubent, abreptam è Vestæ templo, & sacro virginum domicilio, in uxorem accepit, scripsitque ad senatum, ut tantum flagitium piaculumque ex-

χρυσοῖς σκεύεσιν ὑπὲρ κεφαλῆς οὐκ οἰκέται δή τινες ἢ εὐτελεῖς ἄνθρωποι ἔφερον, ἀλλ' οἵ τ' ἔπαρχοι τῶν στρατοπέδων, καὶ οἱ ἐν ταῖς μεγίσταις πράξεσιν· ἀνεζωσμένοι, οἱ μὲν, χιτῶνας ποδήρεις καὶ χειριδωτοὺς, νόμῳ Φοινίκων, ἐν μέσῳ φέροντες μίαν πορφύραν· ὑποδήμασί τε λίνου πεποιημένοις ἐχρῶντο, ὥσπερ οἱ κατ' ἐκεῖνα τὰ χωρία προφητεύοντες. ἐδόκει δὲ τιμὴν μεγίστην νέμειν, οἷς ἐκοινώνει τῆς ἱερουργίας.

ιδ'. Πλὴν, καίτοι χορεύειν ἀεὶ καὶ ἱερουργεῖν δοκῶν, πλείστους ἀπέκτεινε τῶν ἐνδόξων τε καὶ πλουσίων, διαβληθέντας αὐτῷ ὡς ἀπαρεσκομένους καὶ σκώπτοντας αὐτοῦ τὸν βίον. ἠγάγετο δὲ γυναῖκα, τὴν εὐγενεστάτην Ῥωμαίων, [1] ἣν Σεβαστὴν ἀναγορεύσας, μετ' ὀλίγον χρόνον ἀπεπέμψατο, ἰδιωτεύειν κελεύσας, καὶ τῶν τιμῶν περιελόμενος. μετ' ἐκείνην δὲ προσποιησάμενος ἐρᾷν (ἵνα δὴ καὶ τὰ τῶν ἀνδρῶν πράττειν δοκοίη) παρθένου τῆς Ῥωμαίων Ἑστίας ἱερωμένης, ἁγνεύειν τε πρὸς τῶν ἱερῶν νόμων κελευομένης, καὶ μέχρι τέλους τοῦ βίου παρθενεύεσθαι, ἀποσπάσας αὐτὴν τῆς Ἑστίας, καὶ τοῦ ἱεροῦ παρθενῶνος, γυναῖκα ἔθετο· ἐπιστείλας τῇ συγκλήτῳ, καὶ παραμυθησάμενος ἀσέβημά τε καὶ ἁμάρτημα τηλικοῦτον, φήσας ἀνθρώπινόν

1 Τὴν Σεβαστὴν ἀναγορεύσας. Pulcherrimam *Bassi* uxorem sibi assumpsit, idemque *Corneliam Paulam* duxit in matrimonium, quo fieret pater (ut dicebat) celerius, qui ne vir quidem esse potuit. Xiph.

τι πεπονθέναι πάθος· ἔρωτι γὰρ τῆς κόρης ἑαλωκέναι. ἁρμόζοντά τε καὶ σεβάσμιον εἶναι γάμον ἱερέως τε καὶ ἱερείας. πλὴν καὶ ταύτην οὐ μετ' οὐ πολὺ ἀπεπέμψατο. τρίτην δὲ πάλιν ἠγάγατο, ἀναφέρουσαν τὸ γένος εἰς Κόμμοδον.

ιε΄. Ἔπαιζε δὲ γάμους οὐ μόνον ἀνθρωπείους, ἀλλὰ καὶ τῷ θεῷ, ᾧ ἱεράτευε, γυναῖκα ἐζήτει. καὶ τῆς τε [1] Παλλάδος τὸ ἄγαλμα, ὃ κρυπτὸν καὶ ἀόρατον σέβουσι Ῥωμαῖοι, εἰς τὸν ἑαυτοῦ θάλαμον μετήγαγε· καὶ μὴ κινηθὲν ἐξ οὗπερ ἦλθεν ἀπὸ Ἰλίου (εἰ μὴ ὅτε πυρὶ κατεφλέχθη ὁ νεὼς) ἐκίνησεν οὗτος, καὶ πρὸς γάμον δὴ εἰς τὴν βασίλειον αὐλὴν τῷ θεῷ ἀνήγαγε. φήσας δὲ ἀπαρέσκεσθαι αὐτῷ, ὡς [2] πάντα ἐν ὅπλοις καὶ πολεμικῇ θεῷ, τῆς Οὐρανίας τὸ ἄγαλμα μετεπέμψατο, σεβόντων αὐτὸ ὑπερφυῶς Καρχηδονίων τε καὶ τῶν κατὰ τὴν Λιβύην ἀνθρώπων. φασὶ δὲ αὐτὸ Διδὼ τὴν Φοίνισσαν ἱδρύσασθαι, ὅτε δὴ τὴν ἀρχαίαν Καρχηδόνα πόλιν ἔκτισε, βύρσαν κατατεμοῦσαν. Λίβυες μὲν οὖν αὐτὴν Οὐρανίαν καλοῦσι, Φοίνικες δὲ Ἀστροάρχην ὀνομάζουσι, σελήνην εἶναι θέλοντες. [3] ἁρμόζειν τοίνυν λέγων ὁ Ἀντωνῖνος γάμον ἡλίου καὶ σελήνης, τό, τε ἄγαλμα

cusatione molliret, id sibi accidisse quod aliis hominibus solet, illius enim puellæ amore captum se fuisse. Cæterùm, sacerdoti congruere sacerdotis nuptias, ob idque etiam augustiores futuras. Sed eam quoque paulo post dimisit, tertia uxore ducta, quæ referre suum genus ad Commodum dicebatur.

XV. Neque verò humana tantum matrimonia ludebat, sed etiam Deo suo quærebat uxorem. Itaque Palladis simulacrum, quod occultum Romani, neminique videndum colunt, in cubiculum suum transtulit: immotumque ad eam diem, ex quo Ilio avectum fuerat, præterquam quum templum conflagravit, ipse emovit sedibus: eamque Deam sui Dei conjugem, in aulam imperatoriam adduxit. Dein, cordi esse negans Deo belligeram uxorem, atque armatam, simulacrum Uraniæ jussit afferri. Quod scilicet Africæ venerabile, positum fuisse à Phœnissa Didone creditur, quo tempore antiquam Carthaginem dissecto corio ædificavit. Hanc Afri Uraniam vocant, Phœnices Astroarchem, Lunam esse affirmantes. Congruere igitur aiebat Antoninus matrimonium Solis & Lunæ. Itaque & simulacrum afferri jussit, & auri quicquid

1 Vide annotat. 4.

2 Ὡς πάντα. Suspecta est ea vox Stephano, & in seq. aliquid immutandum esse videtur: si velis, pro πολεμικῇ Θεῷ legas πολεμικὴν Θεόν.

3 Scribit Xiphilinus ipsum uxorem suam Deo Heliogabalo in matrimonium dedisse.

in templo erat, pecuniamque quam plurimam Deo ſuo dotis nomine dari præcepit. Quod ubi illatum eſt, ac prope Heliogabalum conſtitutum, juſſit urbe tota Italiaque feſtos dies celebreſque, & lætitiæ plenos publicè privatimque, quaſi Diis nubentibus, agitari.

XVI. Fecit & in ſuburbano templum maximum ac magnificentiſſimum, in quod anno vertente Deum ſuum adulta jam æſtate deducebat, ludiſque curulibus & ſcenicis, epuliſque & pervigiliis populum à ſe oblectari arbitrabatur. Ipſum porro Dei ſimulacrum impoſitum vehiculo, quod eſſet auro, precioſiſque lapidibus exornatum; deducebat ex urbe in ſuburbanum: trahentibus equis ſejugibus, emaculato candore, ac magnitudine præcellentibus, auroque multo & phalerarum varietate conſpiciendis, ac tenebat [Heliogabalus] habenas. Neque enim quiſquam mortalium eum inſcenderat currum, ſed circumſtabant omnes quaſi aurigantem Deum. Antoninus autem retrorſus currens, ac ſimulacrum ipſum aſpectans, currum antecedebat, frænos manibus retinens, totumque iter ita retrorſum currens, ac Deum ſemper reſpectans confecit. Ac ne caderet, labereturque, ignarus quò tenderet, auroſam ſubſtraverant arenam plurimam, militeſque eum utrinque retentabant, quò

μετεπέμψατο, καὶ πάντα τὸν ἐκεῖθεν χρυσόν· χρήματά τε πάμπλειστα τὸν θεὸν εἰς προῖκα δὴ ἐπιδοῦναι ἐκέλευσε. κομισθέν τε τὸ ἄγαλμα συνῴκισε δὴ τῷ θεῷ, κελεύσας πάντας τοὺς κατὰ Ῥώμην καὶ Ἰταλίαν ἀνθρώπους ἑορτάζειν, παντοδαπαῖς τε εὐφροσύναις καὶ εὐωχίαις χρῆσθαι δημοσίᾳ τε καὶ ἰδίᾳ, ὡς δὴ γαμούντων θεῶν.

ιϛʹ. Κατεσκεύασε δὲ καὶ ἐν τῷ προαστείῳ νεὼν μέγιστόν τε καὶ πολυτελέστατον, εἰς ὃν ἑκάστου ἔτους κατῆγε τὸν θεὸν, ἀκμάζοντος θέρους. πανηγύρεις τε παντοδαπὰς συνεκρότει, ἱπποδρόμους τε κατασκευάσας καὶ θέατρα, διά τε ἡνιοχείας καὶ πάντων θεαμάτων καὶ ἀκουσμάτων πλείστων, εὐωχούμενον τὸν δῆμον, καὶ παννυχίζοντα εὐφραίνειν ᾤετο. τόν τε θεὸν αὐτὸν ἐπιστήσας ἅρματι, χρυσῷ τε καὶ λίθοις τιμιωτάτοις πεποικιλμένον, κατῆγεν ἀπὸ τῆς πόλεως ἐπὶ τὸ προάστειον. τὸ δὲ ἅρμα ἦγεν ἑξάπωλον, ἵππων λευκῶν, μεγίστων τε καὶ ἀσπίλων, χρυσῷ πολλῷ καὶ φαλάροις ποικίλοις κεκοσμημένων. τάς τε ἡνίας κατεῖχεν. οὐδέπω δὲ τοῦ ἅρματος ἄνθρωπος ἐπέβαινεν, αὐτῷ δὲ περιέκειντο, ὡς ἡνιοχοῦντι δὴ τῷ θεῷ. ὁ δ' Ἀντωνῖνος ἔθεε πρὸ τοῦ ἅρματος, ἀναποδίζων εἰς τοὐπίσω, εἴς τε τὸν θεὸν ἀποβλέπων, καὶ τοὺς χαλινοὺς ἀντέχων τῶν ἵππων· πᾶσάν τε τὴν ὁδὸν ἤνυε, τρέχων ἔμπαλιν ἑαυτοῦ, ἀφορῶν τε εἰς τὸ πρόσθεν τοῦ θεοῦ. πρός τε τὸ μὴ πταῖσαι αὐτὸν ἢ διολισθαίνειν, οὐχ ὁρῶντα ὅπου βαίνει, γῆ τε ἡ χρυσίζουσα παμπλείστη ὑπε-

στρῶντο, οἵ τε περιασπίζοντες, ἑκατέρωθεν ἀντεῖχον, τῆς ἀσφαλείας τοῦ τοιούτου δρόμου προνοούμενοι· ὁ δὲ δῆμος ἑκατέρωθεν παρέθει, μετὰ παντοδαπῆς δᾳδουχίας, στεφάνους καὶ ἄνθη ἐπιῤῥιπτοῦντες, ἀγάλματά τε πάντων θεῶν, καὶ εἴ τι πολυτελὲς ἀνάθημα καὶ τίμιον, ὅσα τε τῆς βασιλείας σύμβολα, ἢ πολυτελῆ κειμήλια· οἵ τε ἱππεῖς καὶ στρατὸς πᾶς προεπόμπευον τοῦ θεοῦ. μετὰ δὲ τὸ καταγαγεῖν αὐτὸν, καὶ ἱδρύσαι ἐν τῷ ναῷ, τάς τε προειρημένας θυσίας· καὶ πανηγύρεις ἐπετέλει. πύργους τε μεγίστους καὶ ὑψηλοτάτους κατασκευάσας, ἀνιών τε ἐπ' αὐτοῖς, ἐῤῥίπτει τοῖς ὄχλοις, (ἁρπάζειν πᾶσιν ἐπιτρέπων) ἐκπώματά τε χρυσᾶ καὶ ἀργυρᾶ, ἐσθῆτας τε καὶ ὀθόνας παντοδαπάς, ζῶά τε πάντα, ὅσα ἥμερα, ὅσα ἀτίθασσα, πλὴν χοίρων· τούτων γὰρ ἀπείχετο, Φοινίκων νόμῳ. ἐν δὴ ταῖς ἁρπαγαῖς πολλοὶ διεφθείροντο, ὑπό τε ἀλλήλων πατούμενοι, καὶ τοῖς δόρασι τῶν στρατιωτῶν περιπίπτοντες, ὡς τὴν ἐκείνου ἑορτὴν πολλοῖς φέρειν συμφοράν. αὐτὸς δὲ ἐβλέπετο πολλάκις ἡνιοχῶν, ἢ ὀρχούμενος· οὐδὲ γὰρ λανθάνειν ἤθελεν ἁμαρτάνων. προῄει τε ὑπογραφόμενος τοὺς ὀφθαλμοὺς, καὶ τὰς παρειὰς ἐρυθραίνων, φύσει τε πρόσωπον ὡραῖον ὑβρίζων βαφαῖς ἀσχήμοσιν.

ιζ'. Ορῶσα δὲ ταῦτα ἡ Μαισὰ, ὑποπτεύουσά τε τοὺς στρατιώτας ἀπαρέσκεσθαι τῷ τοιούτῳ τοῦ βασιλέως βίῳ, καὶ δεδοικυῖα μή τι ἐκείνου παθόντος, πάλιν ἰδιωτεύῃ, πείθει αὐ-

tutius retrocederet; discurrente etiam cum facibus utrinque populo, & coronas floresque jaciente. Tum Deorum omnium simulacra, & quicquid conspicuum in templis, principatusque insignia, & preciosissima supellex: equites item, & exercitus universus pompam illiusmodi comitabantur. Ubi autem deduxerat, atque in templo constituerat sacris jam celebritatibusque quas diximus peractis, maximas altissimasque turres ad ipsum extructas conscendebat, inde scilicet in plebem (concessà omnibus veniâ arripiendi quicquid poterant) missilia sparsurus, aurea videlicet argenteaque pocula, vestesque & lintea omne genus; bestias præterea cicures & non cicures omnes, exceptis subus: quibus ipse (ut est mos Phœnicibus) abstinebat. Multi igitur inter rapiendum periere, partim invicem proculcati, partim militum hastis incidentes, sic ut ea celebritas calamitatem quàm plurimis attulerit. Ipse identidem aurigans aut saltans conspiciebatur, quippe ne latere quidem sua patiebatur flagitia: procedens etiam in publicum pictis oculis, genisque purpurissatis, faciemque suapte natura formosam indecoris coloribus inficiens.

XVII. Quod animadvertens Mæsa, ac suspectans militum indignationem, metuensque ne si illi quid accidisset, ipsa rursus, in privatam vitam relaberetur, persuadet levi alio-

qui stolidoque adolescenti, ut sibi consobrinum suum, nepotemque ipsius ex altera filiarum Mammæa prognatum adoptaret, & Cæsarem declararet. Ita ad gratiam loquuta, oportere jam ipsum sacerdotio, religionique numinis vacantem bacchari, ac Deûm celebrare orgia: sufficiendum autem alterum, qui res curaret humanas, quique illi principatum vacuum ab omni molestia curaque præstaret. Neque tamen peregrinum aliquem, aut alienum hominem requirendum, consobrino potissimum id honoris tribuendum. Alexiano igitur nomen mutatur, atque Alexander vocatur, avi nomine in illius Macedonis nomen traducto: quippe qui & celeberrimus esset, & in magno honore ab eo habitus fuisset, qui amborum pater existimabatur. Nam Antonini Severi filii adulterium utraque Mæses filia, nec non ipsamet anus jactabat, ut milites pueros amore prosequerentur, quum illius esse filios putarent.

XVIII. Quare Cæsar declaratus Alexander, consulque factus cum Antonino est, descendensque in senatum hæc rata fecit, quum omnes perridiculè decrevissent quæ jubebantur: illum quidem haberi patrem, qui natus foret annos circiter sedecim, Alexandrum verò filium qui tum duodecimum attigisset. Postea

τὸν (κοῦφον ἄλλως καὶ ἄφρονα νεανίαν) θέσθαι υἱόν, Καίσαρα δὲ ἀποδεῖξαι, τὸν ἑαυτοῦ μὲν ἀνεψιόν, ἐκείνης δὲ ἔκγονον, ἐκ τῆς ἑτέρας θυγατρὸς Μαμμαίας· εἰποῦσα αὐτῷ κεχαρισμένα, ὡς ἄρα χρὴ ἐκεῖνον μὲν τῇ ἱερωσύνῃ καὶ θρησκείᾳ σχολάζειν τοῦ θεοῦ, βακχείαις καὶ ὀργίοις, τοῖς τε θείοις ἔργοις ἀνακείμενον· εἶναι δὲ ἕτερον τὸν τὰ ἀνθρώπεια διοικοῦντα, ἐκείνῳ δὲ παρέξοντα τῆς βασιλείας τὸ ἀνενόχλητόν τε καὶ ἀμέριμνον. μὴ δεῖν τοίνυν ξένον ζητεῖν, μηδ' ἀλλότριον, ἀλλὰ τῷ ἀνεψιῷ ταῦτα ἐγχειρίσαι. μετονομάζεται δὴ ὁ Ἀλεξιανός, καὶ Ἀλέξανδρος καλεῖται, παραχθέντος αὐτῷ τοῦ πάππου ὀνόματος, εἰς τὸ τοῦ Μακεδόνος, ὡς πάνυ τε ἐνδόξου καὶ τιμηθέντος ὑπὸ τοῦ δοκοῦντος πατρὸς ἀμφοτέρων εἶναι· τὴν γὰρ Ἀντωνίνου τοῦ Σεβήρου παιδὸς μοιχείαν ἀμφότεραι αἱ Μαίσης θυγατέρες, αὐτή τε ἡ πρεσβῦτις ἐσεμνύνετο, πρὸς τὸ τοὺς στρατιώτας στέργειν τοὺς παῖδας, υἱοὺς ἐκείνου δοκοῦντας εἶναι.

ιη'. Ἀποδείκνυται δὴ [1] Καῖσαρ Ἀλέξανδρος, ὕπατός τε σὺν τῷ Ἀντωνίνῳ. κατελθών τε εἰς τὴν σύγκλητον, ταῦτα ἐκύρωσε, γελοιότατα ψηφισαμένων πάντων ἃ ἐκελεύοντο· πατέρα μὲν ἐκεῖνον δοκεῖν, ἔτη γεγονότα περί που ἑκκαίδεκα, τὸν Ἀλέξανδρον δέ, υἱόν, τοῦ δωδεκάτου ἐπιβαί-

1 Bassianum materteræ Mammææ filium, in curiam adductum adoptavit, & *Alexandrum* appellari jussit. Xiph.

νοντα.

νοντα. ὡς δὲ Καῖσαρ ὁ Ἀλέξανδρος ἀπεδείχθη, ὁ Ἀντωνῖνος ἐβούλετο αὐτὸν τὰ ἑαυτοῦ παιδεύειν ἐπιτηδεύματα, ὀρχεῖσθαί τε καὶ χορεύειν, τῆς τε ἱερωσύνης κοινωνεῖν καὶ σχήμασι καὶ ἔργοις ὁμοίοις. ἡ δὲ μήτηρ αὐτὸν ἡ Μαμαία ἀπῆγε μὲν τῶν αἰσχρῶν καὶ ἀπρεπῶν βασιλεῦσιν ἔργων, διδασκάλους τε πάσης παιδείας λάθρα μετεπέμπετο, τοῖς τε σώφροσιν αὐτὸν ἤσκει μαθήμασι, παλαίστραις τε καὶ τοῖς ἀνδρῶν γυμνασίοις εἴθιζε· παιδείαν τε τὴν Ἑλλήνων καὶ Ῥωμαίων ἐπαίδευεν.

ιθʹ. Ἐφ᾽ οἷς Ἀντωνῖνος πάνυ ἤσχαλλε, καὶ μετεγίνωσκε θέμενος αὐτὸν υἱὸν καὶ κοινωνὸν τῆς ἀρχῆς. τούς τε οὖν διδασκάλους αὐτοῦ πάντας ἀπεσόβει τῆς βασιλείου αὐλῆς, τινάς τε αὐτῶν τοὺς ἐνδοξοτάτους, οὓς μὲν ἀπέκτεινεν, οὓς δὲ ἐφυγάδευσεν· αἰτίας γελοιοτάτας ἐπιφέρων, ὡς διαφθείροιεν αὐτῷ τὸν δοκοῦντα υἱὸν, οὐκ ἐπιτρέποντες χορεύειν, ἢ βακχεύεσθαι, σωφρονίζοντες δὲ, καὶ τὰ ἀνδρῶν διδάσκοντες. ἐς τοσοῦτον δὲ ἐξώκειλε παρανοίας, ὡς πάντα τὰ ἀπὸ τῆς σκηνῆς καὶ τῶν δημοσίων θεάτρων μεταγαγεῖν ἐπὶ τὰς μεγίστας τῶν βασιλικῶν πράξεων· καὶ τοῖς μὲν στρατοπέδοις ἔπαρχον ἐπιστῆσαι, [1] ὀρχηστήν τινα γεγονότα, καὶ δημοσίᾳ ἐν τῷ Ῥωμαίων θεάτρῳ ὀρχησάμενον ὅτε ἦν νέος. πάλιν δὲ ἕτερον ὁμοίως τῆς σκηνῆς βαστάσας

igitur quam Alexander Cæsar est appellatus, volebat eum statim Antoninus suis illis institutis imbuere, ut scilicet choros agitans, saltansque & sacerdotii particeps, vestitu eodem, atque artibus uteretur: quem tamen mater Mammæa à fœdis illis quæ Imperatores dedecebant actionibus avocabat: atque omnium disciplinarum doctores clam accersebat; ac sanis disciplinis eum imbuebat, palæstræ virilibusque exercitiis assuefaciens, Græcisque eum pariter & Latinis literis instituens.

XIX. Quibus rebus magnopore Antoninus indignabatur, jamque adoptionis imperiique participati pœnitebat. Quapropter omnes illius doctores aula exegit: quosdamque illustriores partim morte, partim exilio affecit, ridiculas allegans causas, quòd filium ipsius corrumperent, neque agitare eum choros atque debacchari sinerent, sed ad modestiam componerent, & virilia officia edocerent. Eoque vecordiæ provectus est, ut omnes scenicos artifices, ac theatricos, ad maximas imperii dignitates promoveret. Quippe exercitibus saltatorem quendam præfecit, qui olim juvenis publicè in theatro operas dederat. Alium item à scena juventuti, alium

1 Ad præfecturam prætorii saltatorem [nomen ei Comazon. Xiph. sed Zonaræ *Eutychianus*] qui histrionicam Romæ fecerat, ascivit, præfectum vigilum *Gordium* aurigam fecit, præfectum annonæ *Claudium* censorem, vel (ut Grutero placet) tonsorem. Lampr.

senatui,

ſenatui, alium etiam equeſtri ordini præpoſuit. Aurigis item & comœdis, mimorumque hiſtrionibus, maxima Imperii munia demandabat. Serviſque ſuis, aut libertis (ut quiſque turpitudine reliquos anteibat) procurationes tradebat provinciarum.

XX. Ita rebus omnibus, quæ gravia olim, honeſtaque cenſebantur, per omnem contumeliam ac temulentiam debacchantibus, quum cæteri omnes, tum inprimis Romani milites indignabantur: contemnebantque eum, utpote vultum componentem elegantius quàm fœminam probam deceret. Inſuper aureis monilibus, molliſſimoque veſtitu, haud quaquam viriliter ornatum, ſaltantemque in conſpectu omnium. Quare propenſiores animos in Alexandrum habebant, ſpemque meliorem in puero modeſtè & continenter educato: ſervabantque eum diligenter omnes ab inſidiis Antonini.

XXI. Mater autem Mammæa neque potulentum aliquid neque eſculentum guſtare puerum ſinebat, quod ab illo mitteretur. Cocis autem & pincernis utebatur puer, non quidem Imperatoriis, aut commu-

παιδείας τῶν νέων καὶ εὐκοσμίας, τῆς τε [1] ὑποστάσεως τῆς εἰς τὴν σύγκλητον βουλὴν ἢ τὸ ἱππικὸν τάγμα καταλεγομένων προέστησεν. ἡνιόχοις τε καὶ κωμῳδοῖς, καὶ μίμων ὑποκριταῖς τὰς μεγίστας τῶν βασιλείων πίστεων ἐνεχείρισε. τοῖς δὲ δούλοις αὐτοῦ ἢ ἀπελευθέροις, ὡς ἔτυχεν ἑκάστοις, ἐπ' αἰσχρῷ τινι εὐδοκιμήσασι, τὰς ὑπατικὰς τῶν ἐθνῶν ἐξουσίας ἐνεχείρισε.

κ'. Πάντων δὲ οὕτω τῶν πάλαι δοκούντων σεμνῶν εἰς ὕβριν καὶ παροινίαν ἐκβεβακχευμένων, οἵ τε ἄλλοι πάντες ἄνθρωποι, καὶ μάλιστα οἱ στρατιῶται, ἤχθοντο καὶ ἐδυσφόρουν. ἐμυσάττοντο δὲ αὐτὸν, ὁρῶντες τὸ μὲν πρόσωπον καλλωπιζόμενον περιεργότερον ἢ κατὰ γυναῖκα σώφρονα, περιδεραίοις δὲ χρυσίνοις, ἐσθῆσί τε ἁπαλαῖς ἀνάνδρως κοσμούμενον, ὀρχούμενόν τε οὕτως ὡς ὑπὸ πάντων ὁρᾶσθαι. ἐπιρρεπεστέρας τοίνυν τὰς γνώμας πρὸς τὸν Ἀλέξανδρον εἶχον, καὶ ἐλπίδας κρείττους ἐν παιδὶ κοσμίως καὶ σωφρόνως ἀνατρεφομένῳ. ἐφρούρουν τε αὐτὸν παντοίως, ὁρῶντες ἐπιβουλευόμενον ὑπὸ τοῦ Ἀντωνίνου.

κα'. Ἥ τε μήτηρ Μαμμαία οὔτε ποτὸν οὔτε ἐδώδιμόν τι εἴα τὸν παῖδα προσφέρεσθαι τῶν ὑπ' ἐκείνου πεμπομένων. ὀψοποιοῖς τε καὶ οἰνοχόοις ὁ παῖς ἐχρῆτο, οὐ τοῖς βασιλικοῖς καὶ ἐν κοινῇ ὑπηρεσίᾳ τυγχάνουσιν, ἀλλὰ

1 Τῆς τε ὑποστάσεως, &c. Haud ſcio an non convenientiùs legerimus τῆς τε ἐξετάσεως, quæ lectio ſi placeat, latina verſio ſic inſtitui poteſt. Rurſum etiam alium è ſcenâ itidem detractum, inſtitutioni & diſciplinæ juventutis, cenſuræque eorum, qui Senatorium aut equeſtrem in ordinem cooptandi eſſent, præpoſuit. Sylburg.

τοῖς

τοῖς ὑπὸ τῆς μητρὸς ἐπιλεχθεῖσι, πιστοτάτοις τε εἶναι δοκοῦσιν. ἐδίδου δὲ καὶ χρήματα λανθάνουσα διανέμεσθαι τοῖς στρατιώταις κρύβδην, ὅπως αὐτῶν τὴν πρὸς τὸν Ἀλέξανδρον εὔνοιαν, καὶ διὰ χρημάτων (εἰς ἃ μάλιστα ἀποβλέπουσιν) οἰκειώσηται.

κβʹ. Ταῦτα δὴ ὁ Ἀντωνῖνος πυνθανόμενος, παντὶ τρόπῳ ἐπεβούλευε τῷ [1] Ἀλεξάνδρῳ, καὶ τῇ μητρὶ αὐτοῦ· ἀλλὰ τὰς ἐπιβουλὰς πάσας ἀπεῖργέ τε καὶ ἐκώλυεν ἡ κοινὴ μάμμη ἀμφοτέρων Μαισά, γυνὴ καὶ ἄλλως ἐντρεχής, καὶ τῇ βασιλείῳ αὐλῇ πολλῶν ἐτῶν ἐν διαίτῃ θεῖσα, ἅτε τῆς Σεβήρου γυναικὸς Ἰουλίας ἀδελφὴ γενομένη, καὶ τὰ πάντα σὺν αὐτῇ ἐν τοῖς βασιλείοις διατρίψασα. οὐδὲν οὖν αὐτὴν ἐλάνθανε τῶν ὑπὸ τοῦ Ἀντωνίνου βουλευομένων, φύσει τε χαύνου τὸν τρόπον ὄντος, καὶ ἀφειδῶς πάντα καὶ φανερῶς ἃ ἐβουλεύετο λέγοντος καὶ πράττοντος. ὡς δὲ τὰ τῆς ἐπιβουλῆς αὐτῷ οὐ προεχώρει, παραλῦσαι τῆς τοῦ Καίσαρος τιμῆς ἠθέλησε τὸν παῖδα, καὶ οὔτε ἐν ταῖς προσαγορεύσεσιν, οὔτε ἐν ταῖς προόδοις Ἀλέξανδρος ἐτιμᾶτο. οἱ δὲ στρατιῶται ἐπεζήτουν τε αὐτὸν, καὶ ἠγανάκτουν, ὅτι δὴ τῆς ἀρχῆς παραλυθείη. διεσκέδασε δὲ ὁ Ἀντωνῖνος καὶ φήμην, ὡς τοῦ Ἀλεξάνδρου τεθνήξεσθαι μέλλοντος· ἐποιεῖτό τε ἀπόπειραν, ὅπως οἴσουσιν οἱ στρατιῶται τὸ

nibus: sed quos mater tantùm delegerat, ac spectatæ fidei futuros arbitrabatur. Dabat item furtim pecunias mater, quas ille inter milites clanculum divideret, ut eorum benevolentiam etiam pecuniæ pignore (hanc enim illi potissimum spectant) haberet authoratam.

XXII. Quæ intelligens Antoninus, nihil non insidiarum Alexandro, matrique intendebat. Quas tamen omnes arcebat, prohibebatque communis avia Mæsa, mulier alioqui acerrima, quæque in aulâ regiâ multis annis victitarat, cumque Severi conjugis Juliæ soror esset, & usque cum illâ in aulâ commorata. Nihil itaque eam latebat, quod Antoninus moliretur, homo suapte natura futilis: & qui omnia quæ placerent, propalam loqueretur atque ageret. Postea verò quàm insidiæ parum procedebant, detrahere puero Cæsaris honorem decrevit. Itaque neque salutari, neque jam foras procedere patiebatur. Milites autem magnopere illum requirebant, indignantes si quidem Imperium quoque illi adimeretur. Sed Antoninus famam vulgavit, quasi jam obiisset Alexander, ut scilicet periclitaretur, quonam id animo laturi milites forent. At illi nusquam comparente

1 Alexandrum quem sibi adoptaverat à se amoveri jussit, mandavitque ut Cæsaris ei nomen abrogaretur, & (ut postea) misit qui in castris statuarum titulos luto tegerent, ut fieri solebat de Tyrannis. Misit ad nutritores sub præmiorum spe atque bonorum, ut eum occiderent quocunque vellent modo, vel in balneis, vel veneno, vel ferro. Lampr.

puero,

puero, præterea animis rumore illo exulceratis indignabundi, neque solitam custodiam miserunt Antonino, & inclusi castris videre Alexandrum velle in ipso templo dictitabant. Eo metu ictus Antoninus, Alexandro secum in vehiculo imperatorio considente, quod erat auro multo gemmisque exornatum, contendit in castra.

XXIII. Cæterùm, portis reseratis, accepere utrumque milites, atque in templum castrorum deduxerunt, salutantes supra modum, & lætis clamoribus prosequentes Alexandrum, spreto propemodum Antonino. Quæ ille ægre ferens, quum in templo castrorum pernoctâsset, iratus militibus, notatis, qui Alexandro acclamaverant, quasi seditionis & tumultus autoribus, arripi omnes ad supplicium imperavit. Quod illi ægrè ferentes, atque Antoninum aliis jam de causis perosi, quum è medio tollere Imperatorem turpitèr se gerentem vellent, tum verò suppetias etiam ferendas iis qui comprehendebantur existimarent, & valdè opportunum tempus, & justam occasionem habere sibi viderentur: & ipsum Antoninum & matrem Socemidem

θρυλλούμενον. οἱ δ' ἐπεὶ μήτε τὸν παῖδα ἔβλεπον, ὑπό τε τῆς φήμης τὰς ψυχὰς ἐτρώθησαν, ἀγανακτήσαντες, οὔτε τὴν συνήθη φρουρὰν ἔπεμψαν τῷ Ἀντωνίνῳ, κατακλεισάντες τε αὑτοὺς ἐν τῷ στρατοπέδῳ, τὸν Ἀλέξανδρον ἐν ἱερῷ ἠξίουν ἰδεῖν. ὁ δ' Ἀντωνῖνος ἐν δέει πολλῷ γενόμενος, παραλαβὼν τὸν Ἀλέξανδρον, συγκαθεσθεὶς αὐτῷ, ἐν τῷ βασιλικῷ φορείῳ, ὅπερ διά τε χρυσοῦ πολλοῦ καὶ λίθων τιμίων πεποίκιλτο, κατῆλθεν εἰς τὸ στρατόπεδον, σὺν τῷ Ἀλεξάνδρῳ.

κγ'. Ὡς δὲ ἀνοίξαντες τὰς πύλας, ἐδέξαντο αὐτοὺς, ἔς τε τὸν νεὼν τοῦ στρατοπέδου ἤγαγον, τὸν μὲν Ἀλέξανδρον ὑπερφυῶς ἠσπάζοντό τε, καὶ εὐφήμουν, τῷ δὲ Ἀντωνίνῳ ἀμελέστερον προσεφέροντο. ἐφ' οἷς ἐκεῖνος ἀγανακτῶν, καὶ διανυκτερεύσας ἐν τῷ ἱερῷ τοῦ στρατοπέδου, πάνυ ἤχαλλε, καὶ τοῖς στρατιώταις ὠργίζετο. ἐκέλευέ τε τοὺς περισήμους, καὶ ὑπερφυῶς τὸν Ἀλέξανδρον εὐφημήσαντας, τοὺς δὲ αἰτίους δῆθεν στάσεως καὶ θορύβου, συλλαμβάνεσθαι πρὸς τιμωρίαν. οἵ τε στρατιῶται ἐπὶ τούτῳ ἀγανακτήσαντες, ἄλλως μὲν μισοῦντες τὸν Ἀντωνῖνον, καὶ ἀποσκευάσασθαι θέλοντες ἀσχημονοῦντα βασιλέα, τότε δὲ καὶ τοῖς λαμβανομένοις ἐπαμύνειν δεῖν ἡγούμενοι, καιρὸν εὔκαιρον καὶ πρόφασιν δικαίαν νομίζοντες, τὸν μὲν [1] Ἀντωνῖνον, αὐτόν τε καὶ τὴν μητέρα Σοαιμίδα (πα-

ρίων

1 *Τὸν μὲν Ἀντωνῖνον*, Post hoc in eum impetus factus est, & in latrinâ ad quam confugerat, occisus est; tractus deinde per publicum, additaque injuria cadaveri est, ut in cloacam milites mitterent: sed cùm corpus non cepisset cloaca, fortuitò per pontem Æmilium, annexo pondere nè fluitaret, in Tyberim abjectum est, ne unquam sepeliri posset. Lampr. Nomen ejus, id est *Antonini*

ρῶν γὰρ, ὡς Σεβαστή τε καὶ μήτηρ) ἀναιροῦσι τούς τε περὶ αὐτὸν πάντας, ὅσοι ἔνδον κατελήφθησαν, ὑπηρέται τε καὶ συνεργοὶ ἐδόκουν εἶναι τῶν ἁμαρτημάτων. τὰ δὲ σώματα τοῦ τε Ἀντωνίνου καὶ τῆς Σοαιμίδος παρέδωσαν σύρειν τε καὶ ἐνυβρίζειν τοῖς βουλομένοις. ἅπερ ἐπεὶ πολὺ διὰ πάσης τῆς πόλεως συρέντα τε καὶ λωβηθέντα, εἰς τοὺς ὀχετοὺς ἀπερρίφθη, τοὺς εἰς τὸν Θύβριν ποταμὸν ῥέοντας. Ἀντωνῖνος μὲν οὖν εἰς ἕκτον ἔτος ἐλάσας τῆς βασιλείας, καὶ χρησάμενος τῷ προειρημένῳ βίῳ, οὕτως ἅμα τῇ μητρὶ κατέστρεψεν. οἵ τε στρατιῶται, αὐτοκράτορα τὸν Ἀλέξανδρον ἀναγορεύσαντες, εἰς τὰ βασίλεια ἀνήγαγον, κομιδῇ νέον, καὶ πάνυ ὑπὸ τῇ μητρὶ καὶ τῇ μάμμῃ παιδαγωγούμενον.

(aderat enim utpote & Augusta & mater) interficiunt. Cumque eis servos ministrosque omnes scelerum, quicunque tum in ea castra convenerant. Cæterùm Antonini & Soæmidis cadavera trahenda per contumeliam plebi tradiderunt, quæ diu per totam urbem raptata ac dilaniata, postremò in cloacas abjecta sunt, ut inde scilicet in Tyberim deferrentur. Sic Antoninus sexennium Imperio occupato, vitaque (ut diximus) acta, simul cum matre occisus est. Milites autem Alexandrum, Imperatorem consalutatum, in aulam palatinam deduxerunt, adolescentulum admodum, atque adhuc matris & aviæ præceptis obtemperantem.

---

tonini erasum est jubente Senatu, remansitque *Varii*, *Heliogabali*: appellatus est post mortem *Tyberinus*, *Tractitius*, *Impurus*, ib. quer. not. 2. Hic ultimus Antoninorum fuit, ib. occisa est cum eo & mater *Semiamira* probrosissima mulier & digna filio. ib. Occisus est cùm esset decem & octo annos natus. Xiph. De spatio Imperii, viz. sex annorum, ab Herod. omnes dissentiunt. Mich. Glycha in annal. scribit annos tres, menses novem, quibus Dion. & Zon. addunt dies quatuor: sed nec illi cum aliis consentiunt. sunt enim qui Heliogabalo tribuunt imperii biennium, triennium, & quadriennium, ut ex Memmio notat Sylburg.

ΗΡΩΔΙΑΝΟΥ

ΤΗΣ

Μετὰ ΜΑΡΚΟΝ Βασιλείας ΒΙΒΛΙΟΝ

ΕΚΤΟΝ.

HERODIANI

LIBER SEXTUS.

BREVIARIUM LIBRI SEXTI.

SEverus Alexander sub matris aviæque curâ gessit Imperium modestissimè, adjutus consiliariis ex ordine Senatorio delectis, quorum operâ res sacræ & profanæ in rectum pristinumque statum restitutæ sunt. Deinde uxorem duxit patritii generis, cum quâ postea divortium fecit, matre ita cogente, cui parebat in omnibus. Posthæc Artaxerxe Persarum Rege movente bellum, ultrò citroque missis legationibus, in Asiam proficiscitur, ac trifariam distributis copiis, hostiles Regiones est ingressus, sed magnâ clade ubique accepta Antiochiam revertitur. Inde in Europam revocatur, Germanis Rhenum, Danubiumque transgressis, ac bellum Romanis inferentibus. Ubi cùm parùm feliciter res gereret, Maximus tyronum præfectus, ac militaris disciplinæ peritissimus interfecto Alexandro Imperator eligitur.

QUem igitur habuerit finem vitæ major Antoninus, in superioribus demonstratum est. Alexander autem post il-

ΟΠοίῳ μὲν δὴ τέλει ὁ δηλωθεὶς Ἀντωνῖνος ἐχρήσατο, ἐν τοῖς προειρημένοις δεδήλωται. παραλαβόντος δὲ τὴν ἀρχὴν

[1] Ἀλεξάν-

[1] Ἀλεξάνδρου, τὸ σχῆμα καὶ τὸ ὄνομα τῆς βασιλείας ἐκείνῳ περιέκειτο, ἡ μέντοι διοίκησις τῶν πραγμάτων καὶ ἡ τῆς ἀρχῆς οἰκονομία ὑπὸ ταῖς γυναιξὶ διῳκεῖτο. ἐπί τε τὸ σωφρονέστερον καὶ σεμνότερον πάντα μετάγειν ἐπειρῶντο. καὶ πρῶτον μὲν τῆς συγκλήτου βουλῆς, τοὺς δοκοῦντας καὶ ἡλικίᾳ σεμνοτάτους, καὶ βίῳ σωφρονεστάτους, ἑκκαίδεκα ἐπελέξαντο, συνέδρους εἶναι καὶ συμβούλους τοῦ βασιλέως. οὐδέ τι ἐλέγετο ἢ ἐπράττετο, εἰ μὴ κἀκεῖνοι αὐτὸ ἐπικρίναντες, σύμψηφοι ἐγένοντο. ἤρεσκέ τε τῷ δήμῳ, καὶ τοῖς στρατοπέδοις, ἀλλὰ καὶ τῇ συγκλήτῳ βουλῇ, τὸ σχῆμα τῆς βασιλείας, ἐκ τυραννίδος ἐφυβρίστου εἰς ἀριστοκρατίας τύπον μετενεχθείσης.

β'. Πρῶτον μὲν οὖν τὰ ἀγάλματα τῶν θεῶν, ἅπερ ἔτυχεν ἐκεῖνος κινήσας καὶ μεταγαγών, ἔπεμψαν εἰς τοὺς ἀρχαίους καὶ ἰδίους ναούς τε καὶ σηκούς. τούς τε ὑπ' ἐκείνου ἀλόγως, ἢ ἐφ' οἷς εὐδοκιμήκεσαν ἁμαρτήμασιν, εἰς τιμὰς καὶ ἐξουσίας προαχθέντας, τῶν δοθέντων ἀφείλοντο, ἑκάστους κελεύσαντες εἰς τὴν προτέραν αὐτῶν ἐπανιέναι τῆς ἀξίας αἵρεσιν. τάς τε πράξεις ἁπάσας, καὶ τὰς διοικήσεις, τὰς μὲν πολιτικὰς καὶ ἀγοραίους ἐνεχείρισαν τοῖς ἐπὶ λόγοις εὐδοκιμωτάτοις, καὶ νόμων ἐμπείροις. τὰς δὲ στρατιωτικάς, τοῖς ἐξετασθεῖσί τε καὶ εὐδοκιμήσασιν ἐν εὐτάκτοις τε καὶ

lum nomen insigniaque gerebat Imperii. Cæterùm negotiorum administratio, ac principatus gubernacula mulieribus incumbebant, omnia transferre ad modestiam, gravitatemque conantibus. Quippe jam primùm sexdecim ordinis senatorii viros, ætatis gravitate, vitæque sanctimonia præcellentes, assessores Principis, & consiliarios delegerunt: nihilque aut dicebatur, aut agebatur, nisi illorum accedente suffragio. Grata igitur populo, militibusque ac senatui præterea, forma principatus erat, ex contumeliosissima tyrannide ad optimatium gubernationem redacta.

II. Igitur primo Deorum simulacra, quæ ille propriis sedibus extulerat, suis quæque templis, delubris, fanisque restituerunt. Dein quos ille temerè, aut vitiorum nomine, ad honores dignitatesque extulerat, submotos inde ad pristinam vitam omnes, artificiumque redegerunt. Res autem cunctas atque administrationes civiles quidem & forenses, insignibus doctrina viris, legumque peritissimis, militares autem claris bellica virtute hominibus commendabant. Quumque diu ad hunc modum rege-

1 Aurelius Alexander, urbe Arcenâ genitus, Varii filius, Varii nepos, & consobrinus ipsius Heliogabali, quum ante Cæsar à senatu esset appellatus, (mortuo sc. Macrino) Augustumque idem nomen recepit. Lampr. Sed Antonini & Magni nomina recusavit. Id. Lampr.

retur Imperium, Mæſa jam extremæ ſenectutis diem ſuum obiit, honores adepta Imperatorios, atque (ut mos Romanis eſt) inter Divas relata. At Mammæa cernens jam ſolam ſe filio reliquam, præeſſe ad eundem modum, moderarique ſtudebat. Quumque adoleſcentem, ſummam habere jam cerneret autoritatem, metu ne vivida ætas in ſumma poteſtate, licentiaque rerum, in cognata aliqua impingeret vitia, undique aulam ſervabat: neque adiri à quoquam adoleſcentem patiebatur, cujus vita moreſque improbarentur: ne ſcilicet bona indoles corrumperetur, provocantibus appetitum ejus jam vigentem aſſentatoribus in extremas libidines.

III. Perſuadebat igitur ut frequentiſſimè jus diceret, idque meliore diei parte, quò circa meliora & imperio neceſſaria occupatus, commodum tempus non haberet vitiis quibuſcunque operam dare. Cæterùm, ſuapte natura ſuberat Alexandro mite manſuetumque ingenium, propenſumque ad humanitatem, quod ipſum ætas etiam conſequens declaravit. Quippe annis quatuorde-

πολεμικοῖς πράξεσιν. ἐπὶ πολὺ δ' οὕτω τῆς ἀρχῆς διοικουμένης, ἡ μὲν Μαισὰ, πρεσβύτις ἤδη οὖσα, ἀνεπαύσατο τοῦ βίου· ἔτυχέ τε βασιλικῶν τιμῶν, καὶ ὡς νομίζουσι Ῥωμαῖοι, ἐξεθειάσθη. ἡ δὲ Μαμμαία, μόνη τῷ παιδὶ καταλειφθεῖσα, ὁμοίως αὐτοῦ ἄρχειν τε καὶ κρατεῖν ἐπειρᾶτο· ἤδη τε ὁρῶσα ἐν ἀρχῇ τὸν νεανίαν γενόμενον, καὶ δεδοικυῖα, μὴ ἄρα ἡλικία ἀκμάζουσα, ὑπηρετούσης ἀδείας τε καὶ ἐξουσίας, εἴς τι τῶν γενικῶν ἁμαρτημάτων ἐξοκείλῃ, πανταχόθεν ἐφρούρει τὴν αὐλήν. οὐδέ τινα εἴα προσιέναι τῷ μειρακίῳ τῶν ἐπὶ φαύλῳ βίῳ διαβεβλημένων, μή πως τὸ ἦθος διαφθαρείη, προκαλεσαμένων αὐτοῦ τῶν κολάκων τὰς ὀρέξεις ἀκμαζούσας εἰς αἰσχρὰς ἐπιθυμίας.

γ΄. [1] Δικάζειν τε οὖν αὐτὸν ἔπειθε συνεχέστατα καὶ ἐπὶ πλεῖστον τῆς ἡμέρας· ὡς ἂν ἀσχολούμενος περὶ τὰ κρείττονα καὶ τῇ βασιλείᾳ ἀναγκαῖα, μὴ ἔχοι καιρὸν εἰς τὸ ἐπιτηδεύειν τι τῶν ἁμαρτημάτων. ὑπῆρχε δέ τι καὶ φυσικὸν ἦθος πρᾶον καὶ ἥμερον τῷ Ἀλεξάνδρῳ, εἴς τε τὸ φιλάνθρωπον πάνυ ἐπιῤῥεπές· ὡς ἐδήλωσε καὶ τῆς ἡλικίας προχωρούσης. εἰς τεσσαρεσκαιδέκατον γοῦν ἐλάσας τῆς βασιλείας

---

1 Alexander igitur, cui Mammæa Mater fuit, à primâ pueritiâ artibus bonis imbutus, officiis tam civilibus quam militaribus, ne unum quidem diem ſponte ſuâ tranſire paſſus eſt, quo ſe non ad literas & ad militiam exerceret. Lamprid.

ἔτος,

ἔτος, [1] ἀναιμωτὶ ἦρξεν· οὐδέ τις εἰπεῖν ἔχει, ὑπ' ἐκείνου φονευθέντα. καίτοι τινῶν μεγίσταις αἰτίαις ὑποπεσόντων, ὅμως [2] ἐφείσατο ὡς μὴ φονεῦσαι· οὐ ῥαδίως τοῦτο ἄλλου βασιλέως τῶν καθ' ἡμᾶς ποιήσαντος ἢ παραφυλάξαντος, μετὰ τὴν Μάρκου ἀρχήν. ὑπ' Ἀλεξάνδρου δ' οὐκ ἄν τις εἰπεῖν ἔχοι ἢ μνημονεῦσαι, ἐν ἔτεσι τοσούτοις ἀκρίτως φονευθέντα.

δ'. Ἠτιᾶτο δὲ καὶ τὴν μητέρα, καὶ πάνυ ἤσχαλλεν, ὁρῶν αὐτὴν οὖσαν [3] φιλοχρήματον, καὶ περὶ τοῦτο ὑπερφυῶς ἐσπουδακυῖαν. προσποιουμένη γὰρ ἀθροίζειν αὐτὰ ἵνα ἔχοι τοῖς στρατιώταις ἀφθόνως καὶ ῥαδίως ὁ Ἀλέξανδρος χαρίζεσθαι, ἰδίᾳ ἐθησαύριζε. καὶ διέβαλλεν ἔσθ' ὅπῃ τοῦτο τὴν ἀρχὴν, αὐτοῦ ἄκοντός τε καὶ ἀσχάλλοντος, οὐσίας τινῶν καὶ κληρονομίας, ἐξ ἐπηρείας ὑφαρπασάσης ἐκείνης.

cim pacificum & sine sanguine gessit imperium, ne uno quidem occiso. Licet enim permulti maximis criminibus impegerint, tamen ab illorum cæde semper abstinuit: quod utique non facilè à quoquam omnium imperatorum quicunque Marco successerint, factum observatumque invenies. Neminem quisquam illo per tot annos imperante commemorare potest, cui mors indemnato sit illata.

IV. Matrem verò etiam incusabat, eique graviter succensebat, quod esset pecuniæ avidior, & opum cumulandarum studiosior videbatur. Etenim cùm simularet ideò se thesauros congerere Mammæa, ut suppeditare Alexandro posset, quòd is facilè abundanterque suis largiretur militibus: proprios domi thesauros extruebat. Quæ res Imperatori notam infamiæ attulit, quod illo scilicet invito, atque indignabundo etiam, mulier avida per injuriam bona quorundam atque hæreditates suppilabat.

1 Ἀναιμωτὶ ἦρξεν, aliter Lampr. cujus verba, [hujus imperium incruentum quidam literis tradiderunt, sed contra est, nam Severus à militibus appellatus est propter austeritatem] scripsit, & paulo posteà rationem reddit vocabuli ἀναιμωτὶ, ἀναιματὶν, inquit, imperium ejus idcirco vocatum est quod Senatorum nullum occiderit, Severitatis autem tantæ fuit in milites ut sæpe legiones integras exautoraverit. Dixerat tamen antea, Severi nomen illi additum propter ingentem animi constantiam atque vigorem, etiam contra militum insolentiam; cùm Antonini & Magni nomina recusaret.

2 De hujus Imperatoris misericordiâ multa magnificè dicunt Dion & Zonoras.

3 Φιλοχρήματον. Ita Lamprid. Quum puer ad imperium venisset, fecit omnia cum matre, ut illa paritèr imperare videretur, mulier sancta, sed avara, & auri argentique cupida. Idem. apud Zon.

V. Dedit

V. Dedit item filio in matrimonium puellam patricii generis, quam etiam marito charam, gratamque inprimis, eandem paulò pòst aulâ per omnem contumeliam exegit. Et cùm ipſa tantùm vocari Auguſta vellet, eamque appellationem puellæ invideret, eo contumeliarum provecta eſt, ut puellæ pater, quamvis magnæ apud Alexandrum generum autoritatis, impatiens Mammææ injuriarum, quas ipſi natæque inferebat, confugerit in caſtra, gratiam ſe habere Alexandro dictitans habiti ſibi honoris: cæterùm Mammæam accuſans, nihil non contumeliæ inferentem. Quare indignata mulier, interfici eum quidem juſſit: puellam verò ædibus Imperatoriis exactam, in Africam relegavit. Hæc autem omnia fiebant invito coactoque Alexandro, quippe illi mater ſupra modum imperitabat, ac dicto audientem ſemper habebat: ut hoc tantùm reprehendi in Alexandro poſſit, quòd manſuetudine nimia, & reverentia majore, quàm oportuit, etiam contra animi ſui ſententiam matri obſequeretur.

έ. Ηγάγετο δ' αὐτῷ καὶ γυναῖκα [1] τῶν εὐπατριδῶν, ἣν συνοικοῦσαν, καὶ ἀγαπωμένην, μετὰ ταῦτα τῆς βασιλείας ἐδίωξεν. ἐνυβρίζουσά τε καὶ βασίλισσα εἶναι θέλουσα μόνη, φθονοῦσά τε τῆς προσηγορίας ἐκείνης, εἰς τοσοῦτον προεχώρησεν ὕβρεως, ὡς τὸν πατέρα τῆς κόρης, καί τοι ὑπ' Ἀλεξάνδρου γαμβροῦ ὄντα πάνυ τιμώμενον, μὴ φέροντα τὴν Μαμμαίαν, ἐνυβρίζουσαν αὐτῷ τε καὶ τῇ θυγατρὶ αὐτοῦ, φυγεῖν εἰς τὸ στρατόπεδον· τῷ μὲν Ἀλεξάνδρῳ χάριν εἰδότα ἐφ' οἷς ἐτιμᾶτο, τὴν δὲ Μαμμαίαν αἰτιώμενον ἐφ' οἷς ὑβρίζετο. ἐκείνη δὲ ἀγανακτήσασα, αὐτόν τε ἀναιρεθῆναι ἐκέλευσε, καὶ τὴν [2] κόρην ἐκβληθεῖσαν τῆς βασιλείας, εἰς Λιβύην ἐφυγάδευσε. ταῦτα δὲ ἐπράττετο, ἄκοντός τε καὶ ἀναγκαζομένου τοῦ Ἀλεξάνδρου. ἦρχε γὰρ αὐτοῦ καὶ ὑπερβαλλόντως ἡ μήτηρ, καὶ πᾶν τὸ κελευόμενον ἐκεῖνος ἐποίει. τοῦτο δ' ἄν τις μόνον ἔχειν ἐγκαλέσαι αὐτῷ, ὅτι δὴ ὑπὸ περιττῆς πρᾳότητος καὶ αἰδοῦς πλείονος ἢ ἐχρῆν, τῇ μητρὶ, ἐν οἷς ἀπηρέσκετο, ὅμως ἐπείθετο.

VI. Igitur quum ad hunc modum tredecim annos (quod quidem ad ſe attineret) ſine

ς'. Ετῶν μὲν οὖν τρισκαίδεκα οὕτως, ὅσον ἐπ' αὐτῷ, τὴν βασιλείαν ἀμέμπτως διῴκησε. τῷ

---

1 Τῶν εὐπατριδῶν, Uxor ejus Memmia, Sulpitii conſularis viri filia, & Catuli neptis. Lamprid.

2 Εἰς Λιβύην ἀπήλασε, καί τοι στεργομένην παρ' ἐκείνου· ὁ δ' ἀντιλέγειν τῇ μητρὶ οὐκ ἐδύνατο αὐτῷ καταρχούσῃ. Zon.

δὲ [1] τεσσαρεσκαιδεκάτῳ ἔτει, αἰφνιδίως ἐκομίσθη γράμματα τῶν κατὰ Συρίαν τε καὶ Μεσοποταμίαν ἡγεμόνων, δηλοῦντα ὅτι Ἀρταξέρξης ὁ Περσῶν βασιλεὺς, μετὰ τὸ Παρθυαίους καθελεῖν, καὶ τὴν κατὰ τῆς ἀνατολῆς ἀρχῆς παραλῦσαι, Ἀρτάβανόν τε τὸν πρότερον καλούμενον τὸν μέγαν βασιλέα, καὶ δυσὶ διαδήμασι χρώμενον, ἀποκτεῖναι· πάντα τε τὰ πρόσοικα βάρβαρα χειρώσασθαι, καὶ εἰς φόρου συντέλειαν ὑπαγαγέσθαι· οὐχ ἡσυχάζει, οὐδ' ἐντὸς Τίγριδος ποταμοῦ μένει, ἀλλὰ τὰς ὄχθας ὑπερβαίνων, καὶ τοὺς τῆς Ῥωμαίων ἀρχῆς ὅρους, Μεσοποταμίαν τε κατατρέχει, καὶ Σύροις ἀπειλεῖ· πᾶσάν τε τὴν ἀντικειμένην ἤπειρον Εὐρώπῃ, καὶ διαιρουμένην Αἰγαίῳ τε καὶ τῷ πορθμῷ τῆς Προποντίδος, Ἀσίαν τε πᾶσαν καλουμένην, προγονικὸν κτῆμα ἡγούμενος, τῇ [2] Περσῶν ἀρχῇ ἀνακτήσασθαι βούλεται, φάσκων ἀπὸ Κύρου τοῦ πρώτου τὴν ἀρχὴν ἐκ Μήδων εἰς Πέρσας μεταστήσαντος, μέχρι Δαρείου τοῦ τελευταίου Περσῶν βασιλέως, (οὗ τὴν ἀρχὴν Ἀλέξανδρος ὁ Μακεδὼν καθεῖλε,) πάντα μέχρις Ἰωνίας καὶ Καρίας ὑπὸ σατράπαις Περσικοῖς διῳκῆσθαι. προσήκειν οὖν αὐτῷ Πέρσαις ἀνανεώσασθαι πᾶσαν ὁλόκληρον, ἣν πρότε-

querela cujusquam Imperium gubernâsset, anno vero decimo quarto ecce sibi haud opinato literæ è Syria Mesopotamiaque redditæ à ducibus, in quibus scriptum esset, Artaxerxem, Persarum Regem, Parthis jam devictis, atque Artabano, qui rex magnus primus appellatus est, duplicique diademate utebatur, non solum Orientis regno, sed vita quoque expulso, subigere vicinos Barbaros, ac sibi vectigales facere: neque jam intra fluvium Tigrim tenere se, sed superatis ripis, ac Romani finibus Imperii, excurrere per Mesopotamiam, Syriæque minitari: omnemque Europæ oppositam continentem, quæ mari Ægæo, fretoque Propontidis terminatur, atque Asiæ nomen habet, majorum suorum possessionem existimare, ideoque imperio Persico velle recuperare, quod jam inde à Cyro, qui primus Imperium à Medis in Persas transtulit, ad Darium usque extremum Persarum regem, cui regnum Alexander abstulerit, cuncta olim Ionia, Cariaque tenus à Persarum Satrapis gubernarentur. Quare sui muneris esse curare nunc ut vetus atque integrum Imperi-

1 Mich. Glycha histor. Byzantinus scribit tantùm tredecim annos cujus verba, μετὰ δὲ τοῦτον (Heliogabalum) Ἀλέξανδρος ὁ τῆς Μαμμαίας, ἔτη ιγ'. μῆνας η'.

2 Τῇ Περσῶν ἀρχῇ ἀνακτήσασθαι, &c. Hic igitur nobis formidolosus fuit, inquit Dion. quod maximis copiis non modo Mesopotamiam invaderet, sed in Syriam. καὶ ἀπειλῶν ἀνακτήσασθαι πάντα, ὡς καὶ προσήκοντα οἱ ἐκ προγόνων, ὅσα ποτὲ οἱ πάλαι Πέρσαι μέχρι τῆς ἑλληνικῆς θαλάσσης ἔχον. Dion.

um

um Persis restitueretur. Quibus intellectis Alexander, motus, atque haud mediocriter re subita inopinataque perturbatus, quippe in altissima pace educatus à puero, atque urbanis deliciis innutritus, convocato prius amicorum consilio, decrevit legatos cum literis mittere, qui spem Barbari, conatusque inhiberent. Igitur literæ in hanc sententiam compositæ significabant: oportere illum suis finibus contentum, nihil rerum novarum moliri, neque sublatum vana spe, ingens excitare bellum: debere suis fortunis acquiescere. Non perinde sibi pugnam processuram adversus Romanos, ut adversus vicinos, & ejusdem corporis Barbaros. Admonebat præterea victoriarum, quas contra eos Augustus ac Trajanus, Luciusque item & Severus adepti fuissent. Hujuscemodi literis Alexander persuasurum se Barbaro, metu scilicet perterrito, pacem quietemque arbitrabatur.

VII. At ille nihil curans quæ scripta essent, remque armis non verbis gerendam ratus, eo majore studio ad bellum incumbebat, populans vastansque quæ Romanorum erant: decursaque ac perequitata Mesopotamia omni, prædas agere incepit, atque oppugnare Romanorum castra imposita fluminum ripis, quæ scilicet Imperii limites tuerentur. Cumque homo esset natura gloriosus, ac sublimes animos gereret, suc-

ῷον ἔχοι ἀρχήν. τοιαῦτα τοίνυν δηλωσάντων, καὶ ἐπιστειλάντων τῶν ὑπὸ ταῖς ἀνατολαῖς ἡγεμόνων, πρὸς τὴν αἰφνίδιον καὶ παρ' ἐλπίδα κομισθεῖσαν ἀγγελίαν, οὐ μετρίως ὁ Ἀλέξανδρος ἐταράχθη· καὶ μάλιστα εἰρήνῃ ἐκ παίδων ἐντραφεὶς, καὶ τῇ κατὰ τὴν πόλιν ἀεὶ σχολάσας τρυφῇ. τὰ μὲν οὖν πρῶτα ἔδοξεν αὐτῷ, κοινωσαμένῳ τοῖς φίλοις, πρεσβείαν πέμψας, καὶ διὰ γραμμάτων κωλῦσαι τὴν ὁρμὴν καὶ ἐλπίδα τοῦ Βαρβάρου. ἔλεγε δὲ τὰ γράμματα, δεῖν μένειν τε αὐτὸν ἐν τοῖς τῶν ἰδίων ὅροις, καὶ μὴ καινοτομεῖν, μηδὲ ματαίαις ἐλπίσιν αἰωρούμενον, μέγαν ἐγείρειν πόλεμον· ἀγαπητῶς δὲ ἔχειν ἕκαστον τὰ αὑτοῦ. μηδὲ γὰρ ὁμοίαν ἔσεσθαι μάχην αὐτῷ πρὸς Ῥωμαίους, οἵαν σχεῖν πρὸς τοὺς γειτνιῶντας καὶ ὁμοφύλους Βαρβάρους. ὑπεμίμνησκε δὲ τὰ γράμματα τῶν τε τοῦ Σεβαστοῦ καὶ τοῦ Τραϊανοῦ, Λουκίου τε καὶ Σεβήρου κατ' αὐτῶν τροπαίων. τοιαῦτα μὲν δή τινα ὁ Ἀλέξανδρος ἐπιστείλας, ᾤετο πείσειν ἢ φοβήσειν εἰς τὸ ἡσυχάζειν τὸν Βάρβαρον.

ζ'. Ὁ δ' οὐδέν τι φροντίζων τῶν ἐπεσταλμένων, ὅπλοις ἀλλ' οὐ λόγοις οἰόμενος δεῖν τὰ πράγματα διοικεῖσθαι, ἐνέκειτο, ἄγων καὶ φέρων τὰ Ῥωμαίων ἅπαντα. κατατρέχων τε καὶ καθιππεύων Μεσοποταμίαν, λείας τε ἀπήλαυνε, καὶ τὰ ἐπικείμενα στρατόπεδα ταῖς ὄχθαις τῶν ποταμῶν, φρουρίζοντά τε τῆς Ῥωμαίων ἀρχῆς, ἐπολιόρκει. φύσει δ' ὢν ἀλαζὼν, καὶ ταῖς παρ' ἐλπίδας εὐπραγίαις ἐπαιρό-

μένος, πάντα ῥᾳδίως χειρώσασθαι προσεδόκησε. νῦν δὲ αὐτὸν τὰ ἀναπείθοντα οὐ μικρὰ εἰς ἐπιθυμίαν ἀρχῆς μείζονος. πρῶτος γὰρ ἐτόλμησε τῇ Παρθυαίων ἀρχῇ ἐπιθέσθαι, Πέρσαις τε τὴν βασιλείαν ἀνανεώσασθαι. μετὰ γὰρ Δαρεῖον τὸν ὑπὸ Ἀλεξάνδρου τοῦ Μακεδόνος τῆς ἀρχῆς παραλυθέντα, παμπλείστοις ἔτεσι Μακεδόνες μὲν καὶ οἱ Ἀλεξάνδρου διάδοχοι, τῶν ὑπὸ τὰς ἀνατολὰς ἐθνῶν καὶ κατ᾽ Ἀσίαν ἁπάσαν νειμάμενοι κατὰ χώρας, ἐβασίλευσαν. ἐκείνων δὲ πρὸς ἀλλήλους διαφερομένων, πολέμοις τε συνεχέσι τῆς Μακεδόνων δυνάμεως ἐξασθενούσης, πρῶτος Ἀρσάκης λέγεται, τὸ γένος Παρθυαῖος, ἀναπεῖσαι τοὺς ἐπέκεινα βαρβάρους ἀποστῆναι Μακεδόνων. περιθέμενός τε τὸ διάδημα ἑκόντων Παρθυαίων καὶ τῶν προσχώρων βαρβάρων, αὐτός τε ἐβασίλευσε, καὶ τοῖς ἐξ ἐκείνου τοῦ γένους ἐπὶ πλεῖστον παρέμεινεν ἡ ἀρχὴ, μέχρις Ἀρταβάνου τοῦ καθ᾽ ἡμᾶς γενομένου, ὃν Ἀρταξέρξης ἀποκτείνας, Πέρσαις τὴν ἀρχὴν ἀνεκτήσατο· τά τε γειτνιῶντα ἔθνη βάρβαρα χειρωσάμενος, ῥᾳδίως ἤδη καὶ τῇ Ῥωμαίων ἀρχῇ ἐπεβούλευσεν.

η΄. Ὡς δὲ τῷ Ἀλεξάνδρῳ ἐδηλώθη διατρίβοντι ἐν τῇ Ῥώμῃ, τὰ κατὰ τὰς ἀνατολὰς ὑπὸ τοῦ βαρβάρου τολμώμενα, οὐκ ἀνασχετὰ ἡγούμενος, καλούντων δὲ αὐτὸν καὶ τῶν ἐκεῖσε ἡγεμόνων, ἀσχάλλων μὲν, καὶ παρὰ γνώμην, ὅμως δ᾽ ἔσχε περὶ ἔξοδον. ἔκ τε οὖν αὐτῆς Ἰταλίας καὶ τῶν ὑπὸ Ῥωμαίοις

cessu rerum inopinato subacturum se omnia videlicet existimabat. Neque enim parva erant quæ illius animum ad majus concupiscendum regnum inflammabant. Primus namque ipsis Parthis bellum inferre ausus, Persarum recepit Imperium: siquidem post Darium illum cui regnum Macedo Alexander abstulerat, permultis sanè annis Macedones ipsi, quique Alexandro successerunt, divisas inter se Orientis Asiæque totius regiones gubernarunt. Sed ortis inter ipsos discordiis, ac frequentibus bellis attrito Macedonum robore, primus Arsaces Parthus persuasisse earum Regionum Barbaris memoratur ut à Macedonibus deficerent: impositoque sibi diademate, Parthorum Barbarorumque vicinorum consensu, & ipse regnum tenuit: & ab illo oriundis longâ annorum serie permansit imperium, ad Artabanum usque Regem, qui nostra ætate fuit. Quo interfecto, Artaxerxes, regnoque Persis restituto, vicinaque Barbaria per vim subacta, facilè jam Romanam quoque potentiam lacessebat.

VIII. Quæ ubi Alexandro Romæ agenti nunciata sunt, minimè jam ferendam putans insolentiam Barbari, vocantibus illuc se ducibus, ægrè scilicet, tandemque contra animi sui sententiam ad expeditionem se comparat. Igitur in Italia provinciisque reliquis de-

lectus habebantur cunctorum qui vel habitudine corporis, vel ætatis vigore idonei fore ad pugnam viderentur: motuſque ingens omnibus Romani Imperii regionibus extitit delectibus habendis, qui tantæ Barbarorum multitudini pares forent. At verò Alexander, urbanis omnibus militibus convocatis in campum, conſcenſoque tribunali, in hanc ſententiam verba fecit.

Oratio Alexandri.

IX. Cuperem, commilitones, ejuſcemodi habere orationem apud vos, quæ & dicenti mihi (ut conſueverat) ornamentum, & vobis audientibus lætitiam conciliaret. Nam cùm multos annos pacem agitaverimus, ſi quid novi nunc audieritis, fortaſſe quaſi præter ſpem acciderit, expaveſcetis. Decet autem viros fortes atque moderatos optima quidem optare, ſed ferre quæcunque incidant. Ut enim quæ cum voluptate agimus, dulcia: ita quæ cum virtute, glorioſa ſunt. Atque ut is qui prior laceſſit, ipſe ſibi injurius videtur: ita qui propulſat injuriam, confidentior ex conſcientia fit, atque ex juſtitia ſpem bonam mutuatur. Artaxerxes vir Perſa, poſteaquam Artabanum dominum ſuum interfecit, atque ad Perſas Imperium tranſtulit, etiam

πάντων ἐθνῶν λογάδες ἐς τὴν στρατιὰν ἠθροίζοντο, ὅσοι σώματος εὐεξίᾳ καὶ ἡλικίας ἀκμῇ, εἰς μάχην ἐπιτήδειοι ἐνομίζοντο. κίνησίς τε μεγίστη πᾶσι τῶν ὑπὸ Ῥωμαίοις ἐγίνετο δυνάμεων, ἰσοῤῥόπου ἀθροιζομένης πρὸς τὸ ἀγγελλόμενον τῶν ἐπιτρεχόντων Βαρβάρων πλῆθος. ὁ δὲ Ἀλέξανδρος, ἀθροίσας τοὺς ἐν Ῥώμῃ στρατιώτας, συνελθεῖν τε πάντας κελεύσας ἐς τὸ συνήθες πεδίον, ἐπὶ βήματος ἀνελθών, ἔλεξε τοιάδε.

Δημηγορία Ἀλεξάνδρου τῆς Μαμμαίας.

θ'. Ἐβουλόμην μὲν, ὦ ἄνδρες συστρατιῶται, τοὺς συνήθεις πρὸς ὑμᾶς ποιεῖσθαι λόγους, δι' ὧν αὐτός τε ἐκοσμούμην δημηγορῶν, ὑμᾶς τε ἀκούοντας εὔφραινον. εἰρήνης γὰρ πολυετοῦς ἀπολαύσαντες, εἴ τι καινὸν νῦν ἀκούοιτε, ἴσως ἂν ὡς παρ' ἐλπίδα λεχθέντι ἐκπλαγείητε. χρὴ δ' ἄνδρας γενναίους τε καὶ σώφρονας εὔχεσθαι μὲν ὑπάρχειν τὰ βέλτιστα, φέρειν δὲ τὰ προσπίπτοντα. τῶν μὲν γὰρ δι' ἡδονῆς πραττομένων ἡ ἀπόλαυσις γλυκεῖα· τῶν δ' ἐξ ἀνάγκης κατορθουμένων, ἔνδοξος ἡ ἀνδρεία. καὶ τὸ μὲν ἄρχειν ἀδίκων ἔργων, οὐκ εὐγνώμονα ἔχει τὴν πρόκλησιν· τὸ δὲ τοὺς ὀχλοῦντας ἀποσείεσθαι, ἔκ τε τῆς ἀγαθῆς συνειδήσεως ἔχει τὸ θαῤῥαλέον, καὶ ἐκ τοῦ μὴ ἀδικεῖν, ἀλλ' ἀμύνασθαι, ὑπάρχει τὸ εὔελπι. Ἀρταξέρξης, ἀνὴρ Πέρσης, τὸν ἑαυτοῦ δεσπότην Ἀρτάβανον ἀποκτείνας, τήν τε ἀρχὴν εἰς Πέρσας

Πέρσας

Πέρσας μεταστήσας, ἀλλὰ καὶ τῶν ὑμετέρων ὅπλων καταθαῤῥήσας, καὶ τῆς Ῥωμαίων δόξης καταφρονήσας, πειρᾶται κατατρέχειν καὶ λυμαίνεσθαι τὰ τῆς ἡμετέρας ἀρχῆς κλίματα. τοῦτον ἐπειράθην, τὸ μὲν πρῶτον γράμμασι καὶ πειθοῖ, παῦσαι τῆς ἀπλήστου μανίας καὶ τῆς ἀλλοτρίων ἐπιθυμίας. ὁ δὲ Βαρβάρων φερόμενος ἀλαζονείᾳ, οὔτε μένειν οἴκοι βούλεται, προκαλεῖταί τε ἡμᾶς εἰς μάχην. μὴ δὴ μέλλωμεν, μηδὲ ὀκνῶμεν· ἀλλ᾽ οἱ μὲν πρεσβύτεροι ὑμῶν ὑπομνήσατε ἑαυτοὺς τροπαίων, ἃ μετὰ Σεβήρου καὶ Ἀντωνίνου τοῦ ἐμοῦ πατρὸς, ἤγείρατε πολλάκις κατὰ Βαρβάρων· οἱ δ᾽ ἐν ἀκμῇ ὄντες, δόξης καὶ κλέους ἐπιθυμήσατε, δείξαντες ὅτι ἄρα καὶ εἰρήνην ἄγειν πράως καὶ μετ᾽ αἰδοῦς ἐπίστασθε· καὶ τὰ πολεμικὰ, τῆς χρείας ἀπαιτούσης, γενναίως κατορθοῦτε. τὸ δὲ Βάρβαρον πρὸς μὲν τὰ ὑπείκοντα, καὶ ὀκνοῦντα θαρσύνεται, τῷ δ᾽ ἀντιπίπτοντι οὐκέθ᾽ ὁμοίως ἀντέχει. ἐπεὶ μὴ ἐκ συστάσεως αὐτοῖς ἡ μάχη κατὰ τῶν ἀντιπάλων ὑπισχνεῖται τὸ εὔελπι, ἀλλ᾽ ἐξ ἐπιδρομῆς ἢ φυγῆς κερδαίνειν νομίζουσιν ὅπερ ἂν χῶσι δι᾽ ἁρπαγῆς. ἡμῖν δὲ καὶ τὸ εὔτακτον ἅμα τῷ κοσμίῳ ὑπάρχει, καὶ νικᾷν αὐτοὺς ἀεὶ δεδιδάγμεθα.

ι΄. Τοιαῦτά τινα εἰπόντα τὸν Ἀλέξανδρον πᾶς ὁ στρατὸς ἀνευφήμησε, προθυμίαν τε πᾶσαν ἐς τὸ πολεμεῖν ὑπισχνεῖτο. ὁ δ᾽ ἐπιδοὺς αὐτοῖς χρήματα μεγαλοφρόνως, εὐτρεπίζεσθαι τὰ πρὸς τὴν ἔξοδον ἐκέλευσε. κατελ-

nostra arma lacessere, despecta majestate Romana, & jam incursare ac vastare nostras provincias aggreditur. Huic ego per literas à principio studui persuadere, ut inexplebilem illam vecordiam omitteret, néve aliena concupisceret. At ille Barbara insolentia provectus, neque se continere suis sedibus jam vult, & nos ad pugnam provocat. Ne cunctemur igitur, néve prælium detrectemus: sed quicunque seniores hîc adestis, in memoriam revocate trophæa quæ sæpe adversus Barbaros, Severo atque Antonino parente meo ducibus, excitâstis. Quibus autem ætas integra est, laudem hanc in primis ac gloriam concupiscite, ut intelligant omnes, scire vos non solum pacem mansuetè ac reverenter colere, verùm etiam cùm res postulat, fortissimè præliari. Quippe Barbari, ut cedentibus, detrectantibusque acriter instant, ita repugnantibus minimè resistunt. Neque enim illis collata acies spem victoriæ pollicetur: sed excursibus fugaque utentes, lucrari se demum putant, quæ scilicet rapuerunt. At nos cùm omnia composita ordinataque habeamus, tum illos vincere ac profligare semper didicimus.

X. Talia quædam locutum Alexandrum alacri vociferatione milites exceperunt, ac se promptissimos ad bellandum ostenderunt. Ille, diviso largiter stipendio, jubet ad iter accingi: mox ad eam fermè sen-

tentiam locutus in Senatu, diem discessui præstituit. Quæ ubi advenit, sacris, quæ discedentibus consueta erant, peractis, deducente Senatu populoque universo, Româ proficiscitur, respectans identidem, ac lacrymans. Sed neque popularium quisquam fuit qui siccis oculis aspexerit abeuntem. Quippe omnem multitudinem sui cupidam habebat, educatus ab ipsis, imperioque tam multos annos modestissimè administrato. Cæterum festinato itinere, cum Illyricas etiam gentes exercitusque lustrasset, magnis inde quoque viribus collectis, Antiochiam contendit. In ea civitate quæ belli usus postularet, diligenter comparabat, exercendis etiam militibus ac cæteris bellicis muneribus pertractandis intentus.

XI. Visum igitur illi est, legationem iterum mittere ad Persarum regem, quæ de pace amicitiaque cum illo ageret. Nam cùm ipse jam afforet, minimè desperabat, aut persuasurum quæ vellet, aut certè perterrefacturum. Enimverò Barbarus Romanos oratores re infecta domum remisit. Ipse quadringentos è suis proceritate insignes, vestituque eleganti auroque exornatos, equis atque arcubus conspicuos, legatos ad Alexandrum mittit, perterritum iri Romanos putans aspe-

θὼν τε εἰς τὴν σύγκλητον βουλὴν, καὶ τοῖς προειρημένοις ὅμοια διαλεχθεὶς, ἐπήγγειλε τὴν ἔξοδον. καταλαβούσης δὲ τῆς ὡρισμένης ἡμέρας, θύσας τὰς ἐπὶ τῇ ἐξόδῳ νομιζομένας ἱερουργίας, παραπεμφθείς τε ὑπὸ τῆς συγκλήτου καὶ παντὸς τοῦ δήμου, τῆς Ῥώμης ἀπῄει, ἐπιστρεφόμενος ἀεὶ πρὸς τὴν πόλιν, καὶ δακρύων. ἀλλ' οὐδὲ τῶν δημοτῶν ἦν τις ὃς ἀδακρυτὶ παρέπεμπεν αὐτόν. πόθον γὰρ ἑαυτοῦ τῷ πλήθει ἐμπεποιήκει, ἀνατραφείς τε ὑπ' αὐτοῖς, καὶ μετρίως ἄρξας τοσούτων ἐτῶν. μετὰ πολλῆς δὲ σπουδῆς ποιησάμενος τὴν πορείαν, τά τε Ἰλλυρικὰ ἔθνη καὶ στρατόπεδα ἐπελθὼν, πλείστην τε δύναμιν κἀκεῖθεν ἀθροίσας, εἰς τὴν Ἀντιόχειαν ἀφίκετο. ἐκεῖ δὲ γενόμενος, τὰ πρὸς τὸν πόλεμον ἐξήρτυε, γυμνάζων τε τοὺς στρατιώτας, καὶ τὰ πολεμικὰ ἀσκῶν.

ια'. [1] Ἔδοξε δὲ αὐτῷ πρεσβείαν πάλιν πέμψαι πρὸς τὸν Πέρσην, καὶ περὶ εἰρήνης καὶ φιλίας διαλέγεσθαι. ἤλπιζε γὰρ αὐτὸν πείσειν ἢ φοβήσειν, αὐτὸς παρών. ὁ δὲ Βάρβαρος τοὺς μὲν πρέσβεις τῶν Ῥωμαίων ἀπέπεμψεν ἀπράκτους, αὐτὸς δὲ ἐπιλεξάμενος τετρακοσίους Περσῶν τοὺς μεγίστους, ἐσθῆσί τε πολυτελέσι καὶ χρυσῷ κατακοσμηθέντας, ἵππων τε καὶ τόξων παρασκευῇ πρέσβεις ἔπεμψε δὴ πρὸς τὸν Ἀλέξανδρον, καταπλήξειν οἰηθεὶς τοὺς Ῥωμαίους, τῇ τε ὄψει καὶ τῷ σχήματι τῶν

1 Consulas Dion: & Zon.

Περσῶν.

Περσῶν. ἔλεγε δὲ ἡ πρεσβεία, ὅτι δὴ κελεύει μέγας βασιλεὺς Ἀρταξέρξης ἀφίστασθαι Ῥωμαίους τε καὶ τὸν ἄρχοντα αὐτῶν, Συρίας τε ἁπάσης, Ἀσίας τε τῆς Εὐρώπῃ ἀντικειμένης· ἐᾶσαι δὲ ἄρχειν Πέρσας μέχρις Ἰωνίας τε καὶ Καρίας, καὶ ὅσα Αἰγαίῳ καὶ Πόντῳ ἔθνη διαιρεῖται. εἶναι γὰρ αὐτὰ Περσῶν προγονικὰ κτήματα. τοιαῦτά τινα τῶν τετρακοσίων πρέσβεων ἀπαγγειλάντων, κελεύει ὁ Ἀλέξανδρος τοὺς τετρακοσίους συλληφθῆναι· καὶ περιελόμενος πάσης τῆς περικειμένης στολῆς, εἰς Φρυγίαν ἐξέπεμψε, δοὺς κώμας τε οἰκεῖν, καὶ χώραν γεωργεῖν· τοσαύτην αὐτοῖς ἐπιθεὶς τιμωρίαν, ὡς οἴκαδε μὴ ἐπανελθεῖν. ἀποκτεῖναι γὰρ ἀνόσιον καὶ οὐ πάνυ ἀνδρεῖον ἡγήσατο, μήτε μαχομένους, καὶ τὰ κελευσθέντα ὑπὸ τοῦ ἑαυτῶν δεσπότου ἀπαγγείλαντας.

ιβʹ. Τούτων δὴ οὕτω πραττομένων, παρασκευαζομένου τε τοῦ Ἀλεξάνδρου καὶ διαβῆναι τοὺς ποταμούς, εἴς τε τὴν βάρβαρον γῆν τὸν στρατὸν διαγαγεῖν, ἐγένοντό τινες καὶ ἀποστάσεις στρατιωτῶν, ἀπό τε Αἰγύπτου ἐληλυθότων, ἀλλὰ μὴν καὶ τῶν κατὰ Συρίαν καινοτομῆσαί τινα ἐπιχειρησάντων περὶ τὴν βασιλείαν· οἳ ταχέως φωραθέντες ἐκολάσθησαν. ἀλλὰ καί τινα τῶν στρατοπέδων μετέστησεν ὁ Ἀλέξανδρος εἰς ἕτερα χωρία, ἐπιτηδειότερα δοκοῦντα εἶναι πρὸς τὸ κωλύειν τὰς τῶν Βαρβάρων ἐπιδρομάς. τούτων δὴ αὐτῷ διοικηθέντων, τῆς τε στρατιᾶς παμπληθοῦς συνειλεγμένης, ὅτε δὴ ἀντίπαλα καὶ ἰσόῤῥοπα ᾠήθη εἶναι τὰ ἑαυτοῦ στρατεύ-

ctu illo cultuque Persarum. Legationis ejus hæc erat sententia: Jubere magnum Regem Artaxerxem, Romanos eorumque Principem, Syria omni, Asiaque, quæcunque ex adverso Europæ sita est, decedere: sinere Persas Jonia Cariaque tenus dominari, omnibusque iis Regionibus, quas mare Ægæum Pontusque disterminat: esse enim illa Persarum possessiones à majoribus acceptas. Hæc afferentes legatos quadringentos comprehendi Alexander jubet, omnique adempto cultu in Phrygiam relegat; vicis agrisque concessis quos colerent: contentus hoc supplicio interdicti in patriam reditus. Quippe occidere nefarium facinus, minimeque virile arbitrabatur, neque in acie captos, & sui Regis mandata executos.

XII. His ad hunc modum peractis, comparante jam se ut fluvios transgrederetur Alexandro; ac Romanorum exercitum in Barbarorum agros deduceret, defecerunt ab illo milites nonnulli ex Ægypto acciti; neque non in Syria quoque res novas contra imperium moliti alii: sed universi tamen oppressi statim, supplicioque affecti sunt. Quosdam etiam exercitus in Regiones alias transtulit Alexander, ut inde Barbarorum incursiones facilius arcerentur. Quibus ordinatis rebus, magnoque jam coacto exercitu, cum primum se haud imparem fore adversariorum copiis credidit, de ami-

amicorum ſententia milites trifariam diſtribuit: ſic ut unam partem juberet, ſpectantem ad Septentriones, facere iter per Armeniam, quæ Regio amica Romanis videbatur, atque illinc Medorum fines incurſare: alteram item ad Septentrionem, per Barbarorum agros contendere, ubi confluentes Tygris & Euphrates denſiſſimis paludibus excipi, atque ob id eorum fluviorum latêre egreſſus dicuntur. Tertiam porro exercitus partem ipſe adducturum ſe adverſus Barbaros medio jam itinere pollicebatur. Ita enim putabat, diverſis itineribus imparatos eos, ac ſic nec opinantes oppreſſurum: Perſarumque copias, ſemper ingruentibus Romanis occurſantes, diſtractum iri, atque imbecilliores futuras, minuſque ordinate prælium ſuſcepturas. Neque enim mercenario milite utuntur Barbari, quemadmodum Romani conſueverunt; neque ſtativis caſtris exercitus habent, qui bellorum actibus exerceantur: ſed omnis multitudo virorum, nonnunquam autem mulierum quoque, Regis congregantur imperio: quæ mox bello peracto, ſuas protinus in ſedes dimittitur; ea demum præmia belli referens, quæ cuique ex rapina ſuperfuerint. Arcubus

μάλιστα τῷ πλήθει τῶν Βαρβάρων, σκεψάμενος σὺν τοῖς φίλοις, ἔνειμε τὸ στρατιωτικὸν εἰς τρεῖς [1] μοίρας. καὶ τὴν μὲν μίαν ἐκέλευσε πρὸς τὰ ἀρκτῷα μέρη ἀφορῶσαν, δι' Ἀρμενίας ἐπελθοῦσαν, φίλης Ῥωμαίοις δοκούσης, κατατρέχειν τὴν Μήδων χώραν· τὴν δ' ἑτέραν ἔπεμψε πρὸς τὰ ἀρκτῷα μέρη τῆς Βαρβάρου γῆς βλέπουσαν, ἔνθα συῤῥέοντας τὸν Τίγρητα καὶ τὸν Εὐφράτην ἕλη πυκνότατα ὑποδέχεσθαι λέγουσι, καὶ λανθάνειν ποταμῶν ἐκείνων μόνων διὰ τοῦτο τὰς ἐκβολάς. τὴν δὲ τρίτην μοῖραν καὶ γενναιοτάτην τοῦ στρατοῦ αὐτὸς ἔχων, ὑπέσχετο ἐπάξειν τοῖς Βαρβάροις κατὰ μέσην τὴν πορείαν. οὕτω γὰρ ᾤετο, διαφόροις ἐφόδοις ἀφυλάκτοις τε καὶ ἀπροόπτοις αὐτοῖς ἐπελεύσεσθαι· καὶ τὸ πλῆθος τῶν Περσῶν ἀεὶ πρὸς τοὺς ἐπιόντας διαιρούμενον, ἀσθενέστερόν τε ἔσεσθαι καὶ ἀτακτότερον μάχεσθαι. οὐ γὰρ δὴ μισθοφόροις χρῶνται στρατιώταις οἱ Βάρβαροι, ὥσπερ Ῥωμαῖοι, οὐδὲ στρατόπεδα ἔχουσι συνεστῶτα καὶ μένοντα, πολεμικαῖς τέχναις ἐγγεγυμνασμένα· ἀλλὰ πᾶν τὸ πλῆθος τῶν ἀνδρῶν, ἔσθ' ὅτε καὶ τῶν γυναικῶν, ἐπὰν κελεύσῃ βασιλεὺς, ἀθροίζεται. διαλυθέντος δὲ τοῦ πολέμου, ἕκαστος εἰς τὰ ἑαυτοῦ ἐπανέρχεται, τοσοῦτον ἀποκερδήσας, ὅσα ἂν ἐξ ἁρπαγῆς αὐτῷ περιγένηται. τόξοις τε καὶ ἵπποις οὐκ εἰς τὸ πολεμεῖν μόνον χρῶνται,

1 Narrat hic loci eximius Hiſtoricus Alexandri contra Perſas exercitum in tres partes ab eo fuiſſe diviſum, quæ perierint omnes, ſed diverſo modo: unam partem in locum iniquum deductam, quum pugnare non poſſit. Perſarum *ſagittis* confixam internecione deletam; alteram partem *morbo* entinctam, tertiam denique *frigore*. Caſaub. annotat. in Lamprid.

ὥσπερ

ὥσπερ Ῥωμαῖοι, ἀλλ' ἐκ παίδων σὺν αὐτοῖς ἀνατρέφονται, καὶ θηρῶντες διαιτῶνται, οὔτε τὰς φαρέτρας ποτὲ ἀποτιθέμενοι, οὔτε τῶν ἵππων ἀποβαίνοντες, ἀεὶ δὲ αὐτοῖς χρώμενοι ἢ κατὰ πολεμίων ἢ κατὰ θηρίων.

ιγ'. Ἀλέξανδρος μὲν οὖν, ὡς ᾤετο, ἄριστα βεβούλευτο· ἔσφηλε δὲ αὐτοῦ τὴν γνώμην ἡ τύχη. τὸ μὲν γὰρ πεμφθὲν δι' Ἀρμενίας στρατιωτικὸν, μόλις καὶ χαλεπῶς ὑπερβαλὸν τὰ τῆς χώρας ὄρη, τραχύτατά τε ὄντα καὶ κρημνωδέστατα (πλὴν ἐπὶ θέρους ὄντος, ἀνεκτὴν εἶχε τὴν πορείαν) ἐμβαλὸν εἰς τὴν Μήδων χώραν, ἐπόρθει τε αὐτὴν, καὶ πολλὰς ἐνέπρησε κώμας, λείαν τε ἀπήγαγεν. ὁ δὲ Πέρσης μαθὼν, ἐπήμυνε κατὰ δύναμιν, ἀπείργειν δὲ τοὺς Ῥωμαίους οὐ πάνυ τι ἐδύνατο. τραχεῖα γὰρ οὖσα ἡ χώρα, τοῖς μὲν πεζοῖς καὶ τὴν βάσιν εὐπαγῆ, καὶ τὴν πορείαν εὐμαρῆ παρεῖχεν. ἡ δ' ἵππος τῶν Βαρβάρων, ὑπὸ τῆς τῶν ὀρῶν τραχύτητος, ὁμοῦ καὶ πρὸς δρόμον ἐπείχετο, καὶ καθιππάζειν ἢ ἐπιέναι ἐκωλύετο. ἧκον δέ τινες ἀγγέλλοντες τῷ Πέρσῃ, ὡς ἄρα φαίνοιτο Ῥωμαίων στρατὸς ἕτερος, ἐν τοῖς ἑῴοις μέρεσι Παρθυαίων, τά τε πεδία κατατρέχουσι. διόπερ φοβηθεὶς ἐκεῖνα, μὴ τὰ ἐν Πάρθοις ῥᾳδίως λυμηνάμενοι, εἰς Πέρσας ἐμβάλωσι, καταλιπὼν τινὰ δύναμιν, ὅσην αὐτάρκη ᾤετο ῥύεσθαι Μηδίαν, αὐτὸς σὺν παντὶ τῷ στρατῷ εἰς τὰ ἑῷα μέρη ἠπείγετο. ἡ δὲ τῶν Ῥωμαίων στρατιὰ τὴν πορείαν ἀμελέστερον ἐποιεῖτο, μήτε τινὸς φαι-

autem, & equis non in prælio tantum more Romanorum utuntur, sed à pueritia usque enutriuntur unà, venatu invigilantes, pharetratique semper ac nunquam ex equis desilientes, sive bellum gerant, sive feras conficiant.

XIII. Sed hoc Alexandri consilium, etsi longè optimum prima specie videbatur, statim tamen fortuna destituit: siquidem exercitus contendere per Armeniam jussus, vix ægreque superatis ejus regionis asperrimis præruptissimisque montibus, quanquam æstas tolerabilius iter faciebat, impetu in mediam facto, vicos concremavit, prædamque abegit. At Rex Persarum intellecta re, confestim quam maximis potuit copiis auxilio adfuit: cæterum arcere illinc Romanos minimè poterat. Quippe aspera regio peditibus quidem stabilem gressum, facilemque transitum præbebat: at Barbarorum equitatus, montium asperitate, & cursum difficiliorem, & iter habebat impeditius. Nunciatum dein Regi est, exercitum alterum Romanorum, Parthorum in agros, qua ad Orientem spectant, impetum fecisse. Quare metuens, ne Parthis facile superatis, mox in Persiam grassarentur, relictis copiis, quantæ ad tuendam Mediam satis fore videbantur, ipse cum toto exercitu ad Orientis partes accelerabat. Cæterùm exercitus Romanus comparante ac repugnante nullo negligen-

tius

tius iter faciebat, ratus Alexandrum cum tertia parte copiarum, quæ maximæ valentissimæque forent, in medios incurrisse Barbaros. Itaque restitantibus illis, atque ob id exercitum retentantibus, minimè sibi properandum putabant, ut qui se tutos crederent: præstituto antea loco, in quem pariter universi cum præda abacta, captivisque omnibus convenirent. Sed eos Alexander fefellit; neque enim aut ipse venit, aut exercitum adduxit: incertum metúne proprio, ne ipse imperium tuendo vita periclitaretur, an quia mater retinuerit, muliebri pavore, & charitate filii nimia: siquidem omnes illius generosos spiritus retundebat, suadens alios potius periculis exponeret, quàm ipse in acie consisteret. Quæ res exercitum Romanum fines Barbarorum ingressum planè perdidit. Etenim Persarum Rex omnibus copiis occurrens imparatis minimeque expectantibus, quasique intra retia undique concludens, & sagittis petens, omnem Romanorum exercitum profligavit. Quippe pauci plurimis resistere haud poterant, semperque nudas corporis partes armis adversus impetum sagittarum protegebant: satis præclarè secum agi existimantes, si nulla edita pugna integri recessissent. Sed cum aliquandiu confertim clypeis sese quasi muro circumsepissent, at-

νομένου, μήτε ἀνθεστῶτός τινος, ἤλπιζέ τε τὸν Ἀλέξανδρον σὺν τῇ τρίτῃ μοίρᾳ, γενναιοτάτῃ οὔσῃ καὶ μεγίστῃ, εἰς μέσους ἐμβεβληκέναι τοὺς Βαρβάρους. κἀκείνους ἀνθελκομένους ἀεὶ πρὸς τὸ ἐνοχλοῦν, σχολαιτέραν αὐτοῖς καὶ ἀδεεστέραν παρέξειν τὴν ἔφοδον· προείρητο γὰρ πᾶσι τοῖς στρατοῖς ὑπερτρέχειν, καὶ τόπος ὥριστο, εἰς ὃν καὶ ὅπου συνελθεῖν ἔδει πάντα τὰ ἐμπίπτοντα, καὶ ἐν μέσῳ χειρουμένους. ἔσφηλε δὲ αὐτοὺς ὁ Ἀλέξανδρος, μήτε εἰσαγαγὼν τὸν στρατόν, μήτε εἰσελθών, ἢ διὰ δέος, ἵνα μὴ δὴ αὐτὸς κινδυνεύσοι ψυχῇ καὶ σώματι, ὑπὲρ τῆς Ῥωμαίων ἀρχῆς· ἢ [1] τῆς μητρὸς ἐπισχούσης, γυναικείᾳ δειλίᾳ καὶ ὑπερβαλλούσῃ φιλοτεκνίᾳ. ἤμβλυνε γὰρ αὐτοῦ τὰς πρὸς ἀνδρείαν ὁρμάς, πείθουσα δεῖν ἄλλους ὑπὲρ αὐτοῦ κινδυνεύειν, ἀλλὰ μὴ αὐτὸν παρατάττεσθαι· ὅπερ τὸν εἰσελθόντα Ῥωμαίων στρατὸν ἀπώλεσεν. ὁ γὰρ Πέρσης σὺν πάσῃ τῇ δυνάμει ἐπελθὼν, οὐ προσδοκῶντος τοῦ στρατοῦ, ἐκπεριελθὼν, καὶ ὥσπερ σαγηνεύσας, πανταχόθεν τε τοξεύων, διέφθειρε τὴν δύναμιν τῶν Ῥωμαίων, ὀλίγων τε πρὸς πολλοὺς ἀνθίστασθαι μὴ δυναμένων, καὶ ἀεὶ τὰ γυμνὰ ἑαυτῶν, εἰς ἃ ἐτοξεύοντο, φραττόντων τοῖς ὅπλοις. σώζειν γὰρ αὐτοῖς τὰ σώματα, οὐ μάχεσθαι, ἀγαπητὸν ἦν. ἔς τε δὴ πάντες ἐς τὸ αὐτὸ συναλισθέντες, καὶ τῇ τῶν ἀσπίδων προβολῇ ὥσπερ τειχίσαντες, ἀπε-

1 Egit omnia ex consilio matris, cum quâ occisus est. Lamprid.

μάχοντο ἐν σχήματι πολιορκίας, βαλλόμενοι πανταχόθεν καὶ τιτρωσκόμενοι· ἀντισχόντες εἰς ὅσον ἐνεδέχετο ἀνδρείως, τὸ τελευταῖον πάντες διεφθάρησαν. μεγίστη τε αὕτη συμφορὰ, καὶ οὐ ῥᾳδίως μνημονευθεῖσα, Ῥωμαίους ἐπέσχε, δυνάμεως μεγίστης διαφθαρείσης, γνώμῃ καὶ ῥώμῃ μηδεμιᾶς τῶν ἀρχαίων ἀποδεούσης. τόν τε Πέρσην εἰς ἐλπίδα μειζόνων πραγμάτων ἐτύφωσε τηλικούτων ἔργων εὐπραγία.

ιδ'. Ὡς δὲ ταῦτα τῷ Ἀλεξάνδρῳ ἐδηλώθη, χαλεπῶς νοσοῦντι, εἴτε διὰ δυσθυμίαν, εἴτε διὰ τὴν τοῦ ἀέρος ἀήθειαν, αὐτός τε δυσφόρως ἤνεγκε, καὶ ὁ λοιπὸς στρατὸς ἠγανάκτησε πρὸς τὸν Ἀλέξανδρον· καὶ ἐχαλέπαινεν, ὅτι δὴ ψευσαμένου αὐτοῦ, καὶ μὴ τηρήσαντος τὰ συνθήματα, προδοθείη ὁ εἰσελθὼν στρατός. πλὴν ὁ Ἀλέξανδρος, μήτε τὴν νόσον φέρων, καὶ τὸ πνιγῶδες τοῦ ἀέρος, τοῦ τε στρατοῦ παντὸς νοσοῦντος, καὶ μάλιστα τῶν Ἰλλυρικῶν στρατιωτῶν, (οἱ ὑγρῷ καὶ χειμερίῳ ἀέρι ἐνειθισμένοι, τροφάς τε πλείονας συνήθως εἰσφερόμενοι, χαλεπῶς νοσοῦντες, διεφθείροντο) ἐπανελθεῖν τε εἰς τὴν Ἀντιόχειαν ἐβουλεύσατο, καὶ πέμψας τὸν ἐν Μηδίᾳ στρατὸν, ἐπανελθεῖν ἐκέλευσεν. ἐκεῖνος μὲν ὁ στρατὸς ἐπανιὼν, πλεῖστος ἐν τοῖς ὄρεσι διεφθάρη· [1] καὶ ἠκρωτηριάσθησαν οὐκ ὀλίγοι ἐν δυσχειμέρῳ χώρᾳ, ὡς ὀλίγους πάνυ ἐκ πολλῶν ἐπανελθεῖν.

que omnes, velut urbs aliqua, oppugnarentur consauciarenturque, tandem ubi diu fortiter restiterant, occidione occiderunt. Ingens hæc calamitas, & qualis nulla facilè memoratur, Romanis incidit, amisso ingenti exercitu, vel fide vel robore cuilibet antiquorum exercituum conferendo: Persam verò majorum spe implevit tantarum successus rerum.

XIV. Quæ ubi nunciata Alexandro sunt, gravissimè tunc ægrotanti, sive ex moerore animi, sive insolentia coeli, cùm ipse tulit molestissime, tum exercitus omnis graviter Imperatori succensebat. Quippe ipsius mendacio, minimè signis servatis, proditos ab eo suos milites dictitabant. Cæterum Alexander, morbi coelique illius æstuosi impatiens, laborante pariter omni exercitu, maximeque Illyricanis, qui humido hybernoque coelo insueti, largiusque cibum (more suo) capientes, lethaliter ægrotabant: redire Antiochiam constituit, accitis etiam eò militibus, qui montium tamen atque hyemis asperitate attriti, paucissimis tantum reliquis perierant. Copias autem quas se-

1 Usum verbi ἀκρωτηριάζεσθαι multiplicem Suidas docebit, sed quomodo apud Herod. accipiatur, paraphrasis ista Zonaræ (ut notat Sylburgius) satis planè demonstrat, cujus verba sic se habent, δυσχειμέρων γὰρ ὄντων τούτων, οἱ τῶν ὁδοιπορούντων πόδες, ἐνίων δὲ καὶ χεῖρες, ἐκ τοῦ ψύχους ἠκρωτηριάσθησαν, μιανθεῖσαι καὶ νεκρωθεῖσαι. Zon.

cum Alexander habebat, Antiochiam reduxit, multis inde quoque amissis. Quare magnum exercitui mœrorem, magnum Alexandro dedecus ea res attulit: cùm scilicet omnibus locis fortuna illius consilium fefellerit: siquidem plurimi è triplici illo exercitu (ita namque distribuerat) desiderati sunt, diversis calamitatibus, morbo, ferro, frigore.

XV. Ut verò Antiochiam pervenit Alexander, facilè & ipse convaluit, spiritu illo cœli, & aquarum abundantia, post æstuosos Mesopotamiæ calores refectus, & milites universos recreavit, consolatus etiam mœstitiam illorum pecuniis elargiendis. Id enim solum valere ad conciliandos militum animos arbitrabatur. Copias autem instaurabat, comparabatque de integro, quasi iterum in Persas exercitum deducturus, si molesti esse pergerent, neque ab injuria desisterent. Sed & Rex Persarum dimisisse milites suam quemque domum nunciabatur. Nam quamvis bello superiores fuisse Barbari viderentur, tamen præliis crebris in Media Parthiaque gestis pars ceciderant, alii attriti & saucii superfuerant. Neque enim segniter Romani devicti, sed ipsi quoque interdum exitiosi hostibus, nullaque adeò re magis perierunt quam

τὸ δὲ σὺν αὐτῷ πλῆθος ὁ Ἀλέξανδρος εἰς τὴν Ἀντιόχειαν ἐπανήγαγε, πολλῶν καὶ ἐξ ἐκείνης τῆς μοίρας ἀπολωλότων· ὡς μεγίστην ἐνεγκεῖν δυσθυμίαν τῷ στρατῷ, καὶ Ἀλεξάνδρῳ ἀδοξίαν, σφαλέντι καὶ γνώμῃ καὶ τύχῃ, καὶ τῶν τριῶν μοιρῶν τοῦ στρατοῦ (ὧν ἔνειμε) τὸ πλεῖστον ἀποβαλόντι διαφόροις συμφοραῖς, [1] νόσῳ, πολέμῳ, κρύει.

ιε'. Γενόμενος δὲ ἐν τῇ Ἀντιοχείᾳ ὁ Ἀλέξανδρος, αὐτός τε ῥᾳδίως ἐπερρώσθη, τῷ εὐψυχεῖ καὶ ἐνύδρῳ τῆς πόλεως, μετὰ τὸν ἐν Μεσοποταμίᾳ ξηρὸν αὐχμόν. τούς τε στρατιώτας ἀνεκτᾶτο, καὶ ἐφ' οἷς ἐλελύπηντο, παρεμυθεῖτο μεγαλοδωρεᾷ χρημάτων. τοῦτο γὰρ μόνον εἰς εὐνοίας ἀνάκτησιν στρατιωτῶν ἐνόμιζε φάρμακον. δύναμίν τε ἤθροιζε καὶ παρεσκεύαζεν, ὡς δὴ πάλιν ἐπάξων Πέρσαις, εἰ ἐνοχλοῖεν καὶ μὴ ἡσυχάζοιεν. ἀπηγγέλλετο δὴ καὶ ὁ Πέρσης λύσας τὴν δύναμιν, καὶ ἑκάστους εἰς τὰ ἑαυτῶν ἀποπέμψας. εἰ γὰρ καὶ ἐκ τοῦ κρείττονος ὑπέρτεροι ἐδόκουν γεγονέναι οἱ Βάρβαροι, πλὴν ὅμως ἐτετρύχοντο τῇ τε κατὰ Μηδίαν πολλάκις γενομέναις συμβολαῖς, τῇ τε ἐν Παρθίᾳ μάχῃ, πολλῶν μὲν πεσόντων, παμπλείστων δὲ τετρωμένων. οὐ γὰρ ἀνάνδρως οἱ Ῥωμαῖοι ἡττήθησαν, ἀλλὰ καὶ αὐτοὶ τοὺς πολεμίους ἔσθ' ὅπῃ κακώσαντες· παρὰ τοῦτο δὲ ἀπολόμενοι,

1 Scribit Lampridius triplicem exercitui calamitatem contigisse, ex *frigore*, morbo, ac *fame*, de quâ nihil Author noster. Videtur igitur Lamprid. in suis Herodiani codicibus pro πολέμῳ legisse λιμῷ. Casaub. annot. in Lamprid.

παρ'

παρ' ὅσον πλήθει ἐλάττους εὑρέθησαν. ὡς σχεδὸν ἰσαρίθμους γενομένους τοῦ ἑκατέρωθεν πεσόντος στρατοῦ, τὸ περιλειφθὲν τῶν Βαρβάρων, πλήθει ἀλλ' οὐ δυνάμει δοκεῖ νενικηκέναι. δεῖγμα δὲ τοῦτο οὐ μικρὸν τῆς Βαρβάρων κακώσεως· ἐτῶν γοῦν τριῶν ἢ τεττάρων ἡσύχασαν, οὐδ' ἐν ὅπλοις ἐγένοντο. ἅπερ μανθάνων ὁ Ἀλέξανδρος, καὶ ἔτι ἐν τῇ Ἀντιοχείᾳ διέτριβεν. εὐθυμότερος ὃ καὶ ἀδεέστερος γενόμενος, ἀνειμένης αὐτῷ τῆς περὶ τὰ πολεμικὰ φροντίδος, ταῖς τῆς πόλεως ἐσχόλαζε τρυφαῖς.

Οἰομένου δὲ αὐτοῦ τὰ ἐν Πέρσαις ἐν εἰρήνῃ μὲν συγκείμενα ἡσυχάζειν, ἔχειν δὲ ἀνακωχὴν καὶ μέλλησιν τῷ Βαρβάρῳ πρὸς τὸ πάλιν ἐπάγειν τὸν στρατόν· ὡς ἅπαξ διαλυθεὶς, οὐ ῥᾳδίως ἠθροίζετο, (ἅτε μὴ συντεταγμένος, μηδὲ συνεστώς, ἀλλ' ὄχλος μᾶλλον ἢ στρατὸς ὑπάρχων· καὶ τῶν ἐπισιτισμῶν αὐτοῖς τοσούτων ὄντων, ὅσον ἂν ἕκαστος ἀφικνούμενος πρὸς τὸ ἑαυτοῦ χρειῶδες ἐπενέγκηται, καὶ δυσαποσπάστως τε καὶ δυσόκνως καταλιπόντων τέκνα καὶ γυναῖκας, καὶ τὴν οἰκείαν χώραν·) αἰφνιδίως ἄγγελοί τε καὶ γράμματα ἐτάραξε τὸν Ἀλέξανδρον, καὶ εἰς μείζονα φροντίδα ἐνέβαλεν, ἐπιστειλάντων αὐτῷ τῶν ἐμπεπιστευμένων τὴν Ἰλλυρίδος ἡγεμονίαν, ὅτι ἄρα Γερμανοὶ Ῥῆνον καὶ Ἴστρον διαβαίνοντες, τὴν Ῥωμαίων πορθοῦσιν ἀρχήν, καὶ τὰ ἐπὶ ταῖς ὄχθαις στρατόπεδα ἐπικείμενα, πόλεις τε καὶ κώμας πολλῇ δυνάμει κατατρέχουσιν· εἴη τε οὐκ ὀλίγῳ κινδύνῳ τὰ Ἰλλυ-

quoniam pauciores deprehensi. Nam cùm fere par utrinque numerus cecidisset, reliquiæ illæ Barbarorum non quidem fuisse viribus superiores, sed numero, videbantur. Magnum autem cladis Barbarorum argumentum est, quod triennio mox aut quadriennio Barbari nequaquam arma resumpserunt. Quibus intellectis Alexander Antiochiæ commorabatur; hilariorque jam & liberior, laxatis bellorum curis, urbis ejus deliciis indulgebat.

Enimverò putante illo tum quieturos Persas, aut sanè multum spacii moræque intercessurum priusquàm exercitum de integro cogerent, haud facilè, cum semel dissipatus est, in unum coeuntem, (utpote incertum atque inordinatum, vulgusque potius quàm exercitum, tantumque commeatuum habentem, quantum sibi unusquisque ad præsentem usum domo attulisset: præterea ægrè filios uxoresque, & sedes proprias relinquentem) statim nuncii literæque ab Illyricis procuratoribus adfuerunt, qui eum vehementer perturbarent, curamque animo majorem injicerent. Quippe significabant Germanos Rhenum Danubiumque transgressos, Romanos in fines hostiliter intrasse, oppugnareque jam exercitus ripis insidentes, perque urbes & vicos magnis copiis excurrere. Quapropter haud leviter Illyricas

nationes conterminas vicinasque Italiæ periclitari: Opus esse igitur ipsius præsentia, totoque quantum secum exercitum haberet. Hæc & formidinem Alexandro, & Illyricis militibus mœstitiam attulerunt. Quippe duplici se calamitate usos intelligebant, quòd & ipsi malè accepti in acie adversus Persas fuerant, & suos domi cæsos à Germanis audiebant. Quare indignabantur, atque Alexandro succensebant, tanquam res in Oriente prius vel metu vel negligentia prodidisset: nunc autem, rebus ad Septentrionem vocantibus, metu cunctaretur. Erant autem Alexander jam atque amici illius, etiam de ipsa Italia soliciti. Neque enim par periculum à Persis atque à Germanis impendebat. Nam qui sub Orientem habitant, magno terrarum marisque intervallo discreti, Italiæ vix nomen audiunt. At Illyricæ gentes, angustæ videlicet, neque multum agri Romanis subjecti possidentes, solæ discrimen faciunt inter Italiam atque Germaniam. Edicit itaque profectionem ingratis atque ægrè ferens, sed urgente tamen necessitate. Relictis autem copiis, quantas fore satis tuendis Romanis ripis arbitrabatur, castrisque & castellis diligentius communitis, ac præsidio firmatis, ipse adversus Germanos cum reliqua omni multitudine approperabat: confectoque celeriter itinere, constitit ad Rheni ripas, atque ibi res ad bellum Germa-

ρικὰ ἔθνη, ὁμοροῦντα καὶ γειτνιῶντα Ἰταλίᾳ· δεῖσθαι τοίνυν τῆς αὐτοῦ παρουσίας, καὶ τοῦ στρατοῦ παντὸς ὃς ἦν σὺν αὐτῷ. δηλωθέντα δὴ ταῦτα τόν τε Ἀλέξαλδρον ἐτάραξε, καὶ τοὺς ἐκ τοῦ Ἰλλυρικοῦ στρατιώτας ἐλύπησε, διπλῇ δοκοῦντας κεχρῆσθαι συμφορᾷ, ἔκ τε ὧν πεπόνθεσαν Πέρσαις μαχόμενοι, ἔκ τε ὧν ἐπυνθάνοντο τοὺς οἰκείους ἕκαστοι ὑπὸ Γερμανῶν ἀπολωλότας. ἠγανάκτουν οὖν, καὶ τὸν Ἀλέξανδρον εἶχον ἐν αἰτίᾳ ὡς τὰ ὑπὸ ταῖς ἀνατολαῖς δι' ἀμέλειαν ἢ δειλίαν προδεδωκότα, πρός τε τὰ ἀρκτῷα μέλλοντα καὶ ὀκνοῦντα. ἦν δὲ καὶ αὐτῷ δέος τῷ Ἀλεξάνδρῳ, τοῖς τε συνοῦσι φίλοις, ἤδη καὶ περὶ αὐτῆς Ἰταλίας. οὐ γὰρ ὅμοιον ἡγοῦντο τὸν ἐκ Περσῶν κίνδυνον οἷον ἐκ Γερμανῶν. οἱ μὲν γὰρ ὑπὸ ταῖς ἀνατολαῖς κατοικοῦντες, μακρᾷ γῇ καὶ θαλάττῃ πολλῇ διῃρημένοι, τὴν Ἰταλῶν χώραν μόλις ἀκούουσι· τὰ Ἰλλυρικὰ δὲ ἔθνη, στενὰ ὄντα καὶ οὐ πολλὴν ἔχοντα τὴν ὑπὸ Ῥωμαίοις γῆν, παρὰ τοσοῦτον ὁμόρους καὶ γείτονας ποιεῖ Γερμανοὺς Ἰταλιώταις. ἐπαγγέλλει δὲ ἄκων μὲν καὶ ἀσχάλλων τὴν ἔξοδον, πλὴν τῆς ἀνάγκης αὐτὸν καλούσης. καταλιπών τε δύναμιν, ὅσην αὐτάρκη ᾤετο ῥύεσθαι τὰς Ῥωμαίων ὄχθας, τά τε στρατόπεδα, καὶ τὰ φρούρια ἐπιμελέστερον τειχίσας, καὶ πληρώσας ἕκαστα τοῦ ὡρισμένου στρατοῦ, αὐτὸς εἰς Γερμανοὺς ἠπείγετο ἅμα τῷ λοιπῷ πλήθει. ἀνύσας δὲ τὴν ὁδὸν μετὰ πολλῆς σπουδῆς, ἐπέστη ταῖς τοῦ Ρήνου ὄχθαις, καὶ τὰ πρὸς τὸν Γερμανικὸν πόλεμον παρεσκευά-

εσκευάζετο. τόν τε ποταμὸν ναυσὶ διαλαμβάνων, ὡς πρὸς ἀλλήλας συνδεθεισῶν, γεφυρωθέντα, εὐμαρῆ τὴν διάβασιν τοῖς στρατιώταις παρέξειν ᾤετο. μέγιστοι γὰρ δὴ οὗτοι ποταμῶν ὑπ' ἄρκτῳ ῥέουσι, Ῥῆνός τε καὶ Ἴστρος· ὁ μὲν Γερμανοὺς, ὁ δὲ Παίονας παραμείβων· οἳ θέρους μὲν ναυσίπορον ἔχουσι τὸ ῥεῖθρον, διὰ βάθος τε καὶ πλάτος· τοῦ δὲ χειμῶνος, παγέντες ὑπὸ τοῦ κρύους, ἐν πεδίου σχήματι καθιππεύονται. ἀντίτυπος δὲ οὕτω καὶ στεῤῥὸν γίνεται τό ποτε ῥεῖθρον, ὡς μὴ μόνον ἵππων ὁπλαῖς καὶ ποσὶν ἀνθρώπων ἀντέχειν, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἀρύσασθαι θέλοντας, μὴ κάλπεις ἐπ' αὐτῷ μηδὲ κοῖλα σκεύη φέρειν, πελέκεις δὲ καὶ δικέλλας, ἵνα ἐκκόψαντες, γυμνὸν τε σκεύους ἀράμενοι τὸ ὕδωρ, φέρωσιν ὥσπερ λίθον. φύσις μὲν δὴ τῶν ποταμῶν αὕτη.

ιϛ'. Ὁ δὲ Ἀλέξανδρος Μαυρουσίους τε πλείστους καὶ τοξοτῶν ἀριθμὸν πολὺν ἐπαγόμενος ἀπὸ τῆς ἀνατολῆς, ἔκ τε τῆς Ὀσροηνῶν χώρας, καὶ εἴ τινες Παρθυαίων αὐτόμολοι, ἢ χρήμασιν ἀναπεισθέντες, ἠκολουθήκεσαν αὐτῷ βοηθήσοντες, ἐξήρτυε δὲ Γερμανοῖς ἀντιτάξων. μάλιστα γὰρ τοιοῦτος στρατὸν ὀχληρὸς ἐκείνοις γίγνεται· τῶν τε Μαυρουσίων πόῤῥωθεν ἀκοντιζόντων, καὶ τὰς ἐπιδρομὰς τάς τε ἀναχωρήσεις κούφως ποιουμένων, τῶν δὲ τοξοτῶν ἐς γυμνὰς τὰς κεφαλὰς αὐτῶν καὶ σώματα ἐπιμήκη, ῥᾷστα καὶ πόῤῥωθεν, κατὰ σκοποῦ τοξευόντων. ἐπίθεόν τε πρὸς τὴν συστάδην μάχην ἀντίτυποι, καὶ ἰσόῤῥοποι

nicum necessarias comparabat. Pontemque primo junctis inter se navigiis fecit in Rheno flumine, ut per eum exercitus transgrederetur. Quippe hi maximi fluminum sub Septentrione feruntur, Rhenus ac Danubius: quorum alter Germanos, alter Pannonias præterfluit: atque æstate quidem navigabiles, altissimo latissimoque alveo; per hyemem dein concreti gelu, camporum in morem perequitantur. Est autem adeò ejus alvei solida glacies, ut non equorum ungulis tantum pedibusque virorum subsistat, sed qui hausturi inde sunt, non tam urnas aut vasa alia secum afferant, quàm dolabras, ut cæsam inde aquam sine vase ullo, veluti lapidem asportent. Hæc igitur illorum amnium natura est.

XVI. Alexander autem Mauros complures, ac vim ingentem sagittariorum, quos secum ex Oriente adduxerat, partim ex agro Osrhoenorum, partim è Parthia transfugas, pecuniáve illectos, adversus Germanos instruebat. Quippe hujuscemodi milites maximè Germanos infestant: cum & Mauri longius jacula intorqueant, sintque faciles ad incursus recursusque, utpote leves atque expediti, & sagittarii nuda Germanorum capita prægrandiaque illa corpora facilè eminus, veluti signum aliquod, contingant. Nonnunquam verò etiam collata acie res gerebatur, ex qua Germani persæpe haud

haud impares Romanis abibant. Cum in his Alexander versaretur, decrevit tamen oratores ad illos de pace mittere, qui pollicerentur omnia illis principem Romanum quorum foret opus præbiturum, pecuniasque daturum magna copia. Sunt enim Germani pecuniæ in primis avidi, nunquamque non auro pacem Romanis cauponantur. Quare Alexander pacem fœderaque potius ab illis emercari, quàm periclitari bello tendebat.

XVII. Cæterum miles Romanus iniquo animo ferebat, frustrà se tempus terere, nulla occasione fortiter quicquam animoseque gerendi, intento aurigationibus (ut aiebant) ac deliciis Alexandro: cùm contra oporteret vindicare potius Germanos, pœnasque ab iis exigere audaciæ. Erat autem in exercitu Maximinus, è quodam Thraciæ, & quidem intimæ, vico, semibarbarus homo, & qui à pueritia opilio fuisset: dein vigente ætate, ob corporis proceritatem viresque ingentes, equo stipendia fecerat: postremoque, fortuna quasi manuducente ac prævia, cum per omnes militiæ gradus ascendisset, etiam ad exercituum provinciarumque præ-

πολλάκις Ῥωμαίοις ἐγγίνοντο. Ἀλέξανδρος μὲν ἐν τούτοις ἦν· πλὴν ἔδοξεν αὐτῷ πρεσβείαν πέμψαι πρὸς αὐτοὺς, καὶ περὶ εἰρήνης διαλέγεσθαι. πάντα δὲ ὑπισχνεῖτο παρέξειν, ὅσων δέονται, καὶ χρημάτων ἀφειδῶς ἔχειν. τούτῳ γὰρ μάλιστα Γερμανοὶ πείθονται, φιλάργυροί τε ὄντες καὶ τὴν εἰρήνην ἀεὶ πρὸς Ῥωμαίους χρυσίου καπηλεύοντες. ὅθεν ὁ Ἀλέξανδρος ἐπειρᾶτο ὠνήσασθαι μᾶλλον τὰς πρὸς αὐτοὺς σπονδὰς, ἢ διὰ πολέμου κινδυνεύειν.

ιζʹʹ. [1] Οἱ μέντοι στρατιῶται χαλεπῶς ἔφερον, διατριβῆς τε ματαίως ἐγγινομένης, καὶ μηδέν τι γενναῖον ἢ πρόθυμον εἰς τὸ πολεμεῖν παρέχοντος τοῦ Ἀλεξάνδρου, ἀλλ᾽ ἡνιοχείαις καὶ τρυφαῖς προσέχοντος, δέον ἐπεξελθεῖν καὶ τιμωρήσασθαι Γερμανοὺς ἐπὶ τοῖς προτετολμημένοις. ἦν δέ τις ἐν τῷ στρατῷ, [2] Μαξιμῖνος ὄνομα, τὸ μὲν γένος τῶν ἐνδοτάτων Θρακῶν καὶ μιξοβαρβάρων, ἀπό τινος κώμης, ὡς ἐλέγετο, πρότερον μὲν ἐν παισὶ ποιμαίνων· ἐν ἀκμῇ δὲ τῆς ἡλικίας γενόμενος, διὰ μέγεθος καὶ ἰσχὺν σώματος, εἰς τοὺς ἱππεύοντας στρατιώτας καταταγείς· εἶτα, κατ᾽ ὀλίγον αὐτὸν χειραγωγούσης τῆς τύχης, ἐλθὼν διὰ πάσης τάξεως στρατιωτικῆς, ὡς στρατοπέδων τε ἐπιμέλειαν τῶν

1 Hic ab omnibus ferè dissentit Herodianus, maximè à Lampridio; qui ingentem victoriam & gloriosum triumphum de Persis Alexandrum egisse ex multis autoribus asserit, cujus de hac re sententia prolixior est, quam ut sine tædio recitari possit.

2 Καί τινα Μαξιμῖνον, inquit Zonaras, natione Thracem, qui à puero armentarius fuerat, posteà miles factus est, invitum ad imperium pertraxerunt.

ἐθνῶν τε ἀρχὰς πιστευθῆναι. τὸν δὴ Μαξιμῖνον τοῦτον διὰ τὴν προειρημένην στρατιωτικὴν ἐμπειρίαν, ὁ Ἀλέξανδρος ἐπέστησε πάσῃ τῇ τοῦ στρατοῦ νεολαίᾳ, ὡς ἀσκοίη τε αὐτοὺς τὰ στρατιωτικὰ, καὶ ἐς τὸ πολεμεῖν ἐπιτηδείους παρασκευάζοι. ὁ δὲ, μετὰ πάσης ἐπιμελείας ποιούμενος τὰ ἐγκεχειρισμένα, εὔνοιαν πολλὴν παρὰ τῶν στρατιωτῶν ἐκτήσατο, οὐ μόνον διδάσκων αὐτοὺς τὰ ποιητέα, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἔργοις πάντων προηγούμενος· ὡς μὴ μαθητὰς εἶναι μόνον, ἀλλὰ ζηλωτὰς καὶ μιμητὰς τῆς ἐκείνου ἀνδρείας. ἔτι τε καὶ δωρεαῖς αὐτοὺς καὶ παντοδαπαῖς τιμαῖς ᾠκειώσατο. ὅθεν οἱ νεανίαι, ἐν οἷς ἦν τὸ πολὺ πλῆθος Παιόνων μάλιστα, τῇ μὲν ἀνδρείᾳ τοῦ Μαξιμίνου ἔχαιρον· τὸν δὲ Ἀλέξανδρον ἐπέσκωπτον, ὡς ὑπό τε μητρὸς ἀρχόμενον, καὶ διοικουμένων τῶν πραγμάτων ὑπ' ἐξουσίας τε καὶ γνώμης γυναικὸς, ῥᾳθύμως τε καὶ ἀνάνδρως τοῖς πολεμικοῖς προσφερομένου ἐκείνου. ὑπεμίμνησκον δὲ ἀλλήλους τῶν τε ὑπὸ τῶν ἀνατολαῖς διὰ μέλλησιν αὐτοῦ πταισμάτων, καὶ ὅτι μηδὲν ἀνδρεῖον μηδὲ νεανικὸν παρέχοιτο, εἰς Γερμανοὺς ἐλθών. ὄντες οὖν καὶ ἄλλως πρὸς τὸ καινοτομεῖν ἐπιτήδειοι, καὶ τὸ μὲν μακρὸν τῆς ἀρχῆς βαρὺ διὰ μῆκος ἐξουσίας ἡγούμενοι, ἀκερδές τε ἤδη, πάσης προανηλωμένης φιλοτιμίας· τὸ δὲ μέλλον καὶ πρόσφατον ἔς τε τὸ κερδαλέον αὐτοῖς εὔελπι, καὶ τῷ κλωμένῳ παρὰ προσδοκίαν, τίμιόν τε καὶ περισπούδαστον· ἐβουλεύσαντο ἀποσκευάσα-

posituras evaserat. Hunc igitur Maximinum, ob eam quam suprà diximus rei militaris peritiam, tyronibus universis Alexander præfecerat, quos ad militiæ munera exerceret, atque ad bellandum idoneos redderet: qui cum in eo negotio nihil sibi ad omnem diligentiam reliqui faceret, maximam scilicet à cuncto exercitu gratiam inibat. Non solùm quæ gerenda forent assiduè edocens, sed ipse etiam primus obiens quæ usus posceret, ut non discipulos tantum, sed æmulos etiam atque imitatores haberet suæ virtutis; quos etiam muneribus omnique genere honorum sibi adjungebat. Quapropter adolescentes, quorum bona pars ex Pannonia erat, læti virtute Maximini, vulgo obtrectabant Alexandro, quod sub matris autoritate adhuc esset, nihilque non ex arbitrio consilioque illius administraret, bellumque segniter & timidè gereret: ferentes identidem sermonibus inter se, quantum detrimenti cunctatione illius in Oriente accepissent, nihilque adhuc fortiter ac viriliter gestum adversus Germanos. Quare & suapte natura proni ad res novandas, & tam longum principatum gravati, minus jam lucrosum, omni ambitione pridem consumpta: tùm sperantes alterum mox principem, adepto præter expectationem Imperio, plus aliquantum utilitatis honorumque ipsis ac studii delaturum: decre-

vere

vere Alexandrum obtruncare, ac Maximinum vocare Augustum; commilitonem videlicet, & contubernalem, prætereaque rei militaris peritia maximè præsenti bello idoneum. Cum igitur frequentes in campum convenissent, venienti ad consueta exercitia Maximino, (dubium, ignaro, an re prius composita,) purpuram circumdant, Imperatoremque salutant. Ille primò reniti, & abjicere purpuram. Ut autem nudos intentari gladios à militibus vidit, occisuros nisi cederet minitantibus, futurum quàm præsens periculum præoptans, honorem scilicet recepit, fortunamque illam sæpe (ut aiebat) oraculis ac somniis præmonstratam, testatus milites prius, invitum retrectantemque se cogi, sed illorum tamen obsequi voluntati. Quam ob rem quæ ipsis placuerint, re sanciant, sublatisque armis, etiam prævento rumore, Alexandrum jam rei totius ignarum, opprimant. Ut terrore militibus ejus ac stipatoribus injecto, eos ad assensum adducant, aut facillimè ad hoc adigant, utpote imparatos, quod nihil ejusmodi expectent.

XVIII. Postea verò quàm benevolentiam omnium atque alacritatem provocavit, duplicata scilicet annona, ingentique promisso donativo, pœnisque omnibus ignominiisque remissis, confestim ad Alexan-

σθαι μὲν τὸν Ἀλέξανδρον, ἀνειπεῖν δὲ αὐτοκράτορα καὶ σεβαστὸν τὸν Μαξιμῖνον, συστρατιώτην τε αὐτὸν ὄντα καὶ σύσκηνον, ἔς τε τὸν παρόντα πόλεμον δι' ἐμπειρίαν καὶ ἀνδρείαν ἐπιτήδειον δοκοῦντα. ἀθροισθέντες οὖν εἰς τὸ πεδίον ὡπλισμένοι, ὡς δὴ ἐπὶ τὰ συνήθη γυμνάσια προελθόντα, καὶ ἐπιστάντα αὐτοῖς τὸν Μαξιμῖνον (εἴτε καὶ νοοῦντα τὸ πραττόμενον, εἴτε καὶ λάθρα τοῦτο προκατασκευάσαντα) πορφύραν ἐπιβαλόντες βασιλικὴν, αὐτοκράτορα ἀναγορεύουσιν. ὁ δὲ, τὰ μὲν πρῶτα παρῃτεῖτο, καὶ τὴν πορφύραν ἀπερρίπτει. ὡς δὲ ἐνέκειντο ξιφήρεις, ἀποκτενεῖν ἀπειλοῦντες, τὸν παρόντα κίνδυνον τοῦ μέλλοντος προελόμενος, ἀνεδέξατο τὴν τιμὴν, πολλάκις αὐτῷ πρότερον, ὡς ἔλεγε, χρησμῶν καὶ ὀνειράτων τὴν τοσαύτην τύχην προειρηκότων· εἰπὼν πρὸς τοὺς στρατιώτας, ὅτι ἄκων μὲν καὶ μὴ βουλόμενος ἀναδέχεται, πειθόμενος τῇ ἐκείνων βουλήσει. παραγγέλλει δ' αὐτοῖς ἔργῳ βεβαιῶσαι τὰ δόξαντα, ἀραμένους τε τὰ ὅπλα, σπεύδειν ἐπιστῆναι τῷ Ἀλεξάνδρῳ ἀγνοοῦντι, τὴν φήμην φθάσαντας. ἵν' ἐκπλήξαντες τοὺς συνόντας ἐκείνῳ στρατιώτας καὶ φρουροὺς τοῦ σώματος, ἢ πείσαιεν ὁμογνωμονῆσαι, ἢ ῥᾷστα βιάσαιντο ἀπαρασκεύους τῷ μηδὲν προσδοκᾶν.

ιη'. Ὡς δ' αὐτοὺς εἰς εὔνοιαν καὶ προθυμίαν πάνυ προεκαλέσατο, τά τε σιτηρέσια ἐπεδιπλασίασε, νομάς τε καὶ δόσεις μεγίστας ὑπέσχετο, τιμωρίας τε καὶ κηλῖδας πάσας αὐτοῖς ἀνῆκεν. ἐπί τε τὴν πορείαν ἐξήγαγεν. οὐ

πολὺ δ᾽ ἀφεστήκει τὸ χωρίον, ἔνθα ἐσκήνου ὁ Ἀλέξανδρος, καὶ οἱ σὺν αὐτῷ.

Ὡς δ᾽ ἀπηγγέλη τὰ περὶ τοῦ Μαξιμίνου, ὁ Ἀλέξανδρος ἐν μεγίστῃ ταραχῇ γενόμενος, καὶ τῷ παραδόξῳ τῆς ἀγγελίας ἐκπλαγείς, προπηδήσας τῆς βασιλείου σκηνῆς ὥσπερ ἐνθουσιῶν, δακρυρροῶν καὶ τρέμων, τοῦ τε Μαξιμίνου ὡς ἀπίστου καὶ ἀχαρίστου κατηγόρει, πάσας τὰς εἰς ἐκεῖνον εὐεργεσίας καταλεχθείσας πρὸς αὐτοῦ διηγούμενος, τοὺς τε νεανίας συστρατιώτας ᾐτιᾶτο ὡς προπετῶς καὶ ἐπιόρκως ταῦτα τετολμηκότας· δώσειν τε πάντα ὑπισχνεῖτο ὧν δέοιντο, καὶ ἐπανορθώσεσθαι, εἴ τι μέμφοιντο. οἱ δὲ σὺν αὐτῷ στρατιῶται, ἐκείνης τῆς ἡμέρας εὐφημήσαντες αὐτὸν παρέπεμψαν, ὑποσχόμενοι παντὶ σθένει προασπίζειν αὐτοῦ. τῆς νυκτὸς δὲ διαδραμούσης, κατὰ τὸ περίορθρον ἀγγειλάντων τινῶν ὅτι δὴ Μαξιμῖνος πρόσεισι, κόνις τε πόρρωθεν ἐγειρομένη φαίνεται, βοῆς τε ἦχος πλήθους ἐξακούεται. πάλιν προελθὼν ἐς τὸ πεδίον ὁ Ἀλέξανδρος, συγκαλέσας τε τοὺς στρατιώτας, ἐδεῖτο προμαχεῖν, καὶ σώζειν ὃν ἀνεθρέψαντο, καὶ ὑφ᾽ ᾧ βασιλεύοντι τεσσαρεσκαίδεκα ἔτεσιν, ἀμέμπτως βεβιώκεσαν· πάντας τε εἰς οἶκτον καὶ ἔλεον προσκαλούμενος, ἐκέλευεν ὁπλίζεσθαι, καὶ ἐξελθόντας ἀντιτάττεσθαι· οἱ δὲ στρατιῶται, τὰ μὲν πρῶτα ὑπισχνοῦντο, κατ᾽ ὀλίγους δὲ ἀνεχώρουν, οὐδ᾽ ὅπλα λαβεῖν ἤθελον. οἱ δέ τινες τόν τε ἔπαρχον τοῦ στρατοῦ καὶ τοὺς οἰκείους Ἀλεξάνδρου

dri tabernaculum, quòd haud procul abesset, universos educit.

His ille nunciatis, vehementer rei novitate perturbatus atque exterritus, prosiliit è tabernaculo, vesano similis, lacrymansque & tremens, nunc Maximinum perfidum ingratumque vocare, enumeratis quæcunque in illum beneficia contulisset; nunc juvenes commilitones accusare, qui neglecto sacramento, adeò proterviter id facinus auderent: postremò autem polliceri daturum se quæ vellent, emendaturumque si qua essent de quibus quererentur. Sed milites qui eum tuebantur, faustis in præsens acclamationibus prosecuti, defensuros eum cunctis viribus affirmabant. Nocte autem exacta, cum jam lucelceret, nuntiantibus quibusdam adesse Maximinum, pulveremque haud procul excitatum videri, ac voces magnæ multitudinis exaudiri: rursus in planiciem egressus Alexander, convocare milites, rogare ut se defenderent, tuerenturque eum quem ipsi educavissent; quóque jam quatuordecim annos imperante, sine ulla querela vixissent. Commotisque miseratione omnibus, arma capere, ac resistere hostibus imperabat. At milites, etsi omnia principi pollicebantur, paulatim tamen alii aliò dilabebantur, nec arma capere voluerunt. Quidam etiam præfectum prætorii, atque Alexan-

dri familiares ad supplicium deposcebant, sub hoc prætextu quod defectionis causa essent. Alii matrem ipsius accusabant, avaram feminam, & quæ pecuniis congerendis, ob sordes nimias parsimoniamque erga milites, invisum cunctis Alexandrum reddiderit. Igitur aliquamdiu hæc inter se diversi dictitantes, stabant adhuc tamen: ut verò exercitus Maximini in conspectum venit, atque hortari commilitones cœpit, ut mulierem sordidam & pusillum adolescentem, etiamnum sub matris servitio, statim desererent, seque viro forti proboque aggregarent, commilitoni ipsorum, atque in armis semper, bellicisque muneribus versato; confestim universi ab Alexandro desciverunt, atque unanimiter imperatorem Maximinum consalutaverunt. At ille tremens atque exanimatus, in tabernaculum revertitur, matrique implicitus, & (ut aiunt) conquerens atque incusans quòd ob illam talia pateretur, expectabat interfectorem. Maximinus autem, postquam eum exercitus universus Augustum appellavit, tribuno & centurionibus aliquot negotium dat, Alexandri, matrisque unà, & quicunque vim contrà face-

ᾔτουν πρὸς ἀναίρεσιν, προφάσει τοῦ αἰτίους τῆς ἀποστάσεως γεγενῆσθαι. οἱ δὲ τὴν μητέρα ἐμέμφοντο ὡς φιλάργυρον, καὶ τὰ χρήματα ἀποκλείουσαν, διά τε μικρολογίαν καὶ τὴν πρὸς τὰς ἐπιδόσεις ὀκνηρὸν τοῦ Ἀλεξάνδρου μεμισημένον. καὶ μέχρι μέν τινος τοιαῦτα διαφόρως βοῶντες προσέμενον· ὡς δὲ τοῦ Μαξιμίνου ὁ στρατὸς ἤδη τε ἐν ὄψεσιν ἦν, παρεκάλεσέ τε στρατιώτας καταλιπεῖν μὲν γύναιον μικρολόγον, καὶ μειράκιον μικρὸν μητρὶ δουλεῦον, προσιέναι δὲ ἀνδρὶ γενναίῳ καὶ σώφρονι, συστρατιώτῃ τε ἐν ὅπλοις ἀεὶ καὶ πολεμικοῖς ἔργοις διητημένῳ· πεισθέντες οἱ στρατιῶται, τὸν μὲν Ἀλέξανδρον καταλείπουσιν, αὐτοὶ δὲ προσίασι τῷ Μαξιμίνῳ, αὐτοκράτωρ τε ὑπὸ πάντων ἐκεῖνος ἀναγορεύεται. ὁ δὲ Ἀλέξανδρος, τρέμων καὶ λειποψυχῶν, μόλις εἰς τὴν σκηνὴν ἐπανέρχεται· τῇ τε μητρὶ περιπλακεὶς, καὶ, [1] ὥς φασιν, ἀποδυρόμενός τε καὶ αἰτιώμενος ὅτι δι' ἐκείνην ταῦτα πάσχει, ἀνέμενε τὸν φονεύσοντα. ὁ δὲ Μαξιμῖνος ὑπὸ παντὸς τοῦ στρατοῦ σεβαστὸς προσαγορευθεὶς, πέμπει χιλίαρχον, [2] ἑκατοντάρχας τέ τινας τοὺς φονεύσοντας τὸν Ἀλέξανδρον καὶ τὴν μητέρα, καὶ εἴ τινες ἀν-

1 Ἠτιᾶτο δὲ τὴν μητέρα, inquit Suidas. Querebatur de matre, & molestissimè ferebat ejus avaritiam, quod ea malis artibus fiscum augeret.

2 Multi dicunt immissos Tyrones, qui Maximino ad exercendum dati fuerant, Alexandrum occidisse; multi aliter: à militibus tamen constat, quum injuriose quasi in puerum eundem, & matrem ejus avaram ac cupidam, multa dixissent Lamprid. Imperavit annis 13. diebus 9. vixit annis 28. mensibus 3. diebus 7. Lamprid.

θίσαντο

δίσαντο τὴν σὺν αὐτῷ. οἱ δέ, ἀφικόμενοι, καὶ ἐπιπηδήσαντες τῇ σκηνῇ, αὐτόν τε ἀναιροῦσι καὶ τὴν μητέρα, καὶ εἴ τινες ἐδόκουν ἐκείνῳ φίλοι καὶ τίμιοι· πλὴν τῶν πρὸς ὀλίγον φυγεῖν ἢ λαθεῖν δυνηθέντων, οὓς πάντας μετ' οὐ πολὺ ὁ Μαξιμῖνος συλλαβὼν ἀπέκτεινε.

Τέλος μὲν δὴ τοιοῦτον κατέλαβε τὸν Ἀλέξανδρον καὶ τὴν μητέρα, βασιλεύσαντα ἔτεσι τεσσαρεσκαίδεκα, ὅσον πρὸς τοὺς ἀρχομένους, ἀμέμπτως καὶ ἀναιμωτί. φόνων τε γὰρ καὶ ὠμότητος, ἀκρίτων τε ἔργων ἀλλότριος ἐγένετο, εἴς τε τὸ φιλάνθρωπον καὶ εὐεργετικώτερον ἐπιρρεπής. πάνυ γοῦν ἂν ἡ Ἀλεξάνδρου βασιλεία εὐδοκίμησεν εἰς τὸ ὁλόκληρον, εἰ μὴ διεβέβλητο αὐτῷ τὰ τῆς μητρὸς εἰς φιλαργυρίαν τε καὶ μικρολογίαν.

rent, occidendorum. Qui facto impetu in tabernaculum, statim ipsum cum matre amicisque & honoratissimo quoque obtruncant, exceptis qui paulò antè fuga sibi ac latebris consuluissent: Quos tamen universos, haud multo pòst comprehensos Maximinus ipse morte affecit.

Hunc finem habuit vitæ Alexander, unà cum matre, cùm annos quatuordecim, sine ulla subjectorum querela, atque adeò sine sanguine imperasset: siquidem à cædibus & crudelitate abhorrens, neminem nisi judicio damnatum perire patiebatur; ad humanitatem videlicet ac benevolentiam propensus. Omni igitur ex parte laudatum fuisset Alexandri imperium, nisi mater ejus ob avaritiam & sordes malè audisset.

ΗΡΩΔΙΑΝΟΥ ΤΗΣ Μετὰ ΜΑΡΚΟΝ Βασιλείας ΒΙΒΛΙΟΝ ΕΒΔΟΜΟΝ.

HERODIANI *Historiæ de Imperio post Marcum* LIBER SEPTIMUS.

BREVIARIUM LIBRI SEPTIMI.

1 *Maximinus Thrax, vasto corpore & crudeli animo præditus, suscepto Imperio statim tyrannidem exercuit, conscientiâ natalium, & conjuratione tribunorum, atque militum defectione irritatus: Germanos intra silvas & paludes delitescentes, bello aggressus fundit, fugatque: sævus quidem in hostes, sed in suos truculentior, per fas nefasque omnes omnium pecunias sibi adjudicans. Unde invidia passim, mox seditio in Africâ exorta est: ubi procuratore quodam interfecto, Gordianus Africæ proconsul, Imperator eligitur; qui Vitalianum præfectum Prætorii Romæ interficiendum curavit, & à Senatu Augustus declaratur. Mox tamen cum filio in Africa periit, Capelliano persequente. Maximinus ex Pannoniâ cum universo exer-*

1 Maximinus hic, licet à Græcis Latinisque scriptoribus non aliter ferè quam Maximinus nominetur, Aurelio tamen Victori dicitur (uti & ipsius filius) Caius Julius Maximinus: in veteribus verò inscriptionibus, Caius Julius Verus Maximinus. Casaub. annotat. Capitol.

citu

citu Romam contendit: ubi Maximinus & Balbinus collegæ Imperatoris electi, & Gordiani nepos Cæsar creatus erat. Bellum civile Romæ Gallicano autore ortum, populo Romano & militibus prætorianis hostiliter inter se dimicantibus.

Τίνι μὲν βίῳ Ἀλέξανδρος ἐχρήσατο, τέλει τε ὁποίῳ, βασιλεύσας ἐτῶν τεσσαρεσκαίδεκα, ἐν τοῖς προειρημένοις ἐδηλώσαμεν. ὁ δὲ [1] Μαξιμῖνος, παραλαβὼν τὴν ἀρχήν, πολλὴν τὴν μεταβολὴν ἐποιήσατο, τραχύτατα καὶ μετὰ πολλοῦ φόβου τῇ ἐξουσίᾳ χρώμενος· ἔκ τε πραείας καὶ πάνυ ἡμέρου βασιλείας εἰς τυραννίδος ὠμότητα μετάγειν πάντα ἐπειρᾶτο· δυσμένειαν ἑαυτῷ συνειδώς, ὅτι τε πρῶτος ἐξ εὐτελείας τῆς ἐσχάτης εἰς τοσαύτην τύχην ἤλασε. φύσει δὲ ἦν τὸ ἦθος, ὥσπερ καὶ τὸ γένος, βάρβαρος· τό τε φονικὸν, πάτριον ἔχων καὶ ἐπιχώριον, πρόνοιαν ἐποιεῖτο δι' ὠμότητος τὴν ἀρχὴν βεβαιῶσαι· δεδιὼς μήτε τῇ συγκλήτῳ καὶ τοῖς ὑπηκόοις εὐκαταφρόνητος γένηται, οὐκ εἰς τὴν παροῦσαν αὐτοῦ τύχην ἀφορῶσιν, ἀλλ' εἰς τὰ τῆς [2] γενέσεως εὐτελῆ σπάργανα. τεθρύλλητο γὰρ παρὰ πᾶσι καὶ διεβέβλητο, ὅτι δὴ ποιμαίνων ἐν τοῖς

Qualem vivendi rationem instituit Alexander, & quem vitæ exitum habuit post quatuordecim annorum imperium, superiore volumine exposuimus. Interea Maximinus rerum potitus, mutata vehementer rerum conditione, asperè ferociterque adepta potestate utebatur, sic ut ex molli, mansuetoque Imperio ad tyrannidis crudelitatem vertere omnia contenderet. Nam cum se invisum hominibus cognosceret, quod primus ex infimo loco ad eam fortunam pervenisset, præterea moribus perinde ut genere barbarus, patrioque instituto cædis avidissimus, ad id potissimùm dabat operam, ut Imperium sibi sævitia constabiliret: scilicet metuens ne Senatui reliquisque omnibus Romanæ ditionis hominibus contemptibilior fieret, dum non tam in eo præsens fortuna, quam natalium obscuritas spectatur. Quippe jam id tritum vulgatumque apud omnes, opilionem

1 Tam crudelis ut alii Cyclopem, alii Busiridem, alii Scironem, alii Phalarim, Tryphonem & Gygem appellarent. Jul. Capitol. Nec in Christianos sævus atque immanis extitit, sed in subditos æque omnes, superbus & pecuniæ avidus, eâque de causâ injustissimus & sanguinarius planè Tyrannus, ad rapinas & cædes hominum sine ullâ probabili causâ ruens, adeò ut nec uxoris suæ vitæ parceret. Zon.

2 Maximinus de vico Thraciæ vicino, Barbaro etiam patre & matre genitus: Patri quidem nomen Micæa, matri Ababa fuisse perhibetur. Capitol.

fuisse

fuisse in Thraciæ montibus: dein corporis vastitate ac robore inter ejus regionis tenuissimos milites ascitum, quasique manu ductum à fortuna ad Romanum Imperium. Quare omnes confestim amicos consiliariosque Alexandri à Senatu lectos sustulit è medio, partimque Romam dimisit, partim, administrationem rerum causatus, officio privavit. Id eo consilio fecit, ut solus esset in exercitu, neminemque prope se haberet, ex conscientia nobilitatis potiorem: sed velut ex arce quadam, citra ullius reverentiam, tyrannidis operibus vacare posset. Omniaque Alexandri ministeria, quibus ille per tot annos usus fuerat, ex aula ejecit: plurimis etiam interfectis, quòd insidias videlicet suspectaret, quando omnes illius interitu mœstos esse intelligebat.

II. Cæterùm magis magisque crudelitatem irritavit conjurationis in se cujusdam delatio, conspiratis in unum centurionibus permultis, omnique Senatu Romano. Magnus erat quidam nomine, vir patricius & consularis, qui delatus Imperatori est, quasi manum contra ipsum compararet, ac militibus persuaderet, ut ad

Θρᾳκίοις ὄρεσιν, ἐπιδούς τε αὑτὸν διὰ [1] μέγεθος καὶ ἰσχὺν σώματος εἰς εὐτελῆ καὶ ἐπιχώριον στρατείαν, ὑπὸ τῆς τύχης ἐπὶ τὴν Ῥωμαίων ἀρχὴν κεχειραγώγητο. εὐθέως οὖν τούς τε φίλους πάντας οἳ συνῆσαν τῷ Ἀλεξάνδρῳ, συνέδρους τε ὑπὸ τῆς συγκλήτου βουλῆς ἐπιλεχθέντας, ἀπεσκευάσατο· καὶ οὓς μὲν [2] εἰς τὴν Ῥώμην ἀπέπεμψε, τινὰς δὲ ἐπὶ προφάσει διοικήσεως ἀπεσείσατο· μόνος εἶναι βουλόμενος ἐν τῷ στρατῷ, καὶ μηδένα αὐτῷ παρεῖναι ἐκ συνειδήσεως εὐγενείας κρείττονα· ἀλλ' ἵν' ὥσπερ ἐξ ἀκροπόλεως, μηδενὸς αὐτῷ παρόντος ᾧ νέμειν αἰδῶ ἀνάγκην ἔχοι, τοῖς τυραννίδος ἔργοις σχολάζοι. τήν τε θεραπείαν πᾶσαν ἣ συγγεγόνει τῷ Ἀλεξάνδρῳ τοσούτων ἐτῶν, τῆς βασιλείου αὐλῆς ἀπέπεμψε, τοὺς δὲ πλείστους αὐτῶν καὶ ἀπέκτεινεν, ἐπιβουλὰς ὑποπτεύσας. ᾔδει γὰρ ἀλγοῦντας ἐπὶ τῇ ἐκείνου ἀναιρέσει.

β'. [3] Ἔτι δὲ καὶ μᾶλλον αὐτὸν εἰς ὠμότητα καὶ τὴν πρὸς ἅπαντας ὀργὴν προεκαλέσατο συνωμοσία τις διαβληθεῖσα κατ' αὐτοῦ συγκροτουμένη, πολλῶν τε ἑκατοντάρχων συμπνεόντων, καὶ τῶν ἀπὸ τῆς βουλῆς ἁπάντων. Μάγνος τις ὄνομα, τῶν τε εὐπατριδῶν τε καὶ ὑπατευκότων, πρὸς διεβλήθη συνάγειν κατ' αὐτοῦ χεῖρα, καὶ στρατιώτας τινὰς

g Erat magnitudine corporis perspicuus, Capitol. quem alii *Hectorem* & *Achillem*, alii Ajacem, Milonem & Antæum vocabant. Idem.

2 Potius, removit, vel officio privavit, quoniam (ut notat. Steph.) sequentia verba illam constructionem non admittunt.

3 Tristior & immanior factus est conspiratione Magni cujusdam. Consularis viri, contra se paratâ. Capitol.

πείθειν

πείθειν εἰς αὐτὸν τὴν ἀρχὴν μεταγαγεῖν. ἡ δὲ συσκευὴ, τοιαύτη τις ἐλέγετο ἔσεσθαι. γεφυρώσας τὸν ποταμὸν ὁ Μαξιμῖνος, ἔμελλεν ἐπὶ Γερμανοὺς διαβήσεσθαι. ἅμα γὰρ τῷ τὴν ἀρχὴν παραλαβεῖν, εὐθέως πολεμικῶν ἔργων ἤρξατο, καὶ διὰ σώματος μέγεθος καὶ ἰσχὺν στρατιωτικὴν, καὶ ἐμπειρίαν πολεμικὴν, δοκῶν ἐπιλελέχθαι, ἔργοις τὴν δόξαν, καὶ τὴν τῶν στρατιωτῶν ὑπόληψιν ἐπιστοῦτο. τήν τε Ἀλεξάνδρου μέλλησιν, καὶ τὴν περὶ τὰ πολεμικὰ ἔργα δειλίαν, ἐλέγχειν ἐπειρᾶτο εἰκότως καταγνωσμένην. ἀσκῶν τε οὖν καὶ γυμνάζων τοὺς στρατιώτας οὐ διέλειπεν, αὐτός τε ἐν ὅπλοις ὢν, καὶ τὸν στρατὸν ἀεὶ παρορμῶν. τότε τοίνυν τὴν γέφυραν ζεύξας, ἔμελλεν ἐπὶ Γερμανοὺς διαβήσεσθαι. ὁ δὲ Μάγνος ἐλέγετο στρατιωτῶν [1] οὐκ ὀλίγους, ἀλλὰ τοὺς ἐξοχωτάτους, καὶ μάλιστα τοὺς τὴν φρουρὰν τῆς γεφύρας καὶ τὴν ἐπιμέλειαν πεποιημένους, ἀναπεῖσαι, μετὰ τὸ διαβῆναι τὸν Μαξιμῖνον, λύσαντας τὴν γέφυραν, προδοῦναι τοῖς Βαρβάροις, οὐχ ὑπαρχούσης αὐτῷ ἐπανόδου. πλάτει γὰρ καὶ βάθει μέγιστος ὁ ποταμὸς ῥέων, ἄβατος αὐτῷ ἐγίνετο, οὔτε νεῶν οὐσῶν ἐν ταῖς πολεμίαις ὄχθαις, τῆς γεφύρας λυθείσης. ἡ μὲν τῆς διαβολῆς φήμη, τοιαύτη ἐγένετο, εἴτε ἀληθὴς ὑπάρξασα, εἴτε ὑπὸ τοῦ Μαξιμίνου συσκευασθεῖσα· ἀκριβὲς δὲ εἰπεῖν οὐ ῥᾴδιον, ἐπεὶ ἔμεινεν ἀνεξέλεγκτος. μήτε

se Imperium transferrent. Consilium autem hujuſcemodi fuiſſe putatur. Pontem conſtruxerat Maximinus ſupra flumen, quà adverſus Germanos tranſiret. Ut enim primùm ſummam rerum ſuſcepit, ſtatim bellica facinora affectavit: ſiquidem ob immanem corporis ſtaturam, & militare robur, ac peritiam pugnandi aſcitus ad Imperium, re ipſa famam confirmare atque opinionem militum tendebat: ut metum illum & cunctationem Alexandri in præliis capeſcendis jure improbatam fuiſſe coargueret. Quare nihil ſibi ad exercendos milites reliqui faciebat: & cum ipſe in armis aſſiduus erat, tum exercitum vehementer adhortabatur. Sed tum conſtructo (ut diximus) ponte, tranſire in Germaniam ſtatuerat. Cæterum Magnus haud ſanè paucis militibus, ſed qui virtute cæteros anteirent, atque iis potiſſimum, quibus cuſtodia pontis curaque fuerat demandata, perſuaſiſſe dicebatur, ut ſimul ac Maximinus in alteram ripam pervaſiſſet, ponte abſciſſo, redituque intercluſo, Barbaris eum proderent: ſiquidem tanta erat amnis illius profunditas ac latitudo, ut irremeabilis fore videretur, nullis præſertim navigiis in adverſa ripa. Accuſationis fama talis fuit, ſeu vera, ſeu à Maximino conficta. Non facile eſt autem quidquam certi dicere: quoniam de illa inquiſitio habita non

1 Potius οὐκ ὀλίγους μὲν, vel στρατιωτῶν μὲν ὀλίγους. Steph.

fuit,

fuit, nullo enim in judicium vocato, nullique dato sui defendendi spatio, quoscunque suspectos habebat, repentè correptos immisericorditer interfecit.

III. Sed & militum Osrhoënorum defectio nonnulla oborta est. Nam cum magnopore indoluissent Alexandri nece, ac fortè fortuna in quendam ex illius amicis, cui nomen Quartino fuit, paulò antè è castris à Maximino dimissum incidissent; correptum atque retractantem, neque tale quippiam cogitantem, ducem sibi delegerunt: purpuraque eum, prælatoque igni, (funestis scilicet honoribus) condecoratum, nihilque minus optantem, ad imperium protulerunt. Qui tamen haud diu pòst in tabernaculo dormiens, à contubernali quodam suo, & (ut credebatur) amico, per insidias occiditur. Macedoni nomen fuit, qui & antea Osrhoënis præfuerat, & nunc primus eisdem autor fuerat deficiendi à Maximino. Cumque nulla subesset odii aut inimicitiarum causa, tamen eum occidit quem ipsemet corripuerat, atque ad suscipiendum Imperium perpulerat. Sed enim magnopere tunc gratum se Maximino facturum putans, abscissum Quartino caput dono obtulit.

IV. Verum Maximinus, quamvis eo facinore lætus, gaudens-

γὰρ κρίσει τινὶ μεταδοὺς, μήτε ἀπολογίᾳ, πάντας οὓς ὑπώπτευεν, αἰφνιδίως συναρπασθέντας, ἀφειδῶς ἐφόνευσεν.

γʹ. [1] Ἐγένετο δέ τις καὶ Ὀσροηνῶν τοξοτῶν ἀπόστασις, οἳ πάνυ ἀλγοῦντες ἐπὶ τῇ Ἀλεξάνδρου τελευτῇ, περιτυχόντες τῶν ἀπὸ ὑπατείας καὶ φίλων Ἀλεξάνδρου τινὶ, ([2] Κυαρτῖνος δὲ ἦν ὄνομα, ὃν Μαξιμῖνος ἐκπέμψας ἦν τοῦ στρατοῦ) ἁρπάσαντες, ἄκοντα καὶ οὐδὲν προειδότα, στρατηγὸν ἑαυτῶν κατέστησαν· πορφύρᾳ τε καὶ πυρὶ πομπεύοντα, ὀλεθρίοις τιμαῖς, ἐκόσμησαν· ἐπί τε τὴν ἀρχὴν ἦγον, οὐ βουλόμενον. ἐκεῖνος μὲν οὖν ἐν τῇ σκηνῇ καθεύδων, ἐπιβουλευθεὶς νύκτωρ, αἰφνιδίως ἀνῃρέθη ὑπὸ τοῦ συνόντος αὐτῷ, καὶ δοκοῦντος φίλου, τῶν τε Ὀσροηνῶν πρότερον ἡγουμένου· (Μακεδὼν ἦν ὄνομα αὐτῷ) καί τοι τῆς ἁρπαγῆς καὶ τῆς ἀποστάσεως ἀρχηγοῦ καὶ ὁμογνώμονος τοῖς Ὀσροηνοῖς γενομένου. ὃς οὐδεμίαν αἰτίαν ἔχθρας οὔτε μίσους ἔχων, ἀπέκτεινεν αὐτὸς ὃν ἥρπασέ τε, καὶ ἀνέπεισεν· οἰόμενός τε μεγάλα χαρίζεσθαι τῷ Μαξιμίνῳ, τὴν κεφαλὴν ἀποτεμὼν, ἐκόμισεν.

δʹ. Ὁ δὲ ἥσθη μὲν ἐπὶ τῷ ἔργῳ, στερηθεὶς δὲ πολεμίου, ὡς ᾤετο·

---

1 Consulas Capitol. qui per omnes hujus conspirationis circumstantias cum Herod. consentit.

2 Jul. Cap. Titum nominat, nisi forte, ut Casaubono placet, vocaretur Titus Quartinus.

ἐκεῖνον μὲν, καίτοι μεγάλα ἐλπίζοντα, καὶ δοκοῦντα ἀμοιβῆς ἐξαιρέτου τεύξεσθαι, ἀπέκτεινεν, ὡς καὶ τῆς ἀποστάσεως γεγονότα ἀρχηγὸν, καὶ ἀποκτείναντα ὃν αὐτὸς ἄκοντα ἀνέπεισεν, ἄπιστόν τε γενόμενον περὶ τὸν φίλον. τοιαῦται μὲν δή τινες αἰτίαι ἔτι μᾶλλον εἰς τραχύτητα καὶ ὠμότητα ἠκόνησαν τὴν τοῦ Μαξιμίνου ψυχὴν, καὶ πρότερον οὕτω πεφυκυῖαν. ἦν δὲ καὶ τὴν ὄψιν φοβερώτατος, καὶ [1] μέγιστος τὸ σῶμα· ὡς μὴ ῥᾳδίως αὐτῷ τινα μήτε Ελλήνων τῶν σωμασκούντων, μήτε Βαρβάρων τῶν μαχιμωτάτων ἐξισοῦσθαι.

ε'. Διοικήσας δὲ τὰ προειρημένα, πάντα τε τὸν στρατὸν ἀναλαβὼν, καὶ διαβὰς ἀφόβως τὴν γέφυραν, εἴχετο τῆς πρὸς τοὺς Γερμανοὺς μάχης. μέγα δέ τι πλῆθος καὶ σχεδὸν ἅπασαν τὴν Ρωμαίων δύναμιν σὺν ἑαυτῷ εἰσήγαγε, Μαυρουσίων τε ἀκοντιστῶν ἀριθμὸν πάμπλειστον καὶ τοξοτῶν, Οσροηνῶν τε καὶ Αρμενίων (ὧν ἦσαν οἱ μὲν ὑπήκοοι, οἱ δὲ, φίλοι καὶ σύμμαχοι) καὶ εἴ τινες Παρθυαίων, ἢ χρήμασι πεισθέντες καὶ αὐτομολήσαντες, ἢ ληφθέντες αἰχμάλωτοι, Ρωμαίοις ἐδούλευον. τὰ δὲ πλήθη ταῦτα τοῦ στρατοῦ καὶ πρότερον ὑπὸ Αλεξάνδρου ἤθροισο, ηὐξήθη δὲ ὑπὸ τοῦ Μαξιμίνου, καὶ εἰς πολεμικὴν ἄσκησιν συγκεκρότητο. μάλιστα δὲ οἱ ἀκοντισταὶ καὶ οἱ τοξό-

que præreptum sibi hostem: tamen illum, haud modica sperantem, putantemque sibi insignem gratiam relatum iri, extremo supplicio affecit, ceu defectionis autorem, interfectoremque ejus cui facinus invito persuaserat, atque infidum homini quem antea pro amicissimo habuisset. Hujusmodi igitur causæ magis magisque animum exasperabant Maximini, atque ad sævitiam exacuebant, etiam antea sua sponte crudelissimum. Cæterum aspectu quoque erat horrendus, vasto atque immani corpore, ut nemo illi, vel exercitatissimorum Græcorum, vel pugnacissimorum Barbarorum, conferri possit.

V. His ita dispositis rebus, collecto exercitu omni, ac ponte intrepidè pertransito, bellum Germanis intulit. Secuti illum magna vis mortalium, ac penè omnes Barbarorum copiæ: ad hæc Mauri jaculatores, sagittariique quamplurimi. Præterea Osrhoëni & Armenii: quorum hi Romanis subjecti, illi in amicitiam fuerant societatemque asciti: tum si qui ex Parthis aut pecunia conducti, aut transfugæ, aut item capti bello, Romanis serviebant. Hæc autem multitudo coacta ab Alexandro prius, aucta dein atque exercita à Maximino fuerat. Cæterùm jaculatores, sagittariique gerendo adversus Ger-

1 De ingenti Maximini robore Capitolinum fide majore narrantem consulas.

manos bello magnopere idonei videntur: siquidem expediti hostem opprimunt incautum, facileque rursus in tutum se recipiunt. At verò Maximinus hostilem ingressus agrum, diu nemine qui resisteret invento (quippe omnes abscesserant Barbari) regionem illorum depopulabatur, maturis jam segetibus; vicosque omnes incendendos diripiendosque militibus tradebat. Sunt autem urbes ædificiaque illa maximè incendiis obnoxia. Rara enim apud Germanos structura è lapide, ac lateribus coctilibus; densisque potius sylvis, quorum confixis coagmentatisque lignis, quædam quasi tabernacula ædificant. Igitur Maximinus in eam regionem grassatus, populatis segetibus, omnique pecore captivo militibus permisso, nullos adhuc hostes invenerat: siquidem campestres regiones, locaque ab arboribus pura deseruerant, atque intra sylvas & paludes delituerant, ut inde præliarentur, atque eruptionem in hostem facerent. Etenim densitas illa arborum sagittis jaculisque hostium allatura impedimentum, & paludum altitudo periculosa Romanis locorum ignaris; ipsis autem facilis expeditaque fore videbatur, non ignaris quæ usquam pervia, quæ invia, & genuum

τὰ πρὸς τὰς Γερμανῶν μάχας ἐπιτήδειοι δοκοῦσιν, ἐπιτρέχοντές τε αὐτοῖς κούφως οὐ προσδοκῶσι, καὶ ἀναχωροῦντες ῥᾳδίως. γενόμενος δὲ ἐν τῇ πολεμίᾳ Μαξιμῖνος, πολλὴν γῆν ἐπῆλθεν, οὐδενὸς αὐτῷ ἀνθεστῶτος, ἀλλὰ τῶν Βαρβάρων ἀνακεχωρηκότων. ἐδῄου τε οὖν πᾶσαν τὴν χώραν, μάλιστα τῶν λῃΐων ἀκμαζόντων· τάς τε κώμας ἐμπιπράς, διαρπάζειν ἐδίδου τῷ στρατῷ. εὐμαρέστατα γὰρ τὸ πῦρ ἐπινέμεται τάς τε πόλεις αὐτῶν, ἃς ἔχουσι, καὶ τὰς οἰκήσεις ἁπάσας. λίθων μὲν γὰρ παρ᾽ αὐτοῖς ἢ πλίνθων ὀπτῶν σπάνις· ὗλαι δ᾽ εὔδενδροι, ὅθεν ξύλων οὔσης ἐκτενείας, συμπηγνύντες αὐτὰ καὶ ἁρμόζοντες, σκηνοποιοῦνται. ὁ δὲ Μαξιμῖνος ἐπιπολὺ μὲν [1] προεχώρησε, περιέπων τε τὰ προεχειρημένα καὶ λείας ἀπελαύνων, διδούς τε τὰς ἀγέλας τῷ στρατῷ αἷς περιετύγχανον. οἱ δὲ Γερμανοὶ ἀπὸ μὲν τῶν πεδίων, καὶ εἴ τινες ἦσαν χῶραι ἄδενδροι, ἀνακεχωρήκεσαν· ἐν δὲ ταῖς ὕλαις ἐκρύπτοντο· περί τε τὰ ἕλη διέτριβον, ὡς ἐκεῖ τὰς μάχας καὶ τὰς ἐφόδους ποιοῖντο, τῆς συνεχείας τῶν φυτῶν ἀπασχολούσης εἰς ἑαυτὴν τὰ βέλη καὶ τὰ ἀκόντια τῶν πολεμίων· τῶν τε ἀγχιβαθῶν τῶν ἑλῶν, Ῥωμαίοις μὲν δι᾽ ἄγνοιαν τῶν τόπων ἐπισφαλοῦς ἐσομένου· ἑαυτοῖς δέ, δι᾽ ἐμπειρίαν τῆς χώρας, ἐγνωκόσιν ἄβατα καὶ ἀντίτυπα τῶν τόπων, ἐς γόνυ τε

1 Per tria vel quatuor millia barbarici soli vicos incendit, vel quod verisimilius est, (ut ex vetere editione Salmasius notat) per trecenta & quadringenta millia. Capitol.

βρεχο-

βρεχομένοις διαβρέχειν ῥᾳδίως. εἰσὶ δὲ καὶ πρὸς τὸ νήχεσθαι ἐξηγυμνασμένοι, ἅτε μόνῳ λουτρῷ τοῖς ποταμοῖς χρώμενοι.

ϛʹ. Περὶ ἐκεῖνα οὖν μάλιστα τὰ χωρία αἱ συμβολαὶ ἐγίνοντο. [1] Ἔνθα καὶ γενναιότατα αὐτὸς ὁ βασιλεὺς τῆς μάχης ἦρξεν. ἐπὶ γάρ τινι ἕλει μεγίστῳ, τῶν μὲν Γερμανῶν ἐς αὐτὸ ἀναχωρέντων εἰς φυγὴν, εἰς δίωξιν δὲ Ῥωμαίων ἐπεισελθεῖν ὀκνούντων, πρῶτος ὁ Μαξιμῖνος ἅμα τῷ ἵππῳ ἐμβαλὼν εἰς τὸ ἕλος, καίτοι ὑπὲρ γαστέρα τοῦ ἵππου βρεχομένου, τοὺς ἀνθεστῶτας ἐφόνευσε Βαρβάρους, ὡς τὸν λοιπὸν στρατὸν αἰδεσθέντα προδοῦναι μαχόμενον ὑπὲρ αὐτῶν βασιλέα, τολμῆσαί τε καὶ τοῖς ἕλεσιν ἐπεισελθεῖν· πολὺ δέ τι πλῆθος ἑκατέρωθεν πεσεῖν, καὶ Ῥωμαίων μὲν, τῶν δὲ Βαρβάρων σχεδὸν τὴν τότε παροῦσαν δύναμιν, ἀριστεύοντος αὐτοῦ· ὡς τό, τε ἕλος σωμάτων πληρωθῆναι, τήν τε λίμνην αἵματι κεραθεῖσαν, πεζομαχοῦντι στρατῷ ναυμαχίας ὄψιν παρασχεῖν.

ζʹ. Ταύτην τὴν μάχην, καὶ τὴν ἀριστείαν αὐτοῦ, οὐ μόνον διὰ γραμμάτων τῇ τε συγκλήτῳ καὶ τῷ δήμῳ ἐδήλωσεν, ἀλλὰ καὶ γραφῆναι κελεύσας, μεγίσταις εἰκόσιν ἀνέθηκε πρὸ τοῦ βουλευτηρίου· ἵνα μὴ μόνον ἀκούειν τὰ γενόμενα, ἀλλὰ καὶ βλέ-

tenus quotidie per illas discursantibus. Sunt autem Germani peritissimi natandi, ut qui tantummodo in fluminibus laventur.

VI. In hujuscemodi igitur locis pugna inita, ubi etiam Imperator ipse Romanus fortissimè prælium inchoavit. Nam cum ad ingentem quandam vastamque paludem ventum esset, intra quam Germani fuga se receperant, verentibus Romanis eodem hostes insequi, primus Maximinus equo paludem ingressus, cum quidem etiam supra alvum equus voragine hauriretur, magna vi repugnantes Barbaros contrucidavit. Quare exercitus reliquus pudore instinctus, ne prodere pugnantem pro se Imperatorem videretur, ausus & ipse est paludem ingredi, multique utrinque ceciderunt; ita tamen ut nullus penè Barbarorum fuerit reliquus, dimicante insigniter Romano principe. Quare & stagnum cadaveribus oppletum, & palus sanguine confusa, pedestris prælii navalem faciem præferebat.

VII. Hanc igitur pugnam, suaque ipsius fortia facinora, non solum per literas Senatui populoque Romano significavit; sed etiam depictam maximis imaginibus ante curiam publicavit: ut non tam audire quæ gesta forent, quàm etiam

1 Ipse propriâ manu semper fortiter fecit, principemque decere periculosissimis semper locis se ingerere aiebat. Jul. Capitol.

 subjicere

subjicere oculis Romani possent. Eam tabulam deinde unà cum reliquis illius honoribus Senatus sustulit. Fuere item alia prælia, quibus omnibus ipse manu pugnam capessens, ac fortissimè dimicans exsplendescebat. Multisque captivis, atque ingenti abacta præda, instante hyeme in Pannoniam reversus est: intraque urbem Sirmium, quæ maxima omnium ejus regionis habetur, in hybernis agens, ad vernam sese expeditionem comparabat: identidem minitans, id quod etiam præstiturus videbatur, excisurum subacturumque Oceano tenus omnes Germaniæ barbaras nationes.

VIII. Talis utique fuit in bellicis negotiis: maximam rebus gestis claritudinem adepturus, nisi gravior multo suis ac truculentior, quàm ipsis fuisset hostibus. Quid enim proderat Barbaros interimi, si longe plures in ipsa urbe Roma, subjectisque nationibus cædes edebantur? Quid prædam aut captivos abactos, si suis fortunis Romanæ ditionis mortales quotidie despoliabantur? Quippe omnis non modò libertas, sed instigatio quoque delatoribus permissa, ut circumvenire quos vellent, renovareque etiam (si ita usus posceret) usque à progenitoribus ignota atque indeprehensa ad eam diem crimina liceret. Neque sanè delicti

πεῖν ἔχωσι Ῥωμαῖοι. τὴν δὲ εἰκόνα ὕστερον καθεῖλεν ἡ σύγκλητος μετὰ τῶν λοιπῶν αὐτοῦ τιμῶν. γεγόνασι δὲ καὶ ἕτεραι συμβολαί, ἐν αἷς ὡς αὐτουργός τε καὶ αὐτόχειρ τῆς μάχης, ἀριστεύων τε πανταχοῦ ἐπονεῖτο. πολλοὺς δὲ χειρωσάμενος αὐτῶν αἰχμαλώτους, καὶ λείαν ἀπελάσας, χειμῶνος ἤδη καταλαμβάνοντος, ἐπανῆλθεν εἰς Παίονας· ἔν τε Σιρμίῳ διατρίβων τῇ μεγίστῃ ἐκεῖ πόλει δοκούσῃ, τὰ πρὸς τὴν εἴσοδον εἰς τὸ ἔαρ παρεσκευάζετο. ἠπείλει γὰρ (καὶ ποιήσειν ἔμελλεν) ἐκόψειν τε καὶ ὑποτάξειν τὰ μέχρι Ὠκεανοῦ Γερμανῶν ἔθνη βάρβαρα.

η'. Τὰ μὲν οὖν πολεμικὰ τοιοῦτος ἦν· καὶ εἰς δόξαν ἤρθη ἂν ἡ πρᾶξις αὐτοῦ, εἰ μὴ τοῖς οἰκείοις καὶ τοῖς ὑπηκόοις [1] βαρύτερος ἐγεγόνει καὶ φοβερώτερος. τί γὰρ ἦν ὄφελος βαρβάρων ἀναιρουμένων, πλειόνων γινομένων φόνων ἐν αὐτῇ τῇ τε Ῥώμῃ καὶ τοῖς ὑπηκόοις ἔθνεσιν; ἢ λείας αἰχμαλώτους ἀπάγειν τῶν ἐχθρῶν, γυμνοῦντα καὶ τὰς οὐσίας ἀφαιρούμενον τῶν οἰκείων; ἄνεσις τε γὰρ πᾶσα, μᾶλλον δὲ καὶ πρόκλησις δέδοτο συκοφάνταις, ἐς τὸ ἐπηρεάζειν καὶ κινεῖν πράγματα προγονικά, εἰ τύχοι, καὶ ἄγνωστα καὶ ἀνεξέλεγκτα. μόνον τέ τις κληθεὶς εἰς δικαστήριον ὑπὸ συκοφάντου, εὐθέως ἡττημένος ἀπῄει, καὶ τῶν

1 Ferus moribus, asper, superbus, denique sine judicio, sine accusatione omnes interemit, omnium bona sustulit. & plus 4 millibus hominum occisis se satiare non potuit. Jul.

ὑπαρ-

ὑπαρχόντων πάντων στερηθείς. ἑκάστης γοῦν ἡμέρας ἦν ἰδεῖν τοὺς ἐχθὲς πλουσιωτάτους, τῆς ἐπιούσης μεταιτοῦντας. τοσαύτη τις ἦν τῆς τυραννίδος ἡ φιλοχρηματία, ἐπὶ προφάσει τῆς περὶ τοὺς στρατιώτας χρημάτων συνεχοῦς χορηγίας. ἦν δὲ καὶ τοῖς ὠσὶ κοῦφος ἐς διαβολάς, ἡλικίας τε καὶ ἀξιώματος ἀφειδῶς ἔχων. πλείστους γοῦν τῶν ἔθνη καὶ στρατόπεδα πεπιστευμένων, μετὰ ὑπατείας τιμὴν, ἢ δόξαν ἐπὶ τροπαίοις προσγενομένην, ἐκ μικρᾶς καὶ εὐτελοῦς διαβολῆς ἀναρπάστους ἐποίει. καὶ ἐκέλευσέ τε ἄνευ ὑπηρεσίας μόνους ὀχήμασιν ἐπιτεθέντας, ἄγεσθαι νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν ὁδεύοντας, ἐξ ἀνατολῶν ἢ δύσεως, εἰ τύχοι, ἀπό τε μεσημβρίας, εἰς Παίονας, ἔνθα διέτριβε. σκύλας δὲ καὶ ὑβρίσας, φυγαῖς ἢ θανάτοις ἐζημίου. ἐς ὅσον μὲν οὖν τοὺς καθ' ἕνα ταῦτα ἐπράττετο, καὶ μέχρις οἰκείων ἔμενεν ἡ συμφορά, οὐ πάνυ τι τοῖς δήμοις τῶν πόλεων ἢ τοῖς ἔθνεσι διέφερε· τὰ γὰρ τῶν εὐδαιμονεῖν δοκούντων ἢ πλουσίων πταίσματα, πρὸς τῶν ὄχλων οὐ μόνον ἀμελεῖται, ἀλλά τινας τῶν κακοήθων καὶ φαύλων ἔσθ' ὅτε καὶ εὐφραίνει, φθόνῳ τῶν κρειττόνων καὶ εὐτυχούντων.

θ'. Ἐπεὶ δὲ ὁ Μαξιμῖνος τοὺς πλείστους τῶν ἐνδόξων οἴκων ἐς πενίαν περιστήσας, ἃ δὴ μικρὰ καὶ ὀλίγα, οὐδ' αὐτάρκη τῇ αὐτοῦ βουλήσει ᾤετο, μετῆλθεν ἐπὶ

alicujus quispiam arcessebatur, quin idem continuò reus perageretur, ac censu fortunisque omnibus expelleretur. Itaque quotidie cerneres, qui pridie opulentissimi fuissent, eos nunc emendicare stipem. Tanta videlicet tyrannidis avaritia incesserat, assiduas erga milites largitiones obtendentis. Erant præterea illius aures omnibus calumniis patulæ, sic ut nullius vel ætatis, vel dignitatis rationem haberet. Igitur complures exercitibus aut provinciis præpositos, consulares, triumphalesque viros, levissima tenuissimaque calumnia attactos, corripi de improviso jubebat, ac sine ullis ministeriis solos vehiculis impositos, die noctuque iter facere ab Oriente aut Occidente, si ita cecidisset, aut à Meridie in Pannoniam usque, in qua tunc ipse morabatur. Dein spoliatos, omnique ignominia affectos, exilio vel morte puniebat. Quamdiu igitur unus aut alter talia patiebantur, neque ea calamitas extra ipsorum familiam egrediebatur, non sanè magnopere populorum gentiumque interesse videbatur: siquidem beatorum divitumque res adversæ, non solum à plebe negliguntur, sed eis nonnulli etiam pravo malignoque ingenio, ob invidiam scilicet potentiorum atque felicium, delectantur.

IX. Postquam autem Maximinus plurimas illustrium virorum familias ad egestatem redegit, leviora jam illa ac minora ducens, quam ut ipsius cupiditati satisfacerent, animum

ad

ad publicas opes tranſtulit. Igitur quæcunque pecuniæ civiles, aut ad publicam annonam repoſitæ, aut in plebem dividendæ ſupererant, tum quæ theatris ac celebritatibus ſerviebant, univerſas ſibi adjudicavit. Ad hæc templorum omnium donaria, ſtatuæque deorum, heroumque honores, tum quicquid publici operis aut civilis ornamenti, aut materiæ denique fuit nummis idoneæ conficiendis, omnia pariter ignibus conflabantur. Quæ res in primis animos multitudinis exulceravit, quaſique luctum publicum effecit, cum citra pugnam atque arma quaſi oppugnationi eſſe urbs obnoxia videretur: ſic ut quidam è populo contrà reſiſtere, templaque auſi tueri, etiam cadere ante aras deorum immortalium, quam ſpectare patriæ ſpolia præoptaverint. Hinc itaque potiſſimum per urbes atque nationes popularium animi intumuerant, ac nec milites quoque ſatis æquo animo ferebant, exprobrantibus invidioſè conſanguineis atque domeſticis, & ipſorum culpa talia patrare Maximinum dictitantibus. Hujuſcemodi igitur cauſæ minimè profecto leves, ad odium ac defectionem populos proritabant. Cæterum, votis tantummodo agebant, læſa implorantes numina; nullo ſcilicet audente profiteri ſe vindicem: donec exacto Imperii triennio, exigua levique occaſione (quales ſunt tyrannidis lapſus) primò arma ſumpſerunt, rebellaruntque Afri; tali cauſa.

τὰ δημόσια, καὶ εἴ τινα ἦν χρήματα πολιτικὰ εἰς εὐθηνίας ἢ νομὰς τῶν πολιτῶν ἀθροιζόμενα, εἴτε θεάτροις ἢ πανηγύρεσιν ἀνακείμενα, εἰς ἑαυτὸν μετῆγε· ναῶν τε ἀναθήματα, θεῶν τε ἀγάλματα, καὶ ἡρώων τιμάς, καὶ εἴ τις ἦν κόσμος δημοσίων ἔργων, ἢ καλλωπίσματος πόλεως, ἢ ὕλη νόμισμα ποιῆσαι δυναμένης, πάντα ἐχωνεύετο. ὅπερ καὶ μάλιστα τοὺς δήμους ἐλύπησε· πένθος τε δημόσιον ἐνεποίει δίχα μάχης, καὶ ἄνευ ὅπλων, ὄψις πολιορκίας. ὥς τινας τῶν δημοτῶν καὶ χεῖρας ἀναπιθεῖναι, καὶ τοὺς νεὼς φρουρεῖν ἑτοίμως τε ἔχειν, πρότερον ἀναιρεθέντας περὶ τῶν βωμῶν πεσεῖν, ἢ σκῦλα τῶν πατρίδων ἰδεῖν. ἐντεῦθεν δὴ καὶ μάλιστα κατά τε πόλεις καὶ κατὰ ἔθνη διοίδαινον τῶν ὄχλων αἱ ψυχαί. ἀπηρέσκοντό τε καὶ οἱ στρατιῶται τοῖς πραττομένοις, ὀνειδιζόντων αὐτοῖς ἐπιφθόνως συγγενῶν τε καὶ οἰκείων, ὡς δὴ δι' αὐτοὺς ταῦτα πράττοντος τοῦ Μαξιμίνου. αἰτίαι μὲν δὴ τοιαῦται οὔτι γε ἄλογοι, εἰς μῖσος καὶ ἀπόστασιν τοὺς ὄχλους παρώξυνον· καὶ πάντες μὲν εὔχοντο, καὶ θεοὺς τοὺς ἀδικουμένους ἐπεκάλουν, ἄρξασθαι δὲ οὐδεὶς ἐτόλμα· ἔς τε συμπληρουμένης αὐτῷ τριετοῦς βασιλείας, ἐκ μικρᾶς καὶ εὐτελοῦς προφάσεως (οἷα τυραννίδος σφάλματα) πρῶτοι ὅπλα ἐκίνησαν, ἔς τε ἀπόστασιν εὐσταθῶς ὥρμησαν Λίβυες, ἐξ αἰτίας τοιᾶσδε.

θ'. Επι-

ι'. Ἐπετρόπευέ τις τῆς Καρχηδονίας χώρας τραχύτατα, καὶ μετὰ πάσης ὠμότητος, καταδίκας τε ἐποιεῖτο, καὶ χρημάτων εἰσπράξεις, βουλόμενος εὐδοκιμεῖν παρὰ τῷ Μαξιμίνῳ. ἐκεῖνος τε γὰρ οὓς ᾔδει ἁρμόζοντας τῇ ἑαυτοῦ γνώμῃ ἐπελέγετο· οἵ τε προεστῶτες τοῦ ταμιείου τότε, εἰ καὶ σπανίως χρηστοὶ ἐμπεπτώκεσαν, τόν τε κίνδυνον πρόδηλον ἔχοντες, καὶ τὴν ἐκείνου φιλοχρηματίαν εἰδότες, ἄκοντες ὅμως τοὺς λοιποὺς ἐμιμοῦντο. ὁ τοίνυν κατὰ τὴν Λιβύην ἐπίτροπος τοῖς τε ἄλλοις βιαίως προσεφέρετο, καὶ νεανίσκους τινὰς τῶν παρ' ἐκείνοις εὖ γεγονότων καὶ πλουσίων, καταδίκαις περιβαλὼν, εἰσπράττειν τὰ χρήματα εὐθέως ἐπειρᾶτο, πατρῴων τε καὶ προγονικῶν οὐσιῶν αὐτοὺς ἀφαιρεῖσθαι. ἐφ' οἷς ἀλγήσαντες οἱ νεανίσκοι, τὰ μὲν χρήματα αὐτῷ ἀποδώσειν ὑπέσχοντο, τριῶν ἡμερῶν αἰτήσαντες ἄνεσιν· συνωμοσίαν δὲ ποιησάμενοι, πάντας τε οὓς ᾔδεσαν ἢ πεπονθότας τι δεινὸν, ἢ παθεῖν δεδοικότας, ἀναπείσαντες, κελεύουσι νύκτωρ κατελθεῖν τοὺς ἐκ τῶν ἀγρῶν νεανίσκους, ξύλα τε καὶ πελέκεις ἐπιφέρεσθαι· οἱ δὲ, πεισθέντες κελεύουσι τοῖς δεσπόταις, πρὸ τῆς ἕω συνῆλθον εἰς τὴν πόλιν, κρύπτοντες ὑπὸ τῇ ἐσθῆτι ἃ ἔφερον αὐτοσχέδια πολέμου ὅπλα. μέγα δέ τι πλῆθος ἠθροίσθη. φύσει γὰρ πολυάνθρωπος οὖσα ἡ Λιβύη πολλοὺς εἶχε τοὺς τὴν γῆν γεωργοῦντας. ἅμα δὲ τῷ παραδραμεῖν τὸ περιόρθριον, προσελθόντες οἱ νεανίσκοι, τὸ μὲν πλῆθος τῶν οἰκετῶν κελεύουσιν αὐτοῖς

X. Administrabat quidam Carthaginensem regionem acerbissimè, & cum omni sævitiâ damnabat judicio, atque pecunias exigebat: quod benè audire apud Maximinum vellet: siquidem Maximinus quos animo suo convenientes norat, eos deligebat: & qui ærario tunc præerant, etiamsi viri probi essent, (quod rarò contingebat) tamen & ipsi, periculum ante oculos habentes, & illius avaritiam scientes, cæteros, licet inviti, imitabantur. Ille quidem procurator Africæ, cùm in alios violentiâ utebatur, tum verò ab adolescentibus quibusdam nobilibus atque opulentis damnatione circumventis, statim exigere pecunias intenderat, patrimonioque illos & avitis bonis exuere. Quibus rebus exacerbati adolescentes pecuniam quidem se daturos pollicentur, petito trium dierum spacio: conspirantesque interim in unum, quicunque grave aliquid vel passi fuerant, vel passuros metuebant, jubent nocte ex agris juventutem cum fustibus ac securibus adesse. Illi dominorum imperia exequentes, venêre ante lucem universi in urbem, celantes sub vestibus arma, quæ cuique tumultuaria se obtulerant. Magna verò vis mortalium confluxêre: siquidem fœcundissima hominum Africa, plurimos tunc etiam agrorum cultores habebat. Ut autem dies jam illuxit, jubent adolescentes ponè sequi servorum suorum gregem, tan-

quam si è reliqua essent populi multitudine: neque tamen arma proferre prius, aut vim facere, quàm ubi aliquos aut è militibus aut è populo viderint irruere contra se, atque ire ultum facinus quod gesturi mox essent. Ipsi, reconditis intra sinum pugionibus, adeunt procuratorem, tanquam cum eo de persolvendis pecuniis acturi, continuoque nihil tale suspicantem, neci dedunt. Ibi, exertantibus gladios illius militibus, atque ire ultum volentibus, repentè agrestes cum fustibus ac securibus occurrunt: fortiterque pro dominis pugnantes, facilè omnes in fugam verterunt. Ad hunc modum negotio succedente, juvenes, desperatis semel rebus, unam sibi reliquam salutem fore arbitrati, si patratum nuper facinus majore aliquo facinore cumularent, statuunt in communionem periculi rectorem provinciæ assumere, ac populos ad defectionem solicitare. Quod optari jam pridem ab universis cognoverant, Maximini odio; sed metu prohiberi. Igitur cum omni multitudine, nocte intempesta domum proconsulis petunt. Is Gordianus fuit; proconsulatum sortitus eum, cùm annum ageret circiter octogesimum: multarumque antè provinciarum fuerat rector, atque in maximis spectatus negotiis. Quocirca facilè susceptum iri ab illo Imperium existimabant, quasi fastigium aliquod superiorum di-

ἕπεσθαι, ὡς ὄντας μέρος τοῦ λοιποῦ ὄχλου· προστάξαντες τότε ἀποκαλύπτειν ἃ ἔφερον ὅπλα, καὶ γενναίως ἀνθεστάναι, εἴτινες ἢ στρατιωτῶν ἢ δημοτῶν αὐτοῖς ἐπίοιεν ἔκδικοι τοῦ γενησομένου ἔργου. αὐτοὶ δὲ λαβόντες ἐγχειρίδια ὑποκόλπια, προσίασι τῷ ἐπιτρόπῳ, ὡς δὴ περὶ τῆς ἀποδόσεως τῶν χρημάτων διαλεξόμενοι. προσπεσόντες τε αἰφνιδίως, οὐ προσδοκῶντα παίσαντες φονεύουσι. τῶν δὲ περὶ αὐτὸν στρατιωτῶν γυμνωσάντων τὰ ξίφη, τῷ τε φόνῳ ἐπεξελθεῖν θελόντων, οἱ ἐκ τῶν ἀγρῶν κατεληλυθότες, προβαλλόμενοι τά τε ξύλα καὶ τοὺς πελέκεις, ὑπερμαχόμενοι τῶν δεσποτῶν, τοὺς ἀνθεστῶτας ῥᾳδίως ἐτρέψαντο. οὕτω δὴ προχωρήσαντος τοῦ ἔργου, οἱ νεανίσκοι ἅπαξ ἐν ἀπογνώσει γενόμενοι, μόνην ᾔδεσαν ἑαυτοῖς σωτηρίαν ὑπάρχουσαν, εἰ τὰ τολμηθέντα αὐτοῖς αὐξήσαιεν ἔργοις μείζοσι, καὶ κοινωνὸν τοῦ κινδύνου τὸν ἡγεμόνα τοῦ ἔθνους παραλάβοιεν, πᾶν τε τὸ ἔθνος ἀναπείσαιεν εἰς ἀπόστασιν. ὅπερ ᾔδεσαν πάλαι μὲν εὔχεσθαι, μίσει Μαξιμίνου, φόβῳ δὲ κωλύεσθαι. σὺν παντὶ τοίνυν τῷ πλήθει, ἤδη μεσαζούσης ἡμέρας ἐπίασιν ἐπὶ τὴν τοῦ ἀνθυπατεύοντος οἰκίαν. Γορδιανὸς μὲν ἦν ὄνομα, κλήρῳ μὲν τὴν ἀνθυπατείαν λαχὼν, πρεσβύτης δὲ, εἰς ἔτος ἤδη περί που ὀγδοηκοστὸν ἐληλακώς· πολλῶν δὲ πρότερον ἄρξας ἐθνῶν, ἔν τε πράξεσι μεγίσταις ἐξετασθείς· ὅθεν αὐτόν τε ἡδέως ὑποδέξασθαι τὴν ἀρχὴν ᾤοντο, ὥσπερ κορυ-

I

κορυφαῖον τέλος τῶν προηγουμένων πράξεων· τήν τε σύγκλητον καὶ τὸν Ῥωμαίων δῆμον ἀσμένως δέξεσθαι ἄνδρα εὖ γεγονότα, καὶ ἐκ πολλῶν ἡγεμονιῶν, ὥσπερ κατ' ἀκολουθίαν, ἐπὶ τοῦτο ἐλθόντα.

ια'. Συνέβαινε δὲ ἐκείνης τῆς ἡμέρας ἧς ταῦτα ἐπράττετο, οἴκοι τὸν Γορδιανὸν διατρίβειν ἡσυχάζοντα, δεδωκότα τοῖς καμάτοις ἀνάπαυλαν, ἀργίαν τε τῶν πράξεων. οἱ δὲ νεανίσκοι, ξιφήρεις, σὺν παντὶ τῷ πλήθει βιασάμενοι τοὺς ταῖς αὐλείαις ἐφεστῶτας, εἰσπηδήσαντες, καταλαμβάνουσιν αὐτὸν ἐπί τινος σκίμποδος ἀναπαυόμενον· περιστάντες δέ, χλαμύδι πορφυρᾷ περιβάλλουσι, σεβασμίαις τε τιμαῖς προσαγορεύουσιν. ὁ δὲ τῷ παραδόξῳ τοῦ πράγματος ἐκπλαγείς, ἐνέδραν καὶ συσκευὴν ἐξ ἐπιβουλῆς καθ' ἑαυτοῦ νομίζων, ῥίψας ἀπὸ τοῦ σκίμποδος εἰς γῆν ἑαυτόν, ἐδεῖτο φείσασθαι γέροντος μηδὲν αὐτοὺς ἀδικήσαντος, σώζειν δὲ τὴν πίστιν καὶ τὴν εὔνοιαν τῷ βασιλεύοντι. ἐπεὶ δὲ οἱ μὲν ξιφήρεις ἐνέκειντο, ἐκεῖνος δὲ ὑπὸ δέους καὶ ἀγνοίας οὐκ ᾔδει τὸ πραττόμενον, οὐδὲ τὸ τῆς παρούσης τύχης αἴτιον· εἷς τῶν νεανίσκων, ὃς ἦν αὐτῶν γένει καὶ δυνάμει λόγων προὔχων, τοὺς λοιποὺς καθησυχάσας, ἡσυχάζειν τε προστάξας, ἔχων πρόκωπον τὴν δεξιάν, ἔλεξε πρὸς αὐτὸν τοιάδε.

ιβ'. Δύο κινδύνων προκειμένων, τοῦ μὲν παρόντος, τοῦ δὲ μέλλοντος· καὶ τοῦ μὲν ἤδη προδήλου, τοῦ δὲ ἐν ἀμφι-

gnitatum: Senatuique & populo Romano gratum futurum principem, qui præterquàm quod erat illustri ortus genere, etiam per præfecturas plurimas, quasi per gradus quosdam ad Imperii culmen ascendisset.

XI. Evenit autem, ut quo die hæc agebantur, domi Gordianus resideret, dilatis laboribus, omnique actu rerum suspenso. Igitur adolescentes, cum gladiis, magna stipante multitudine, perturbatis janitoribus, impetum in ædes faciunt, eumque supra grabbatum requiescentem offendunt: circumfusique, senem purpura induunt, atque Augustalibus honoribus consalutant. Ille, re subita exterritus, insidiasque & dolum in se compositum ratus, dejicit humi se ex grabbato, obsecrans parcerent seni, à quo nihil injuriarum accepissent; fidemque principi, & benevolentiam servarent. Instantibus autem illis, ac nudos manu gladios tenentibus, cum partim metu, partim ignoratione, haudquaquam sciret Gordianus quid sibi ea res vellet, quæque subitæ fortunæ causa foret; unus è numero adolescentum, qui & nobilitate & facundia cæteros anteiret, reliquis tacere & paulisper quiescere jussis, dextra capulum tenens, in hanc sententiam verba fecit.

XII. E duobus periculis, quorum alterum præsens manifestumque, alterum futurum forsitan, dubiique eventus, eli-

gendum tibi hodie alterutrum eſt: ut aut nos teque unà ſerves, & ſpem meliorem, qua omnes freti ſumus, amplectaris; aut jam jam noſtris manibus intereas. Quòd ſi potiora malueris, multa ad ſpem bonam viatica ſunt. Quippe inviſum omnibus Maximinum, peſtem illam crudeliſſimæ tyrannidis tolles, vitamque antehac præclarè tibi actam, illuſtri gloria cumulabis, maximoſque à Senatu P. Q. R. honores ac ſempiternam laudem nanciſceris. Sin verò abnueris, ac nobiſcum conſpirare pernegaveris, jam jam te hîc obtruncabimus, atque ipſi quoque (ſi oportuerit) occiſo tibi immoriemur. Facinus namque auſi ſumus quod majori deſperatione eget. Jacet enim tyrannidis miniſter, luitque pœnas crudelitatis, noſtris nunc nuper manibus interemptus. Quapropter ſi conſenſeris nobiſcum, atque in partem periculorum acceſſeris, cùm ipſe honorem Imperii conſequeris, tum quod nos facinus perpetravimus, laude magis quàm ſupplicio dignum reputabitur.

βούλῳ τύχῃ· ἑλέσθαι σε δεῖ σήμερον σώζεσθαι μεθ' ἡμῶν, καὶ πιστεῦσαι σεαυτὸν ἐλπίδι κρείττονι, ᾗ πάντες πεπιστεύκαμεν, ἢ τεθνάναι ἤδη πρὸς ἡμῶν. εἰ μὲν οὖν τὰ παρόντα ἕλοιο, πολλὰ τὰ ἐφόδια εἰς ἀγαθὰς ἐλπίδας· τό, τε Μαξιμίνου παρὰ πᾶσι μῖσος, πάθος τε τυραννίδος ὠμῆς ἀπαλλάξεις, καὶ ἐν ταῖς προηγουμέναις πράξεσιν εὐδοκιμήσεις· ἔν τε συγκλήτῳ καὶ τῷ Ῥωμαίων δήμῳ γνῶσις οὐκ ἄσημος, καὶ τιμὴ ἔνδοξος ἀεί. ἀντιλειπόντι δέ σοι, καὶ μὴ συμπνεύσαντι ἡμῖν, τήμερον τέλος ἐπικείσεται. ἀπολούμεθα δὲ καὶ αὐτοί, εἰ δέοι, προαπολέσαντες. ἔργον γὰρ ἡμῖν τετόλμηται μείζονος ἀπογνώσεως δεόμενον. κεῖται γὰρ ὁ τῆς τυραννίδος ὑπηρέτης, καὶ δίκας ὠμότητος παρέσχε, φονευθεὶς ὑφ' ἡμῶν. ἐφ' οἷς ἢν μὲν ἡμῶν συνάρῃ, καὶ κοινωνὸς τῶν κινδύνων γένῃ, αὐτός τε τῆς ἐν βασιλείᾳ τιμῆς ἀπολαύσεις, τό, τε ἡμῖν προκείμενον ἔργον ἐπαινεθήσεται, καὶ οὐ κολασθήσεται·

XIII. Dum hæc loquitur adoleſcens, impatiens moræ cætera multitudo, cum quidem eòdem jam civitas univerſa, re vulgata, concurriſſet, Gordianum unanimes Auguſtum appellant. Ille, quamvis recuſaret, ac ſenectutem obtenderet, tamen ſuapte natura gloriæ avidior, haud ægrè tandem honorem ſuſcepit: malens futurum dein, quàm præſens jam periculum

ιγ'. Τοιαῦτά τινα λέγοντος τοῦ νεανίσκου, οὐκ ἀνασχόμενον τὸ λοιπὸν πλῆθος, συνδραμόντων ἤδη καὶ πάντων τῶν κατὰ τὴν πόλιν, ἐπειδὴ διεφοίτησεν ἡ φήμη, σεβαστὸν Γορδιανὸν ἀναγορεύει. παραιτούμενος δέ, καὶ γῆρας προϊσχόμενος ἐκεῖνος, ἄλλως δέ, φιλόδοξος ὤν, οὐδὲ ἀηδῶς ὑπέστη· ἑλόμενος μᾶλλον τὸν μέλλοντα κίνδυνον ἢ τὸν παρόντα·

παρόντα· ἔν τε γήρᾳ ἐσχάτῳ οὐ πάνυ τι δεινὸν νομίζων, εἰ δέοι ἐν βασιλικαῖς τιμαῖς καὶ τελευτῆσαι. πᾶν δὴ τὸ Λιβύων ἔθνος εὐθέως ἐδεδόνητο, καὶ τὰς μὲν τοῦ Μαξιμίνου τιμὰς καθῄρουν, εἰκόσι δὲ καὶ ἀνδριᾶσι Γορδιανοῦ τὰς πόλεις ἐκόσμουν τῷ τε κυρίῳ αὐτοῦ ὀνόματι προσθέντες, Ἀφρικανὸν ἐκάλεσαν ἀφ' ἑαυτῶν. οὕτω γὰρ Λίβυες ὑπὸ μεσημβρίαν τῇ Ῥωμαίων φωνῇ καλοῦνται.

ιδʹ. Ὁ δὲ Γορδιανὸς ἐνδιατρίψας τῇ Θύστρῳ, ἔνθα ταῦτα ἐπράχθη, ἡμερῶν τινῶν, ἤδη φέρων βασιλέως ὄνομα καὶ σχῆμα, ἀπάρας τε τῆς Θύστρου, εἰς τὴν Καρχηδόνα ἠπείχθη, ἣν ᾔδει μεγίστην τε οὖσαν καὶ πολυάνθρωπον, ἵν' ὥσπερ ἐν Ῥώμῃ πάντα πράττῃ. ἡ γοῦν πόλις ἐκείνη, καὶ δυνάμει χρημάτων καὶ πλήθει τῶν κατοικούντων, καὶ μεγέθει, μόνης Ῥώμης ἀπολείπεται, φιλονεικοῦσα πρὸς τὴν ἐν Αἰγύπτῳ Ἀλεξάνδρου πόλιν περὶ δευτερείων. εἵπετο δὲ αὐτῷ πᾶσα ἡ βασιλικὴ πομπή· τῶν μὲν στρατιωτῶν οἵ τινες ἦσαν ἐκεῖ, καὶ τῶν κατὰ τὴν πόλιν ἐπιμηκεστέρων νεανίσκων, ἐν σχήματι τῶν κατὰ Ῥώμην προϊόντων δορυφόρων. αἵ τε ῥάβδοι ἐδαφνηφόρουν, ὅπερ ἐστὶ σύμβολον εἰς τὸ διαγνῶναι τὰς βασιλικὰς ἀπὸ τῶν ἰδιωτικῶν. τὸ δὲ πῦρ προεπόμπευεν, ὡς ὄψιν καὶ τύχην ἔχειν πρὸς ὀλίγον, ὥσπερ ἐν εἰκόνι, τῆς Ῥώμης τὴν Καρχηδονίων πόλιν.

ιεʹ. Ὅ, τε Γορδιανὸς γράμματά τε πάμπλειστα ἐκπέμπει πρὸς ἑκα-

ſubire: ſimul ætate jam exacta minimè recuſandum putabat, quin (ſi ita res poſceret) etiam Imperatoriis honoribus immoreretur. Igitur ſtatim tumultuari omnis Africa, ſublatiſque Maximini honoribus, civitates pleræque imagines Gordiani ac ſtatuas ponere. Sed eum quoque à ſe cognominarunt Africanum. Nam qui ad Meridiem Libyes habitant, Afri Romana voce nuncupantur.

XIV. At Gordianus, aliquot dies Thyſtri commoratus, qua in urbe hæc acta fuerant, nomen Imperatoris jam cultumque gerens, Carthaginem proficiſcitur, ut in civitate maxima, quamque populoſam norat, omnia quaſi Romæ agitarentur: ſiquidem urbs illa vel opibus, vel populi frequentia, vel magnitudine, tantùm Romæ concedens, cum Alexandri urbe Ægyptiaca de ſecunda palma contendit. Sequebatur autem ipſum principalis pompa omnis, militeſque quicunque aderant, juveneſque urbani procera ſtatura, ad eorum ſimilitudinem, qui Romæ Imperatorem comitantur: virgæ item laureatæ, quo inſigni Principes à privatis dignoſcuntur. Prætereaque ignis de more præferebatur, ut ſpeciem fortunamque (exiguum ſane ad tempus) Romanæ civitatis Carthago repræſentaret.

XV. Cæterum Gordianus literas complures ad primum

quemque Romam missitabat, atque ad proceres Senatus, quorum erant ei permulti amici, ac necessarii. Scripsit item publicè ad Senatum populumque Romanum, significans Afrorum erga se consensum: simulque accusans Maximini crudelitatem, quam esse omnibus magnopere invisam sentiebat. Ipse omnem præ se mansuetudinem ferebat. Nam & delatores omnes exilio affecit; & iis, qui parum justo judicio damnati fuerant, iterum defendendi sui potestatem indulsit. Quin exules quoque in patriam restituebat, ac militibus plura se, quàm quisquam antea, largiturum, populoque ingens daturum congiarium pollicebatur. Idem præfectum quoque prætorii Vitalianum, ferum crudelemque hominem, charissimum devotissimumque Maximino, in ipsa urbe curavit interimendum. Siquidem suspectans, ne ille suis incœptis fortiter resistendo, cæteros quoque metu perterritos à se averteret, mittit provinciæ quæstorem, adolescentem audacissimum, corpore validum, atque ætate florentem, promptumque ad omne periculum pro se suscipiendum: traditis centurionibus, ac militibus nonnullis, cui etiam literas dedit obsignatas duplicibus tabellis, per quas arcana occultaque ne-

στον τῶν κατὰ τὴν Ῥώμην προεστάναι δοκούντων· τοῖς τε τῆς συγκλήτου δοκιμωτάτοις ἐπιστέλλει, ὧν ἦσαν αὐτῷ πλεῖστοι φίλοι τε καὶ συνήθεις. ἐποίησε δὲ καὶ δημόσια γράμματα πρός τε τὸν Ῥωμαίων δῆμον καὶ τὴν σύγκλητον, δι' ὧν τήν τε Λιβύων ἐδήλου εἰς ἑαυτὸν σύμπνοιαν, τήν τε Μαξιμίνου ὠμότητα κατηγόρει, σφοδρότατα εἰδὼς μισουμένην. αὐτός τε πᾶσαν πρᾳότητα ὑπισχνεῖτο, συκοφάντας τε πάντας φυγαδεύων, καὶ παλινδικίαν διδοὺς τοῖς ἀδίκως κατακριθεῖσι, τούς τε φυγάδας εἰς τὰς πατρίδας ἐπανάγων· [1] τοὺς δὲ στρατιώτας ὑπέσχετο ἐπίδοσιν χρημάτων ὅσην οὐδεὶς πρότερον, τῷ τε δήμῳ νομὰς ἐπήγγειλε. προὐνοήσατο δὲ τοῦ πρότερον ἀναιρεθῆναι τὸν κατὰ τὴν Ῥώμην τῶν στρατοπέδων προεστῶτα· Βιταλιανὸς δὲ ἦν ὄνομα αὐτῷ. τοῦτον ἤδη τραχύτατα καὶ ὠμότατα πράττοντα, φίλτατόν τε ὄντα καὶ καθωσιωμένον τῷ Μαξιμίνῳ. ὑποπτεύων οὖν μὴ ταῖς πραττομέναις γνώμαις ἀντιστῇ, καὶ τῷ ἐκείνου φόβῳ μηδεὶς αὐτῷ συνάρηται, πέμπει τὸν ταμίαν τοῦ ἔθνους, νεανίσκον φύσει εὔτολμον, καὶ τὸ σῶμα οὐκ ἀγεννῆ, καὶ τὴν ἡλικίαν ἀκμάζοντα, πρόθυμόν τε ἐς τὸν ὑπὲρ ἑαυτοῦ κίνδυνον· παραδοὺς αὐτῷ ἑκατοντάρχας καὶ στρατιώτας τινὰς, οἷς ἔδωκε κατασεσημασμένα γράμματα ἐν πυκτοῖς πίναξι, δι' ὧν τὰ ἀπόρρητα καὶ κρυπτὰ ἀγγέλματα τοῖς βασιλεῦσιν

1 Scribo τοῖς στρατιώταις. Steph.

ἐπι-

ἐπιστέλλεται. κελεύει δὲ αὐτοῖς, περὶ τῆς ἕω εἰς τὴν Ῥώμην κατελθοῦσιν, ἐπιστῆναι ἔτι δικάζοντι καὶ ἀνακεχωρηκότι τῷ Βιταλιανῷ ἐν τῷ τοῦ δικαστηρίου οἰκίσκῳ, ἔνθα μόνος τὰ ἀπόρρητα καὶ κρυπτὰ δοκοῦντα ὑπὲρ σωτηρίας τοῦ βασιλέως ἠρεύνα τε, καὶ ἐξήταζε· δηλῶσαί τε ὅτι φέρουσι γράμματα πρὸς Μαξιμῖνον ἀπόρρητα· ἐπὶ τοῦτό τε παρά του πεμφθῆναι ὑπὲρ ἀσφαλείας τοῦ βασιλέως. προσποιήσασθαι δὲ βούλεσθαι καὶ διαλεχθῆναι αὐτῷ ἰδιαίτερον, ἀπαγγεῖλαί τε τὰ ἐντεταλμένα. ἀσχολουμένῳ δὲ ἐκείνῳ περὶ τὴν τῶν σφραγίδων ἐπίγνωσιν, προσποιουμένους ὡς δὴ ἐροῦντάς τι, οἷς εἶχον ὑποκολπιδίοις ξίφεσι φονεῦσαι. ἅπερ πάντα προὐχώρησεν ὡς ἐκέλευσεν. ἔτι γὰρ νυκτὸς οὔσης, ὥσπερ ἐκεῖνος εἰώθει πρὸ ἡμέρας προϊέναι, [1] ὑπέστησαν αὐτῷ ἰδιάζοντι, μηδὲ πολλοῦ πλήθους παρόντος. οἱ μὲν γὰρ οὐδὲ προσεληλύθεισαν· οἱ δὲ, προσαγορεύσαντες, πρὸ ἡμέρας ἀνακεχωρήκεσαν. ἡσυχίας οὖν οὔσης, ὀλίγων τε [2] περὶ τὸν οἰκίσκον, δηλώσαντες αὐτῷ τὰ προειρημένα, ῥᾳδίως εἰσεδέχθησαν. ἐπιδόντες δὲ τὰ γράμματα, ἐκείνου ταῖς σφραγῖσι τὰς ὄψεις ἐπιβάλλοντος, προβαλόντες τὰ ξιφίδια καὶ παίσαντες, φονεύουσιν, ἔχοντές τε αὐτὰ πρόκωπα, προπηδῶσιν. οἱ δὲ παρόντες, ἐκπλαγέντες ἀνεχώρησαν, οἰόμενοι Μαξιμίνου τὴν κέλευσιν εἶναι. καὶ γὰρ ἐποίει τοῦτο πολλά-

gotia significare imperatores consueverunt. Jubet itaque illos intrare urbem ante lucem, ac dum adhuc in actibus occupatus esset Vitalianus, accedere ad eum intra cellulam, ubi res secretas atque arcanas ad salutem Principis pertinentes scrutari atque inquirere consueverat: ferre se literas arcanas à Maximino, & ad hoc à quopiam esse missos in Regis securitatem; simulare etiam se velle cum illo remotis arbitris colloqui, & quæ sibi mandata essent exponere. Dein signis agnoscendis occupatum, pugionibus, quos in sinu occultos haberent, de improviso confoderent. Quæ scilicet omnia ex sententia successerunt. Etenim ante lucem, quo tempore prodire illi mos fuerat, inveniunt hominem pænè solum, paucis tantum circumstantibus: quippe alii nondum venerant, alii salutato abierant, priusquam dilucesceret. Igitur vacante illo, ac paucis duntaxat ante cellulam inventis, ubi quæ suprà diximus nunciaverunt, facilè scilicet intromissi sunt: porrectisque epistolis, contemplantem eum signa diligentius, prolatis pugionibus confodiunt, nudosque eos manibus præ se tenentes prosiliunt, omnibus loco cedentibus. Nam id Maximini factum imperio putabant. Quando idem sæpenu-

1 Lego ἐπέστησαν. Steph.

2 Post τοῦ οἰκίσκου subaudiendum è præcedenti membro participium ὄντων. Sylburg.

mero etiam in eos facere consueverat, qui antea ipsi carissimi videbantur. Dein vadentes media sacra via, proponunt epistolam Gordiani ad populum, literasque item ab illo consulibus ipsis, cæterisque reddunt, vulgata etiam fama interfecti Maximini. Quod ubi auditum est, statim universus populus discurrere undique furenti similis. Nam etsi ubique vulgus semper ad res novas levissimum, tamen Romana plebs in primis, quæ ex magna, variaque etiam peregrinorum multitudine constat, longè cæteris mobilior est.

XVI. Igitur statuæ atque imagines Maximini, cæterique honores statim convulsi, clausumque antea formidine odium, licentia jam & potestate adepta, nullo prohibente effundebant. Quare Senatus quoque frequens, etsi de Maximino certi nihil habebat, ex præsenti fortuna rem conjectans, abolitis illius honoribus, Gordianum filiumque ipsius Augustos declaraverunt: statimque delatores atque accusatores universi aut effugerunt, aut ab iis quos offenderant occidebantur. Procuratores autem, & qui jus in illius crudelitatis ministerium dicebant, tracti à plebe sunt, abjectique in cloacas. Multi item insontes occisi. Nam & creditorem suum quisque, & adversarium in forensibus cau-

κις, καὶ περὶ τοὺς δοκοῦντας εἶ- φιλτάτους. κατελθόντες δὲ διὰ μέσης τῆς ἱερᾶς ὁδοῦ, προτιθέασι τὰ πρὸς τὸν δῆμον τοῦ Γορδιανοῦ γράμματα, τοῖς τε ὑπάτοις καὶ τοῖς λοιποῖς τὰ ἐπεσταλμένα διδόασι· διασκεδάννυταί τε ὑπ' αὐτῶν φήμη, ὡς ἄρα καὶ Μαξιμῖνος εἴη ἀνῃρημένος. ὡς δὲ διεφοίτησε ταῦτα, εὐθέως πᾶς ὁ δῆμος, ὥσπερ ἐνθουσιῶν διέθει πανταχοῦ. καὶ πάντες μὲν γὰρ ὄχλοι, κοῦφοι πρὸς τὰ καινοτομούμενα· ὁ δὲ Ῥωμαίων δῆμος ἐν πλήθει μεγίστῳ καὶ ποικίλῳ, συγκλύδων τε ἀνθρώπων, πολὺ καὶ ῥᾴδιον ἔχει τὸ τῆς γνώμης εὐκίνητον.

ιϛ'. Ἀνδριάντες οὖν καὶ εἰκόνες, τιμαί τε πᾶσαι τοῦ Μαξιμίνου κατεσπῶντο· καὶ τὸ κρυπτὸν πρότερον διὰ φόβον μῖσος, ἀδεὲς καὶ αὐτεξούσιον γενόμενον, ἀκωλύτως ἐξεχεῖτο. ἥτε σύγκλητος συνελθοῦσα πρὶν τὸ ἀκριβὲς εἰδέναι περὶ τοῦ Μαξιμίνου, ἐκ τῆς παρούσης τύχης τὰ μέλλοντα πιστεύσαντες, τὸν Γορδιανὸν ἅμα τῷ υἱῷ σεβαστοὺς ἀναγορεύουσι· τὰς δὲ τοῦ Μαξιμίνου τιμὰς ἀνατρέπουσι. συκοφάνται τε οὖν καὶ οἱ γενόμενοί τινων κατήγοροι, ἢ ἔφευγον, ἢ ὑπὸ τῶν ἀδικηθέντων ἀνῃροῦντο. ἐπίτροποί τε καὶ δικασταὶ οἱ τῆς ἐκείνου ὠμότητος ὑπηρέται, συρέντες ὑπὸ τοῦ ὄχλου, εἰς τοὺς ὀχετοὺς ἐρρίπτουντο· φόνος τε οὐκ ὀλίγος ἐγίνετο, καὶ μηδὲν ἀδικησάντων ἀνθρώπων. δανειστὰς γὰρ ἑαυτῶν, ἢ καὶ ἀντιδίκους ἐν πράγμασιν ἀγοραίοις, καὶ εἴ τις πρός τι βραχεῖαν αἰτίαν

εἶχε

εἶχε μίσους, [1] ἐπαναβαίνοντές τε οἰκήσεσιν ἀπροσδοκήτως, ἐπηρεάζοντες, ὡς συκοφάντας ἐσύλησάν τε καὶ ἐφόνευσαν. [2] ἐν προσχήματι ἐλευθερίας ἀδείας τε εἰρηνικῆς, ἔργα πολέμου ἐμφυλίου ἐγίνετο· ὡς καὶ τὸν τῆς πόλεως ἐπάρχοντα μετὰ πράξεις πολλὰς ὑπατικὰς (Σαβῖνος δὲ ἦν ὄνομα αὐτῷ) βουλόμενον κωλῦσαι τὰ γινόμενα, ξύλῳ παιόντα κατὰ τοῦ κρανίου, τελευτῆσαι.

ιζʹ. Καὶ ὁ μὲν δῆμος ἐν τούτοις ἦν. ἡ δὲ σύγκλητος, ἅπαξ ἀναρριφθέντος κινδύνου, φόβῳ τοῦ Μαξιμίνου πάντα ἔπραττεν εἰς τὸ ἀποστῆσαι αὐτοῦ τὰ ἔθνη. [3] πρεσβεῖαι τοίνυν πανταχοῦ πρὸς πάντας ἡγεμόνας ἐξεπέμφθησαν, ἐπιλεχθέντων ἀνδρῶν ἔκ τε τῆς συγκλήτου αὐτῆς, καὶ τοῦ ἱππικοῦ τάγματος, οὐκ ἀδοκίμων· γράμματά τε πρὸς πάντας, τὴν Ῥωμαίων καὶ τῆς συγκλήτου γνώμην δηλοῦντα, προτρέποντά τε τοὺς ἡγεμόνας συναίρεσθαι τῇ κοινῇ πατρίδι καὶ συνεδρίῳ [4] βουλεύουσι· τὰ δ᾽ ἔθνη πείθεσθαι Ῥωμαίοις, ὧν δημόσιον ἄνωθεν τὸ κράτος ἐστὶν, αὐτά τε

sis, & ut quemque aliquis levissima de causa oderat, impetu in domum facto, bonisque direptis, trucidabant. Ita sub specie libertatis, pacisque prætextu, civilis belli facinora edebantur. Quin præfectum quoque urbi Sabinum, qui antea pleraque munia Consularia obierat, prohibere talia conantem, fuste capiti illiso mactaverunt.

XVII. Hoc igitur populus agitabat. Enimverò Senatus, quando jam semel periculum subierat, metu Maximini, nihil sibi ad solicitandas ad defectionem provincias reliqui faciebat. Quocirca legationes undique ad rectores provinciarum mittebantur, electis è senatorio equestrique ordine clarissimis hominibus, cum literis, quibus S. P. Q. R. mens exponebatur: qui procuratores ipsos hortarentur, uti communem patriam capesserent, curiamque Romanam tuerentur: persuaderentque nationibus, ut in fide populi Romani perseverarent, cujus proprium antiquitus Imperium foret, veterrimumque cum illis amicitiæ

---

1 Ἐπαναβαίνοντές τε οἰκήσεσιν. pro τε aptius substituemus articulum ταῖς. Sylburg.

2 Hic quoque desiderari puto τῆς post ἐν προσχήματι. Steph.

3 Quia Senatus ad omnes provincias & portuum custodes literas dederat; ne aliquid commeatuum in Maximini potestatem veniret: miserat prætereà per omnes civitates Prætorios & Quæstorios viros, qui ubique custodias agerent, & omnia contra Maximinum defenderent. Jul. Cap.

4 Βουλεύουσι. Ferri aliquo modo potest hæc sententia. [iis qui communi patriæ & senatorum concessui consultum cuperent] sed tunc pro τῇ aptius legeretur τοῖς, alioqui legi etiam posset, καὶ τοῖς ἐν συνεδρίῳ βουλεύουσιν. Capit. vel ut Stephano placet, mutanda forsan ista vox βουλεύουσιν in βουλῇ.

jus

jus à majoribus institutum. Quocirca plerique legatis benignè exceptis, populos ad defectionem pertulerunt, quod scilicet pronum fuit; adeò incredibili apud omnes odio Maximinus laborabat. Igitur, omnibus quicunque apud ipsos magistratum gerentes cum Maximino sentiebant, repente ad unum occisis, ipsi universi ad Romanos defecerunt. Pauci tamen inventi, qui legatos ad se missos interficerent, aut ad ipsum mitterent, adhibitis custodibus: qui deinde omnes exquisitissimis à Maximino suppliciis affecti sunt.

XVIII. Hæc mens Romanæ civitatis, hic animus fuit. Quæ postquam Maximino nunciata sunt, quamquam tristis ac solicitus, tamen illa se contemnere simulabat. Ac primo quidem alteroque die domo quietus, ad amicos de eo negotio retulit. Cæterùm exercitus omnis, cunctique ejus regionis mortales, etsi rem omnem intellexerant, intumuerantque animis, audacia rerum tantarum, ac novitate; tamen pro se quisque tacebant, ac se ignorare omnia simulabant. Quippe tantus erat Maximini metus, ut nihil illum plane lateret, omniumque non solum verba, sed

φίλα καὶ ὑπήκοα ἐκ προγόνων. οἱ πλεῖστοι μὲν οὖν προσήκαντο τὴν πρεσβείαν· καὶ τὰ ἔθνη ἀποστήσαντες, ῥαδίως μίσει τῆς Μαξιμίνου τυραννίδος, τοὺς τε ἐκεῖσε [1] πράττοντας, εἰ τὰ Μαξιμίνου φρονοῖεν, ἀποκτείναντες, προσέθεντο Ῥωμαίοις. ὀλίγοι δέ τινες ἢ διεχειρίσαντο τοὺς ἐλθόντας πρέσβεις, ἢ μετὰ φρουρᾶς πρὸς ἐκεῖνον παρέπεμψαν· οὓς συλλαμβάνων, ὠμῶς ἐκόλαζε.

ιη'. Τὰ μὲν κατὰ τὴν Ῥωμαίων πόλιν τε καὶ γνώμην, τοιαῦτα ἦν. ὡς δ' ἀπηγγέλη τῷ Μαξιμίνῳ τὰ πεπραγμένα, [2] σκυθρωπός τε ἦν, καὶ ἐν μεγάλαις φροντίσι· προσεποιεῖτό τε αὐτῶν καταφρονεῖν. τῆς μὲν οὖν πρώτης καὶ δευτέρας ἡμέρας ἔνδον ἔμεινεν ἡσυχάζων, καὶ τοῖς φίλοις περὶ τοῦ πρακτέου κοινούμενος. τὸ δὲ στρατόπεδον πᾶν τὸ σὺν αὐτῷ, οἵ τε ἐπέκεινα πάντες ἄνθρωποι ἔγνωσαν μὲν τὰ διαγγελθέντα, καὶ διοίδανον πᾶσιν αἱ ψυχαί, τηλικούτων ἔργων εὐτόλμων καινοτομίᾳ· οὐδέ τις πρός τινα ἔλεγέ τι, οὔτ' εἰδέναι τι προσεποιεῖτο. τοσοῦτος γὰρ ἦν Μαξιμίνου φόβος, ὡς μηδὲν αὐτὸν λανθάνειν, παραφυλάττεσθαι δὲ πάντων οὐ μόνον τὰ διὰ

1 Suspicor istam vocem πράττοντας sine adjectione. Steph.

2 Aliter eum esse affectum scribit Capitol. hujusmodi verbis, *arripiebat gladium*, quasi senatum posset occidere: conscindebat vestem regiam, jaciebat se in parietes, nonnunquam terræ se prosternebat. Capitol.

φωνῆς καὶ γλώττης προφερόμενα, ἀλλὰ καὶ τὰ δι' ὄψεως νεύματα. ὁ μέντοι Μαξιμῖνος συγκαλέσας πάντα τὸν στρατὸν εἰς τὸ πρὸ τῆς πόλεως πεδίον, προσελθών τε τῆς τρίτης ἡμέρας, ἀνελθών τε ἐπὶ τὸ βῆμα, ἐπιφερόμενος τὸ βιβλίον ὅπερ αὐτῷ ἦσαν συντάξαντές τινες τῶν φίλων, ἐξ ἀναγνώσεως ἔλεξε τοιάδε.

Δημηγορεία Μαξιμίνου.

ιθ'. Ἄπιστα μὲν οἶδα καὶ παράδοξα λέξων πρὸς ὑμᾶς· ὡς δὲ ἐγὼ οἴομαι, οὐ θαύματος, ἀλλὰ χλεύης καὶ γέλωτος ἄξια. ὅπλα ἐφ' ὑμᾶς καὶ τὴν ὑμετέραν ἀνδρείαν οὐ Γερμανοὶ αἴρουνται, οὓς πολλάκις ἐνικήσαμεν· οὐ Σαυρομάται, οἳ περὶ εἰρήνης ἑκάστοτε ἱκετεύοντες. Πέρσαι τε οἱ πάλαι Μεσοποταμίαν κατατρέχοντες, νῦν ἡσυχάζουσιν, ἀγαπητῶς ἔχοντες τὰ ἑαυτῶν, δόξης τε τῆς ὑμετέρας ἐν τοῖς ὅπλοις, ἀρετῆς τε πείρᾳ τῆς ἐμῶν πράξεων, ἃς ἔγνωσαν ὅτε τῆς ἐπὶ ταῖς ὄχθαις στρατοπέδων ἡγούμην, [1] ἀνεχούσης αὐτῆς· ἀλλὰ γὰρ μή τι ἄρα καὶ καταγέλαστον εἰπεῖν Καρχηδόνιοι μεμήνασι, καὶ [2] πρεσβύτην ἄθλιον ἐν ἐσχάτῳ γήρᾳ παραφρονοῦντα, πείσαντες ἢ βιασάμενοι, ὥσπερ ἐν πομπαῖς παίζουσι βασιλείαν. τίνι θαρ-

nutus quoque speciemque oris observaret. Tertio vero die convocatis in campum ante urbem militibus suis, Maximinus tribunal inscendit, atque ex libello orationem ab amicis compositam, in hanc sententiam recitavit.

Oratio Maximini.

XIX. Scio me vobis incredibilia novaque dicturum; sed (ut ego existimo) non tam admiratione quàm risu digna. Arma vobis vestræque virtuti non Germani inferunt, sæpe devicti: non Sarmatæ, qui de pace nobis quotidie supplicant: Persæ item, qui olim Mesopotamiam pervagabantur, nunc suas intra sedes quiescere boni consulunt, cùm gloria in armis vestra, tum rerum à me gestarum periculo edocti, quæ jam tum illis innotuerunt cum tuenti ripas exercitui præfuimus. Verùm (nequid magis ridiculum dixerim) Carthaginenses insaniunt, atque sene infelicissimo & extremo jam ætatis delirante, dubium suasu an coactu, quasi aliqua in pompa ludunt principatum. Quo enim freti exercitu? cum apud

1 Scribendum videtur αὐτὰς, illud autem ἀνεχούσης (si mendosum non sit) ad ἀρετῆς refertur. Steph.

2 Gordianus senex & debilis & morti vicinus sumpsit imperium. Capitol.

eos proconsulis ministerio lictores satisfaciant. Quibus porrò usuri armis? ubi præter lanceas exiguas ad feras excipiendas, nihil sit telorum; proque bellicis exercitationibus chori tantum, dictaque procacia, & numeri quidam usurpentur. Neque verò vos perterrefecerint quæ facta in urbe nunciantur: nempe Vitalianus per dolum fraudemque occisus est. Quàm autem leve, instabileque sit Romani populi ingenium, quam prompta clamorum tenus audacia, notissimum scilicet vobis est. Si duos modò trésve armatos conspexerint, trudentes alter alterum, & proculcantes, ac suum quisque periculum fugitantes, publicum neglectui habent. Quod si quis vobis etiam quæ acta in Senatu sunt, renunciavit, non est profectò quod miremini nostram illis continentiam duriorem videri, atque ob id morum congruentiam vitamque illius luxuriosam nobis anteferri. Quippe apud illos fortissima quæque ac gravissima pro asperrimis, dissoluta atque ebacchantia pro mitibus voluptuariisque habentur. Quocirca nostrum quidem Imperium, quoniam industrium atque moderatum, aversantur. Gordiani delectantur nomine, cujus infamia vitæ mini-

ἐρροῦντες στρατιῶται, καὶ παρ' οἷς εἰς τὴν τοῦ ἡγουμένου ὑπηρεσίαν ἀρκοῦσι ῥαβδοῦχοι; ποῖα φέροντες ὅπλα, παρ' οἷς οὐδὲν [1] πλέον δορατίων οἷς πρὸς θηρία μονομαχοῦσι; τὰ πολεμικὰ αὐτοῖς γυμνάσια, χοροὶ καὶ σκώμματα καὶ ῥυθμοί. μηδέ τινα ὑμῶν ἐκπληττέτω τὰ κατὰ Ῥώμην ἀγγελθέντα. Βιταλιανὸς μὲν ἀνῃρέθη, δόλῳ καὶ ἀπάτῃ ληφθείς. τοῦ δὲ Ῥωμαίων δήμου τὸ κοῦφον καὶ εὐμετάβολον οὐκ ἀγνοεῖτε, καὶ μέχρι βοῆς θρασύ. εἰ δύο ἢ τρεῖς ὁπλίτας ἴδοιεν μόνον, ὑπ' ἀλλήλων ὠθούμενοί τε καὶ πατούμενοι, φεύγων ἕκαστος τὸν ἴδιον κίνδυνον, τοῦ κοινοῦ ἀμελῶς ἔχει. εἰ δὲ καὶ τὰ τῆς συγκλήτου τις ὑμῖν διήγγειλε, μὴ θαυμάζετε εἰ τὸ μὲν ἡμέτερον σῶφρον, τραχὺ αὐτοῖς δοκεῖ· [2] τὸ δ' ὁμότροπον, ἐν ἀκολάστῳ βίῳ ἐκείνου προτιμᾶται· καὶ τὰ μὲν ἀνδρεῖα καὶ σεμνὰ τῶν ἔργων, φοβερὰ προσαγορεύουσι· τὰ δὲ ἀνειμένα καὶ ἐκβεβακχευμένα, ὡς ἥμερα δι' ἡδονῆς ἔχουσι. διόπερ πρὸς τὴν ἐμὴν ἀρχὴν, οὖσαν ἐπιστρεφῆ καὶ κόσμιον, ἀλλοτρίως διάκεινται. ἥσθησαν δὲ τῷ Γορδιανοῦ ὀνόματι, οὗ τὸν διαβεβλημένον βίον οὐκ ἀγνοεῖτε. πρὸς τούτους καὶ

1 Pro πλέον rectius legimus πλήν. Sylburg.

2 Melius constabit sententia, si distinctionem post ὁμότροπον tollas & post ἐκείνου colloces, hoc sensu, Illius verò in vitâ intemperanti morum similitudo nobis anteponitur, i. e. quia in vitæ intemperantia similis ut populi Rom. nobis antefertur. Sylburg.

τοιοῦ-

τοιούτους ἡμῖν ὁ πόλεμος, εἴ τις οὕτως αὐτὸν καλεῖν βούλοιτο. ἐγὼ μὲν γὰρ ἡγοῦμαι, ὡς οἱ πλεῖστοι, καὶ σχεδὸν πάντες, εἰ μόνον Ἰταλίας ἐπιβαίημεν, ἱκετηρίας θαλλοὺς καὶ τέκνα προτείνοντας, ὑποστρώσειν αὑτοὺς τοῖς ἡμετέροις ποσίν. οἱ δὲ λοιποὶ διὰ δειλίαν καὶ φαυλότητα φεύξονται, [1] ὡς ὑπάρξαι ἐμοί τε καὶ ὑμῖν τὰ ἐκείνων πάντα δοῦναι, ὑμῖν τε ἀδεῶς λαβοῦσι καρποῦσθαι.

κ'. Τοιαῦτά τινα εἰπών, [2] βλάσφημά τε πολλὰ εἰς τὴν Ρώμην καὶ τὴν σύγκλητον, δι' ὧν παρεφθέγγετο, ἀπορρίψας, τοῖς τε διὰ χειρὸς ἀπειλαῖς καὶ τραχέσι προσώπου νεύμασιν, ὡς πρὸς παρόντας ὀργισθείς, ἐπαγγέλλει τὴν ἐπ' Ἰταλίαν ἔξοδον· διανείμας τε αὐτοῖς πάμπλειστα χρήματα, μιᾶς ἡμέρας διαλιπών, τῆς ὁδοῦ εἴχετο, πολύ τι πλῆθος ἐπαγόμενος στρατοῦ, τήν τε ὑπὸ Ρωμαίοις δύναμιν. εἵπετο δὲ αὐτῷ καὶ Γερμανῶν οὐκ εὐκαταφρόνητος ἀριθμός, οὓς τοῖς ὅπλοις κεχείρωτο, ἢ πείσας ἐς φιλίαν καὶ συμμαχίαν ἐπῆκτο. μηχαναί τε καὶ πολεμικὰ ὄργανα, καὶ ὅσα πρὸς τοὺς Βαρβάρους, ὧν ἐπεφέρετο. αὐτὸς μὲν σχολαιτέραν τὴν ὁδοιπορίαν ἐποιεῖτο διὰ τὴν τῶν ὀχημάτων καὶ

mè vos præterit. Igitur adversus hos atque hujuſcemodi homines bellum vobis eſt, milites: ſi tamen bellum id appellandum. Nam ut mihi quidem atque adeò cæteris omnibus videtur, non prius Italiam attigerimus, quam illorum maxima pars ramos ſupplices liberoſque ſuos præferentes, noſtris ſe pedibus advolvent, aut formidine degeneri fugam facient: ut mihi liberum ſit bona illorum vobis contribuere, quibus in perpetuum perfruamini.

XX. Hæc cum dixiſſet, ac multa in civitatem Senatumque univerſum interpellatim probra jeciſſet, manuumque geſtibus minabundus, trucique vultu nutuque oris quaſi præſentibus iraſcens, profectionem in Italiam edicit. Diviſoque inter milites ingenti ſtipendio, uno tantum die interjecto facere iter incepit, magnum ſecum exercitum, atque univerſas adducens Romanas copias. Sequebatur eundem etiam Germanorum haudquaquam negligendus numerus, quos vel armis ſubegerat, vel in amicitiam ſocietatemque adſciverat. Præterea machinæ & bellica inſtrumenta, quæque alia adverſus Barbaros comparaverat. Cæterum tardius iter faciebat, ob vehicula reſque alias uſui neceſſarias quæ undiquaque im-

1 Idem eſt in fine hujus concionis apud Jul. Cap. nam ait ibi quoque Maximinus, eamus contra Senatum & Afros, quorum omnia bona vos habebitis. Capitol.

2 Irati ac inſanientis prorſus Maximini deſcriptionem copioſiorem legas apud Jul. Cap.

portabantur. Nam cum repentinum id illi iter obvenisset, non cujusquam providentia (ut consueverat) sed tumultuario ac festinato ministerio, quæ erant militibus necessaria colligebantur. Igitur præmittere Pannoniorum cohortes decrevit, quibus fretus maximè erat, quæque primæ Imperatorem consalutaverant, atque ultro etiam pro illius salute omne periculum deposcebant. Iis igitur imperavit, ut cæteras copias præcederent, ac regiones occuparent Italiæ.

XXI. Dum in itinere Maximinus est, res interea Carthagini præter spem magnopere successerunt. Erat autem Capellianus quidam, Senatorii ordinis vir, procurator Mauritaniæ Romanis subjectæ, quæ ab ipsis Numidia appellatur. Ea gens munita exercitibus fuerat, à quibus Barbarorum incursus ac populationes coercerentur. Quare haud contemnendam militum manum circa sese habebat. Cum hoc igitur Capelliano veteres Gordiano simultates ex forensi quadam disceptatione intercesserant: Quocirca nomen adeptus Imperatoris, successorem illi misit, atque abscedere provincia imperavit. Ille ea re indignatus, ac principi suo devotus, à quo magistratum

ἐπιτηδείων πανταχόθεν συγκομιδήν· αἰφνιδίου γὰρ γινομένης τῆς ἐπ' Ἰταλίαν ὁδοῦ, οὐκ ἐκ προνοίας, ὥσπερ εἰώθει, ἀλλ' ἐξ αὐτοσχεδίου καὶ ἐπειγούσης ὑπηρεσίας, τὰ χρειώδη τῷ στρατῷ ἠθροίζετο. ἔδοξεν οὖν αὐτῷ προπέμψαι τὰς τῶν Παιόνων φάλαγγας, ἐκείνοις γὰρ μάλιστα ἐπίστευεν, οἵπερ αὐτὸν καὶ πρῶτοι ἀνεῖπον βασιλέα, ἐθελονταί τε ὑπὲρ αὐτοῦ κινδυνεύειν ὑπισχνοῦντο. ἐκέλευσεν οὖν αὐτοῖς φθάσαι τὴν λοιπὴν δύναμιν, καὶ τὰ ἐν Ἰταλίᾳ χωρία προκαταλαβεῖν.

κα'. Καὶ οἱ μὲν περὶ Μαξιμῖνον ὡδοιπόρουν· ἐν δὲ τῇ Καρχηδόνι οὐχ', ὡς ἠλπίκεσαν, τὰ πράγματα προὐχώρει. Καπελλιανὸς γὰρ ἦν τις ὄνομα, τῶν ἀπὸ συγκλήτου· ἡγεῖτο δὲ Μαυρουσίων τῶν ὑπὸ Ῥωμαίοις, Νομάδων δὲ καλουμένων. τὸ δὲ ἔθνος στρατοπέδοις πέφρακτο, διὰ τὸ περικείμενον πλῆθος Μαυρουσίων τῶν βαρβάρων, ὡς ἂν ἐπέχοι αὐτῶν τὰς ἐξ ἐπιδρομῆς ἁρπαγάς. εἶχεν οὖν ὑφ' ἑαυτῷ δύναμιν οὐκ εὐκαταφρόνητον στρατιωτικήν. πρὸς δὴ τὸν Καπελλιανὸν τοῦτον καὶ ὁ Γορδιανὸς [1] ἀπεχθῶς προσέκειτο ἄνωθεν, ἔκ τινος ἀγοραίου διαφορᾶς. τότε τοίνυν ἐν τῷ τῆς βασιλείας γενόμενος ὀνόματι, διάδοχόν τε αὐτὸν ἔπεμψε, καὶ τοῦ ἔθνους ἐξελθεῖν ἐκέλευσεν. ὁ δὲ πρός τε ταῦτα ἀγανακτήσας, τῷ τε

1 Rectius fortasse: Γορδιανὸς ἀπεχθῶς· προσέκειτο καὶ ἄνωθεν, transpositâ videlicet καὶ, & πρὸς in προ versâ. Sylburg.

Μαξι-

Μαξιμίνῳ καθωσιωμένος, ὑφ' οὗ καὶ τὴν ἡγεμονίαν πεπίστευτο, πάντα τὸν στρατὸν ἀθροίσας, ἀναπείσας τε Μαξιμίνῳ τηρεῖν τὴν πίστιν καὶ τὸν ὅρκον, κατῆλθεν ἐπὶ τὴν Καρχηδόνα, δύναμιν ἄγων μεγίστην τε καὶ γενναίων ἀνδρῶν ἡλικίαις ἀκμάζουσαν, καὶ παντοδαπῇ ὅπλων παρασκευῇ ἐξηρτυμένην, ἐμπειρίᾳ τε πολεμικῇ καὶ τῇ πρὸς τοὺς Βαρβάρους μάχης συνηθείᾳ ἑτοίμην πρὸς μάχας.

κβ'. Ὡς δὲ ἀπηγγέλη τῷ Γορδιανῷ ὁ στρατὸς προσιὼν τῇ πόλει, αὐτός τε ἐν ἐσχάτῳ δέει ἦν. οἵ τε Καρχηδόνιοι ταραχθέντες, οἰόμενοι ἐν πλήθει ὄχλου οὐκ ἐν εὐταξίᾳ στρατοῦ τὸ εὔελπι τῆς νίκης εἶναι, πανδημεὶ πάντες ἐξίασιν, ὡς δὴ τῷ Καπελλιανῷ ἀντιταξόμενοι. Γορδιανὸς μὲν οὖν ὁ πρεσβύτης (ὥς τινές φασιν) ἅμα τῷ τῆς Καρχηδόνος ἐπιβῆναι, ἐν ἀπογνώσει γενόμενος, ἐννοῶν τὴν δύναμιν Μαξιμίνου, οὐδὲν δὲ ὁρῶν ἐν Λιβύῃ ἀξιόμαχον ἰσόῤῥοπον, [1] ἀνήρτησεν ἑαυτὸν βρόχῳ.

κγ'. Κρυπτομένης δὲ αὐτοῦ τῆς τελευτῆς, τὸν υἱὸν αὐτοῦ στρατηγήσοντα δὴ τοῦ πλήθους εἵλοντο. γενομένης δὲ συμβολῆς, οἱ μὲν Καρχηδόνιοι ὄχλῳ πλείους ἦσαν, ἄτακτοι δὲ καὶ πολεμικῶν ἔργων ἀπαίδευτοι, ἅτε ἐν εἰρήνῃ βαθείᾳ τεθραμμένοι, ἑορταῖς τε καὶ τρυφαῖς σχολάζοντες ἀεὶ, γυμνοί τε ὅπλων καὶ ὀρ-

quoque eum accepisset, omni coacto exercitu, cum quidem fidem tueri ac jusiurandum persuasisset, Carthaginem contendit, maximas valentissimasque copias secum adducens, virosque cùm ætate florentes, tum omni armorum genere instructos, peritosque rei militaris, atque ex consuetudine præliorum adversus Barbaros magnopere ad pugnandum paratos.

XXII. Ut verò nunciatum Gordiano est adventare ad urbem Capellianum, & ipse affectus est extrema formidine, & perterriti Carthaginenses universi; qui scilicet in turba potius quam in exercitus aliquo ordine collocata victoriæ spe, cuncti pariter urbe effunduntur obviam Capelliano. Cæterùm senex Gordianus (ut quidam perhibent) simul atque ille Carthaginem attigit, desperatis rebus, quòd Maximino vires ingentes, nullas in Africa copias esse videbat, quæ illis possent resistere, laqueo se suspendit.

XXIII. Sed occultata illius nece, filium sibi ducem multitudo elegit. Ita ventum ad manus est. Erant autem numero quidem plures Carthaginenses, sed inordinati ac rerum bellicarum imperiti, quippe in altissima pace educati, festisque & deliciis emolliti, nudique armis omnique bellico instrumento. Nam domo quisque

1 Acerrimâ pugnâ interfecto filio, ipse vitam laqueo finivit. Jul. Cap.

pugio-

pugionem, aut ſecurem, aut venabulum, aut item præuſtas ſudes, ut quiſque poterat acuminatas, ad tuendum corpus extulerat. Contrà Numidæ, jaculatores optimi, atque equitandi peritiſſimi, ſic ut equos etiam infrenos virga tantum currentes moderentur. Quocirca facilè Carthaginenſium plebs in fugam verſa: ſiquidem haud ferentes illorum impetum, omnes abjectis armis confertim effugerunt; trudenteſque inter ſe & proculcantes, multo ſanè plures ipſi invicem affligebantur quàm cædebantur ab hoſtibus. Hic & Gordiani filius cecidit, & quicunque eum ſecuti: ſic ut præ multitudine interfectorum, neque diſcerni ad ſepulturam funera potuerint, neque adoleſcentis Gordiani cadaver inveniretur. Etenim ex tanta copia fugientium pauci duntaxat urbem ingreſſi, conjectique in latebras, evaſerant: cæteri ad portas conferti, ac pro ſe quiſque intrare primi urbem feſtinabundi, ab jaculatoribus Numidis, cæteriſque armatis militibus, contrucidabantur: maximo feminarum puerorumque ejulatu, quorum ante oculos chariſſima pignora occidebantur. Sunt qui perhibeant, ut primum Gordiano, qui propter ſenium domi ſe

χάνων πολεμικῶν. ἕκαστος δὲ ἐπεφέρετο οἴκοθεν ἢ ξιφίδιον ἢ πέλεκυν, δοράτιά τε ἐκ κυνηγεσίων βαρέας τε τὰς ἐμπεσούσας περιτεμόντες, καὶ ξύλα καταπείσαντες εἰς τὰ παρατυχόντα σχήματα, ὡς ἕκαστος ἐδύνατο, πρόβλημα τοῦ σώματος ἐποιεῖτο. οἱ δὲ Νομάδες, ἀκοντισταί τε εὔστοχοι καὶ ἱππεῖς ἄριστοι, ὡς καὶ χαλινῶν ἄνευ ῥάβδῳ μόνῃ τὸν δρόμον τῶν ἵππων κυβερνᾷν. ῥᾷστα οὖν ἐτρέψαντο τῶν Καρχηδονίων τὸ πλῆθος· οἵγε οὐχ ὑπομείναντες αὐτῶν τὴν ἐμβολὴν, πάντα ῥίψαντες ἔφυγον· ὠθούμενοι δὲ ὑπ᾽ ἀλλήλων καὶ πατούμενοι, πλείους ὑπὸ τοῦ οἰκείου πλήθους ἐφθάρησαν ἢ πρὸς τῶν πολεμίων. [1] ἔνθα καὶ ὁ τοῦ Γορδιανοῦ υἱὸς ἀπώλετο. οἵτε περὶ αὐτὸν πάντες· ὡς διὰ πλῆθος πτωμάτων, μήτε νεκρῶν ἀναίρεσιν πρὸς ταφὴν γενέσθαι δυνηθῆναι, μήτε τοῦ νέου Γορδιανοῦ σῶμα εὑρεθῆναι. οἱ μὲν γὰρ φεύγοντες, ὅσοι τε ἦσαν εἰσρυέντες εἰς τὴν Καρχηδόνα, ὅσοι τε λαθεῖν ἠδυνήθησαν, σκεδασθέντες εἰς πᾶσαν τὴν πόλιν, οὖσαν μεγίστην τε καὶ πολλὴν, ὀλίγοι ἐκ πολλῶν ἐσώθησαν· τὸ δὲ λοιπὸν πλῆθος περὶ τὰς πύλας στενοχωρούμενον, παρεισδῦναι σπουδάζοντος ἑκάστου, βαλλόμενόν τε ὑπὸ τῶν ἀκοντιστῶν καὶ τιτρωσκόμενον ὑπὸ τῶν ὁπλιτῶν, διεφθείρετο. πολλὴ δὲ οἰμωγὴ κατὰ τὴν πόλιν γυναικῶν τε καὶ παιδίων, ὧν ἐν ὄψει οἱ φίλτατοι ἀπώλοντο. ἕτεροι δέ φασιν, ὡς δὴ ταῦτα οἴκοι μεμενηκότι διὰ γῆρας τῷ πρεσβύτῃ Γορδιανῷ ἀπηγγέλη, ὅ, τε Καπελλιανὸς εἰσε-

1 Scribit Jul. ante Patris ſuicidium Gordiani filium bello cecidiſſe.

λαύνων

λαύνων εἰς τὴν Καρχηδόνα ἐδηλώθη· ἐν ἀπογνώσει δὲ πάντων γενόμενος, εἰσελθὼν μόνος εἰς τὸ οἰκίσκον, ὡς δὴ καθευδήσων, ἐξαρτήσας ἧς ἐπεφέρετο ζώνης τὸν τράχηλον ἐν βρόχῳ, τὸν βίον ἀνεπαύσατο. τοιούτῳ μὲν δὴ τέλει ὁ Γορδιανὸς ἐχρήσατο, βιώσας τὰ πρῶτα εὐδαιμόνως, ἐν εἰκόνι τε βασιλείας τελευτήσας.

κδʹ. Ο δὲ Καπελλιανὸς εἰς Καρχηδόνα εἰσελθών, πάντας τε τοὺς πρωτεύοντας ἀπέκτεινεν, εἴ τινες καὶ ἐσώθησαν ἐκ τῆς μάχης· ἐφείδετό τε οὔτε ἱερῶν συλήσεως, οὔτε χρημάτων ἰδιωτικῶν καὶ δημοσίων ἁρπαγῆς. ἐπιών τε τὰς λοιπὰς πόλεις, ὅσαι τὰς Μαξιμίνου τιμὰς καθῃρήκεσαν, τοὺς μὲν ἐξέχοντας ἐφόνευε, τοὺς δὲ δημότας ἐφυγάδευεν· ἀγρούς τε καὶ κώμας ἐμπιπράναι λεηλατεῖν τε τοῖς στρατιώταις ἐπέτρεπε, προσποιούμενος μὲν τιμωρίαν εἰσπράττειν ἐφ' οἷς εἰς Μαξιμῖνον ἡμαρτήκεσαν, λανθανόντως δὲ [1] εὔνοιαν ἑαυτῷ παρὰ τῶν στρατιωτῶν μνώμενος, ἵν' εἴ τι πταίσειεν τὰ Μαξιμίνου πράγματα, αὐτὸς ἔχων δύναμιν εὔνουσαν, τῆς ἀρχῆς ἀντιποιήσαιτο. τὰ μὲν δὴ κατὰ τὴν Λιβύην ἐν τούτοις ἦν.

κεʹ. Ως δὲ εἰς τὴν Ῥώμην ἐδηλώθη ἡ τοῦ πρεσβύτου τελευτή, ἐν πολλῇ ταραχῇ καὶ ἀφασίᾳ ὅ, τε δῆμος ἦν ἥ τε σύγκλητος, μάλιστα Γορδιανοῦ τετελευτηκότος, εἰς ὃν

continuerat, nunciatum sit Capellianum jam in urbem pervenisse, deplorata salute, intra cubiculum se quasi dormiturum recepisse: colloque zonæ inserto, qua præcinctus fuerat, sibi mortem conscivisse. Hæc finis Gordiani fuit, felicis anteacta vita, atque in quadam principatus imagine extincti.

XXIV. Sed enim Capellianus Carthaginem ingressus, præcipuum quenque ex iis qui è pugna supererant, neci dedidit: ac neque à templis despoliandis, neque à publicis privatisque pecuniis diripiendis abstinuit: additisque urbibus reliquis, quæcunque honores Maximini sustulissent, in his præstantissimum quenque morte affecit, cæteros in exilium mittebat: agros autem vicosque concremandos militibus tradebat, prætextu quidem ulciscendi Maximinum, cæterum clanculum militum sibi animos concilians, ut sicubi res à Maximino titubassent, ipse ad occupandum principatum benevolis militibus uteretur. Ita se videlicet res in Africa habebant.

XXV. Postea verò quam Romæ audita senis Gordiani mors est, ingens perturbatio Senatum populumque Romanum, ingensque terror invasit: extincto, in quem unum spes

1 Ipse præterea militum animos sibi conciliabat, præludens ad Imperium, si Maximinus perisset. Capitol.

omnes suas collocaverant. Neque enim illos præteribat, nemini jam parsurum Maximinum, cùm sponte alienum ab ipsis atque hostili animo, tum justis etiam causis & professo quasi odio succensentem. Itaque frequentes in unum convenere, ac de toto negotio deliberantes, quando semel in periculum venerant, bellum comparare decreverunt, ac sibi duos imperatores præficere, quos imperium inter se partiri voluerunt, ne rursum illa potentia ad Tyrannidem deveniens, rursum offenderet. Convenerunt igitur non quidem in curiam, quo antè consueverant, sed in templum Capitolini Jovis, quod in arce summa præcipuæ venerationis Romani habent. Ibi clausis foribus soli, quasi teste & confessore atque adeò rerum omnium inspectore Deo, selectis qui ætate ac dignitate cæteros anteirent, de quibus suffragia ferrentur, duo ex omni numero, Maximus atque Albinus, plurimis suffragantibus Imperatores creati. Horum Maximus cùm sæpe exercitibus præfuerat, tum præfectura urbi egregiè gesta, maximam ingenii providentiæque, præterea, vitæ continentis opinio-

ἠλπίκεσαν· ᾔδεσαν γὰρ αὐτὸν οὐ φεισόμενόν τινος, ὡς γὰρ καὶ φύσει ἀλλοτρίως καὶ ἀπεχθῶς πρὸς αὐτοὺς διέκειτό τε καὶ ἐπ' εὐλόγοις αἰτίαις, ὡς ὁμολογουμένοις ἐχθροῖς εἰκότως ὠργίζετο. ἔδοξεν οὖν συνελθεῖν, καὶ περὶ τῶν πρακτέων σκέψασθαι· ἅπαξ τε ἀναῤῥίψαντας κίνδυνον, πόλεμον ἀράσθαι, προστησαμένους ἑαυτῶν χειροτονηθέντας βασιλέας, οὓς ἠθέλησαν μερίσαι τὴν ἀρχὴν, ὡς μὴ πάλιν οὖσαν ἐξουσίαν, εἰς τυραννίδα πάλιν ἐξοκείλῃ. συνῆλθον οὖν οὐκ εἰς τὸ σύνηθες συνέδριον, ἀλλ' εἰς τὸν τοῦ Διὸς νεὼν Καπετωλίου, ὃν σέβουσι Ῥωμαῖοι ἐν ἀκροπόλει. συγκλείσαντες οὖν αὐτοὺς ἐν τῷ σηκῷ μόνους, ὥσπερ ὑπὸ μάρτυρι τῷ Διῒ καὶ συνέδρῳ, ἐπισκόπῳ τε τῶν πραττομένων, ἐπιλεξάμενοι τῶν ἐν ἡλικίᾳ καὶ ἀξιώματι προὐχόντων οὓς ἐδοκίμαζον, κατὰ τὴν ψηφοφορίαν, ἐχόντων καὶ ἄλλων ψήφους, [1] διακριθεισῶν τε καὶ τοῦ πλείστου τῆς γνώμης, [2] Μάξιμόν τε καὶ Βαλβῖνον ἀνειπόντες, αὐτοκράτορας ἐποίησαν. τούτων δ' ἦν ὁ μὲν Μάξιμος, ἔν τε πολλαῖς στρατοπέδων ἀρχαῖς γενόμενος, τῆς τε Ῥωμαίων πόλεως ἔπαρχος καταστὰς, ἀνεπιστρόφως τε ἄρξας, καὶ ἐν ὑπολήψει παρὰ τοῖς ὄχλοις φρενῶν τε καὶ ἀγχινοίας καὶ

1 Fortasse legimus διακριθεισῶν τε κατὰ τοὺς πλείστους (vel ἐκ τοῦ πλείστου) τῶν γνωμῶν, ut sit quod vulgo dicitur, discretis pro suffragiorum pluralitate sententiis. Schottus ἀντειπόντος legit, sed tunc talis requireretur loci mutatio, διακριθεισῶν τε τῶν γνωμῶν, καὶ τοῦ πλείστου μέρους Μάξιμόν τε καὶ Βαλβῖνον ἀνειπόντος. Sylburg.

2 In antiquis nummis M. Clodius, Pupienus, Maximus. Casaub. annotat. Capitol.

βίῳ σώφρονος· ὁ δὲ [1] Βαλβῖνος, γενόμενος μὲν εὐπατρίδης, εἰς δευτέραν δὲ ὑπατείαν ἐληλακώς, ἐθνῶν τε ἡγησάμενος ἀμέμπτως· τὸ δ' ἦθος ἁπλούστερος. τῆς οὖν χειροτονίας ἐκείνης ἀνειπούσης, σεβαστοί τε ἀνηγορεύθησαν, καὶ πάσαις ταῖς βασιλικαῖς τιμαῖς ἡ σύγκλητος διὰ δόγματος αὐτοὺς ἐκόσμησεν.

κϛ'. Ὁ δὲ δῆμος, τούτων ἐν τῷ Καπετωλίῳ πραττομένων, εἴτε ὑποβαλόντων τινῶν Γορδιανοῦ φίλων καὶ οἰκείων, εἴτε γνόντες ὑπὸ φήμης, παρεισήκεσαν ταῖς πύλαις, φράξαντες πᾶσαν τὴν εἰς τὸ Καπετώλιον ἄνοδον τῷ πλήθει τῶν ὄχλων· λίθους τε καὶ ξύλα ἐπιφέροντο, ἀντιπράττοντες τοῖς ὑπὸ τῆς συγκλήτου ἐψηφισμένοις· καὶ μάλιστα τὸν Μάξιμον παραιτούμενοι, [2] στερρότερον τῆς πόλεως. πολύ τε τὸ ἐπιστρεφὲς εἶχε πρὸς τοὺς φαύλους καὶ κούφους τῶν ὄχλων. ὅθεν δεδιότες, ἀπηρέσκοντο αὐτῷ, ἐβόων τε καὶ ἠπείλουν ἀποκτενεῖν αὐτούς. ἠξίουν γὰρ τοῦ Γορδιανοῦ γένους βασιλέα αἱρεθῆναι, τό, τε τῆς αὐτοκρατορικῆς ἀρχῆς ὄνομα ἐκείνῳ τῷ οἴκῳ καὶ ὀνόματι μεῖναι. ὁ δὲ Βαλβῖνος καὶ Μάξιμος, ἐκ τοῦ ἱππικοῦ τάγματος τοὺς νεανίας, πάλαι στρατιώτας τε οἳ ἐν Ῥώμῃ διέτριβον, περιστήσαντες αὐτοῖς ξιφηφόρους, προ-

nem vulgo de se præbuerat. Balbinus autem, patricii generis homo, consulatu iterum gesto, multisque provinciis sine ulla querela administratis, morum simplicior habebatur. Ita creati principes Augustique appellati, ac Senatus consulto omnibus Imperatoriis honoribus affecti sunt.

XXVI. Dum hæc aguntur in Capitolio, interea P. R. (incertum, subjicientibus Gordiani amicis ac necessariis, an tantum rumoribus exciti) facto ad portas concursu, viam qua itur in Capitolium, totam conferta multitudine occupaverant: lapidesque & fustes ingerentes, rebus in Capitolio actis adversabantur; ac Maximum in primis recusantes, severiorem scilicet quàm ut eum levis multitudo facilè pateretur. Magnâ enim industriâ vigilantiâque usus fuerat adversus improbitatem ac levitatem quorundam è plebe. Quapropter metuentes eo maximè offendebantur, clamitantes identidem ac minitantes utrumque se confestim occisuros. Nam ipsi ex Gordiani genere principem sibi deposcebant, ut in familia nomineque eo nomen Imperatorium remaneret. Balbinus autem ac Maximus, equestris ordinis juventute, atque urbanis militibus, cum gladiis, un-

1 Nummus apud Onuphrium. Imp. Cæs. D. Cælius, Balbinus, Aug. Casaub. ib.

2 Legi potest ὡς στερρότερον τῆς πόλεως ἐπάρξαντα. Sylburg.

dique ſtipati, egredi Capitolio conabantur: ſed lapidibus ac fuſtibus coerciti: donec, ſubjiciente neſcio quo, ad hunc modum populo impoſuerunt.

XXVII. Erat puer quidam, infans adhuc, ex Gordiani filia natus, nomen avi referens. Hunc igitur, ſubmiſſis quibuſdam, afferri ad ſe juſſerunt: Qui cum domi eum ludibundum offendiſſent, impoſitum in humeros per mediam ferebant multitudinem, plebi oſtentantes, ac nepotulum Gordiani dictitantes, vocanteſque eum nominatim: quoad in Capitolium pertulerunt, populo ſubinde acclamante & conſpergente puerum frondibus. Cum itaque Senatus Cæſarem illum declarâſſet, quando adhuc per ætatem rempub. gerere non poterat, & iræ multitudinis reſederant, paſſi videlicet ſunt in aulam palatinam ſenes Imperatores commigrare.

XXVIII. Sed incidit per eos dies civitati Romæ funeſta calamitas, orta de nimia duorum ſenatorum audacia. Nam cum Senatus haberetur de publicis negotiis, duo ex militibus Maximini, quos in caſtris reliquerat, emeritæ jam ætatis, ad fores curiæ acceſſerunt, exploratum quæ gererentur: inermes videlicet, tantumque ſubarmalibus & ſagis induti. Conſtiterant autem pariter cum

ἐλθεῖν τε τοῦ Καπετωλίου ἐβιάζοντο, ὑπὸ δὲ πλήθους ξύλων καὶ λίθων ἐκωλύθησαν· ἔς τε δὴ ὑποβάλλοντός τινος, αὐτοὶ τὸν δῆμον ἐσοφίσαντο.

κζ'. Ἦν τι παιδίον νήπιον, ἐκ Γορδιανοῦ θυγατρὸς τέκνον, τῷ πάππῳ ὁμώνυμον. πέμψαντες τοίνυν τῶν σὺν αὐτοῖς τινας, κελεύουσι τὸ παιδίον κομισθῆναι. οἱ δὲ εὑρόντες αὐτὸ ἀθύρον οἴκοι, ἀράμενοι ἐπὶ τῶν ὤμων διὰ μέσου τοῦ πλήθους, δεικνύντες τοῖς ὄχλοις, Γορδιανοῦ τε ἔκγονον λέγοντες, καὶ τῇ αὐτοῦ προσηγορίᾳ ἀποκαλοῦντες, ἀνάγουσιν εἰς τὸ Καπετώλιον εὐφημούμενον ὑπὸ τοῦ δήμου καὶ φυλλοβολούμενον. τῆς τε συγκλήτου Καίσαρα αὐτὸ ἀποδειξάσης, ἐπειδὴ διὰ τὴν ἡλικίαν οὐχ οἷός τε ἦν προΐστασθαι τῶν πραγμάτων, τῆς τε ὀργῆς ὁ δῆμος ἐπαύσατο, ἠνέσχοντό τε προσελθεῖν εἰς τὴν βασίλειον αὐλήν.

κη'. Συνέβη δὲ κατὰ τοὺς αὐτοὺς χρόνους πταῖσμα ὀλέθριον τῇ Ῥωμαίων πόλει, ἀρχὴν καὶ πρόφασιν λαβὸν ἐξ εὐτόλμου θράσους δύο ἀνδρῶν τῶν ἀπὸ συγκλήτου, συνεληλύθεσαν γὰρ εἰς τὸ βουλευτήριον πάντες, σκεψόμενοι περὶ τῶν καθεστώτων. μαθόντες δὲ οἱ στρατιῶται, οὓς ἐν τῷ στρατοπέδῳ Μαξιμῖνος καταλελοίπει· ἤδη γὰρ πρὸς ἄφεξιν τῆς στρατείας ὄντες, καὶ δι' ἡλικίαν οἴκοι μεμενηκότες, ἦλθον μέχρι τῆς εἰσόδου τῆς συγκλήτου, βουλόμενοι τὸ πραττόμενον μαθεῖν, ὅπλων μὲν γυμνοί, ἐν λιταῖς δὲ ἐσθῆσι καὶ ἐφεστρίσιν. ἑστήκεσαν δὲ μετὰ τοῦ λοιποῦ δήμου. καὶ οἱ μὲν ἄλλοι πρὸ τῶν θυ-

ρῶν

ρῶν ἔμμενον· δύο δὲ ἢ τρεῖς, περιεργότερον ἐπακοῦσαι τῶν βουλευομένων θελήσαντες, εἰς τὸ συνέδριον εἰσῆλθον, ὡς τὸν ἱδρυμένον βωμὸν τῆς νίκης ὑπερβῆναι τούτους. τῆς δὲ συγκλήτου ἀνὴρ ἀπὸ ὑπατείας μὲν νεωστὶ, Γαλλικανὸς ὄνομα, Καρχηδόνιος δὲ τὸ γένος, καὶ ἕτερος στρατηγικὸς τὸ ἀξίωμα, Μαικήνας καλούμενος, οὐδέν τι προσδοκῶντας τοὺς στρατιώτας, ἔχοντας δὲ τὰς χεῖρας ὑποκαθειμένας τῆς ἐφεστρίδος, παίουσι πληγαῖς κατὰ καρδίας, ξίφεσιν οἷς ἐπεφέροντο ὑποκολπίοις. πάντες γὰρ διὰ τὴν οὖσαν στάσιν τε καὶ ταραχὴν, οἱ μὲν φανερῶς, οἱ δὲ καὶ κρύβδην ἐξιφοφόρουν, ἀμυντήρια δῆθεν φέροντες ἑαυτῶν διὰ τοὺς αἰφνιδίως ἐπιβουλεύοντας ἐχθρούς. τότε δὴ οἱ στρατιῶται πληγέντες, καὶ τινες ἀπροσδοκήτως περιβαλεῖν [1] οὐ δυνηθέντες, περὶ τοῦ βωμοῦ ἔκειντο. οἱ δὲ λοιποὶ στρατιῶται τοῦτο θεασάμενοι, ἐκπλαγέντες τῷ πάθει τῶν συστρατιωτῶν, φοβηθέντες τοῦ δήμου τὸ πλῆθος, ἄνευ τε ὅπλων ὄντες, ἔφυγον.

κθ'. Ὁ δὲ Γαλλικανὸς ἐκδραμὼν τῆς συγκλήτου εἰς τὸν δῆμον μέσον, δεικνύς τε τὸ ξίφος καὶ τὴν χεῖρα ᾑμαγμένην, διεκελεύετο διώκειν καὶ φονεύειν τοὺς ἐχθροὺς μὲν συγκλήτου καὶ Ῥωμαίων, φίλους δὲ καὶ συμμάχους Μαξιμίνου. ὁ δὲ δῆμος ῥᾷστα πεισθεὶς, τὸν μὲν Γαλλικανὸν εὐφήμει, τοὺς δὲ στρα-

reliqua multitudine; sed cæteris ante fores præstolantibus duo, tresve ad summum, curiosiores audiendi, curiam ingressi, sic ut ultra aram quoque Victoriæ penetrarent. Hic senator quidam, deposito nuper consulatu, Gallicanus nomine, ac genere Carthaginensis, alterque item prætorius, Mæcenas, nihil tale expectantes milites, manusque adhuc sub sagulis habentes, repentè adactis in corda pugionibus interficiunt. Etenim omnis senatus, ob recentem seditionem tumultumque superiorem, alii propalam, pars clanculum gladios gerebant, quibus suam quisque salutem ab inimicorum insidiis tuerentur. Ita cæsi milites, quod se de improviso defendere haud quiverant, prostrati ante altaria jacebant. Quo viso, cæteri confestim expavefacti commilitonum interitu, simul populi concursum formidantes, quòd erant inermes, fugam arripuere.

XXIX. Cæterùm Gallicanus raptim se curia in mediam multitudinem proripiens, gladiumque & manum stillante sanguine ostentans, ad persequendos occidendosque senatus populique Romani hostes, amicos sociosque Maximini, vulgus adhortabatur. Quibus rebus inducta plebs, Gallicanum faustis excipit acclamatio-

1 Stephanus Legit οὐδέν.

nibus, militesque lapidibus incessit, quatenus licuit persecuta. Cæterùm cum se illi in castra recepissent, paucis tantummodo vulneratis, clausis portis, armisque arreptis, castrorum mœnia defensabant. Verùm Gallicanus (quando semel tantum facinus ausus fuerat) bellum protinus civile atque omnibus perniciosum suscitavit. Quippe jussis effringi publicis armamentariis, in quibus pompæ magis instrumenta quàm belli asservabantur, unde sibi quisque munimentum corporis accommodaret; apertisque item gladiatorum ludis, atque unoquoque propriis armis ornato: præterea cunctis, quæcunqne intra domos aut officinas essent, hastis gladiis ac securibus direptis, cùm quodcunque occurrerat instrumentum ex idoneâ ad pugnam materiâ, furor in arma converteret, statim omnes conferti conglobatique ad castra contenderunt, ac velut urbem aliquam expugnaturi, murum ipsum portasque circumsederunt. Cæterùm milites, utpote pugnandi peritissimi, pinnis se murorum clypeisque protegentes, sagittarum jactu crebro ac prælongis contis multitudinem repellebant. Postremò, cum jam defatigato populo sauciisque magna ex parte gladiatoribus, atque in vesperam vergente die, regredi in urbem decrevissent: conspicati milites securitatem abeun-

πάντας, ὡς δυνατὸν ἦν, διώκοντες, ἔβαλλον λίθοις. οἱ δὲ, φθάσαντες, ὀλίγων τινῶν καὶ τρωθέντων, εἰς τὸ στρατόπεδον καταφυγόντες, καὶ τὰς πύλας ὡς ἐδύναντο κλείσαντες, ὅπλα δὲ ἀναλαβόντες, ἐφρούρουν τὸ τεῖχος τοῦ στρατοπέδου. ὁ δὲ Γαλλικανὸς, ἅπαξ τολμήσας ἔργον τηλικοῦτον, ἐμφύλιον πόλεμον καὶ ὄλεθρον μέγαν ἤγειρε τῇ πόλει. τάς τε γὰρ δημοσίας ἀποθήκας τῶν ὅπλων, εἴτινες ἦσαν πρὸς πομπὴν μᾶλλον ἢ μάχην ἐπιτήδειοι, ἀναῤῥῆξαι τοὺς ὄχλους ἔπεισε, τό, τε σῶμα [1] ἕκαστος φράττεσθαι, ὡς οἷός τε ἦν· τά τε τῶν μονομάχων καταγώγια ἀνοίξας, ἐξήγαγε τοῖς οἰκείοις ὅπλοις ἕκαστον ἐξηρτυμένον. [2] ὅσα τε ἦν οἰκίαις ἢ ἐργαστηρίοις δόρατα ἢ ξίφη, πελέκεις τε, πάντα διηρπάζετο. ὅ, τε δῆμος ἐνθουσιῶν, πᾶν τὸ ἐμπίπτον ὕλης ἀξιομάχου ἐργαλεῖον, ὅπλον ἐποιεῖτο. ἀθροισθέντες οὖν, ἐπῆλθον τῷ στρατοπέδῳ, καὶ ὡς πολιορκήσοντες αὐτὸ δῆθεν, προσέβαλλόν τε ταῖς πύλαις καὶ τοῖς τείχεσιν. οἱ δὲ στρατιῶται μετὰ πολλῆς ἐμπειρίας ὡπλισμένοι τε τὰς ἐπάλξεις καὶ τὰς ἀσπίδας, τόξοις τε αὐτοὺς βάλλοντες, καὶ δόρασι μακροῖς ἀπείργοντες, τοῦ τείχους ἀπεδίωκον. ὡς δὲ κάμνων ὁ δῆμος, οἵ τε μονομάχοι τιτρωσκόμενοι, ἤδη καὶ ἑσπέρας προσιούσης, ἀπελθεῖν ἠθέλησαν, θεασάμενοι αὐτοὺς οἱ στρα-

1 Εκαστον, loco ἕκαστος legit Steph. 2 Οσα τε ἦν ἐν οἰκίαις. Steph.

πῶται

πᾶσι τοῖς ἀπεστραμμένους καὶ τὰ νῶτα δεδωκότας, ἀπιόντας τε ἀμελέστερον, οἰομένους μὴ τολμήσειν ἐπεξελθεῖν ὀλίγους πλήθει τοσούτῳ, ἀνοίξαντες αἰφνιδίως τὰς πύλας, ἐπέδραμον τῷ δήμῳ, καὶ τούς τε μονομάχους ἀπέκτειναν, τοῦ τε δήμου μέγα τι πλῆθος ἀπώλετο ὠθούμενον. οἱ δὲ, τοσοῦτον διώξαντες, ὅσον μὴ πολύ τι τοῦ στρατοπέδου ἀποστῆναι, πάλιν ἐπανῆλθον, ἐντός τε τοῦ τείχους ἔμενον.

λ'. Ἐντεῦθεν μείζων ἡ ὀργὴ τοῦ τε δήμου καὶ τῆς συγκλήτου ἐγένετο. στρατηγοί τε οὖν κατελέγοντο, ἔκ τε πάσης Ἰταλίας λογάδες· ἥ τε νεολαία πᾶσα ἠθροίζετο, ὅπλοις τε αὐτοσχεδίοις καὶ τοῖς προστυχοῦσιν ὡπλίζετο. τούτων δὴ τὸ μὲν πλεῖστον μέρος ὁ Μάξιμος σὺν αὐτῷ ἀπήγαγεν, ὡς δὴ Μαξιμίνῳ πολεμήσων· οἱ δὲ λοιποὶ ἔμειναν ὡς τὴν πόλιν φρουροῖέν τε καὶ φυλάσσοιεν αὐτῆς. ἑκάστοτε οὖν τῷ τείχει τοῦ στρατοπέδου ἐγίνοντο προσβολαί. ἐπέραττον δὲ οὐδὲν, προμαχομένων ἄνωθεν τῶν στρατιωτῶν· οἱ δὲ, βαλλόμενοι καὶ τιτρωσκόμενοι, κακῶς ἀπηλλάγησαν. ὁ δὲ Βαλβῖνος οἴκοι μένων, διάταγμά τι προθεὶς, ἱκέτευε τὸν δῆμον εἰς διαλλαγὰς χωρῆσαι· τοῖς τε στρατιώταις ὑπισχνεῖτο ἀμνηστίαν, ἄνεσίν τε πάντων ἐδίδου ἁμαρτημάτων. ἀλλ' οὐδετέρους ἔπειθε. τὸ δὲ δεινὸν ἑκάστοτε ηὔξετο, τοῦ μὲν τοσούτου δήμου ἀπαξιοῦντος ὑπ' ὀλίγων καταφρονηθῆναι, τῶν δὲ στρατιωτῶν ἀγανακτούντων, ὅτι δὴ ταῦτα ὑπὸ Ρωμαίων, ὡς ὑπὸ βαρβάρων, πάσχουσι.

tium (quippe minimè ausuros putabant Romani, adeò paucos adversus tantam multitudinem castris eruptionem facere) confestim universi sese portis patentibus in vulgus illud hominum concitavere. Ibi Gladiatores ad unum cæsi, magnaque pars populi collisa. Quo facto, cum haud procul castris recessissent, rursum sese intra munimenta receperunt.

XXX. Hinc igitur major Senatui Populoque Romano indignatio oborta. Quare duces ex Italia omni probatissimum quemque delegerunt, juventutemque omnem collectam in unum, subitariis armis, ac tumultuariis adornarunt. Horum potissimam partem secum Maximus eduxit, ut adversus Maximinum præliaretur: reliqui ad urbis custodiam tutelamque relicti. Interea quotidie ad muros castrorum dimicabatur, sed profectu nullo, defensantibus supernè militibus, ictamque & sauciam multitudinem fœdè repellentibus. At Balbinus, domi se continens, populo per edictum supplicabat ut in gratiam cum militibus rediret: quibus etiam omnium quæ patraverant, oblivionem atque impunitatem pollicebatur. Sed neutris id persuasum, gliscente indies malo, ac populo indignante quòd tanta multitudo tam paucis contemptui foret: contrà militibus ægerrimè ferentibus, ea se à Romanis passos, quæ vix unquam à barbaris expectâssent.

XXXI. Postre-

XXXI. Postremò, quando oppugnatio parum procedebat, visum ducibus intervertere omnes rivos qui in castra pervenirent, ut milites aquarum penuria sitique conficerent. Igitur abscindendo obstruendoque cunctos è castris aquarum rivos avertebant. Sed enim intellecto periculo milites ac rebus desperatis, erumpunt universi patentibus portis, congressique multitudinem fugientem in urbem usque persequuntur. Sed ubi jam statario illo certamine plebs inferior intra domos se receperat, ac tegularum lapidumque & testarum jactibus desuper urgere cœperat milites, haud ausi illi ignota ædificia subire, clausis etiam domibus & tabernis, ignem januis ac ligneis ædificiorum projecturis, quales in urbe plurimæ sunt, illico admoverunt. Quo factum est ut partim crebritate insularum, partim lignea materia, bona pars urbis conflagraverit: multique ex opulentis pauperes facti, maximis atque egregiis amissis possessionibus, vel proventu uberrimis, vel splendore ipso & varietate preciosis. Neque verò pauci extincti mortales: quòd januis igne occupatis, proripere se domo copia non fuerat. Bonaque divitum direpta penitus, immiscente se militibus studio rapiendi facinorosissimo quoque, & tenui plebecula. Sed adeò pervaga-

λα'. Τὸ δὴ τελευταῖον, ἐπειδὴ τειχομαχοῦντες οὐδὲν ἐπέραινον, ἔδοξε τοῖς στρατηγοῖς ἐκκόψαι πάντας τοὺς εἰσρέοντας εἰς τὸ στρατόπεδον ἀγωγοὺς ὕδατος, σπάνει τε ποτοῦ καὶ ἐνδείᾳ ῥείθρων αὐτοὺς παραστήσαντες. προσπεσόντες οὖν πᾶν τὸ ὕδωρ τοῦ στρατοπέδου εἰς ἕτερα ῥεῖθρα μετωχέτευον, ἐκκόπτοντες καὶ εἰσφράττοντες τὰς εἰς τὸ στρατόπεδον εἰσόδους αὐτῶν. οἱ δὲ στρατιῶται ὁρῶντες τὸν κίνδυνον, ἐν ἀπογνώσει ὄντες γενόμενοι, τὰς πύλας ἀνοίξαντες ἐπεξῆλθον. μάχης τε καρτερᾶς γενομένης καὶ φυγῆς τοῦ δήμου, ἐπὶ πολὺ τῆς πόλεως διώκοντες οἱ στρατιῶται προὔβησαν. ἐπεὶ δὲ οἱ ὄχλοι τῆς συσταδὸν μάχαις ἡττώμενοι, ἀναπηδῶντες εἰς τὰ δώματα, τῷ τε κεράμῳ βάλλοντες αὐτοὺς καὶ λίθων βολαῖς, τῶν τε ἄλλων ὀστράκων, ἐλυμαίνοντο, ἐπαναβῆναι μὲν αὐτοῖς, δι' ἄγνοιαν τῶν οἰκήσεων, οὐκ ἐτόλμησαν οἱ στρατιῶται. κεκλεισμένων δὲ τῶν οἰκιῶν καὶ τῶν ἐργαστηρίων, ταῖς θύραις, καὶ εἴ τινες ἦσαν ξύλων ἐξοχαὶ (πολλαὶ δὲ αὗται κατὰ τὴν πόλιν) πῦρ προσετίθεσαν. ῥᾷστα δὲ, διὰ πυκνότητα τῶν συνοικιῶν, ξυλείας τε πλῆθος ἐπάλληλον, μέγιστον μέρος τῆς πόλεως τὸ πῦρ ἐνεμήθη, ὡς πολλοὺς μὲν ἐκ πλουσίων ποιῆσαι πένητας, ἀποβαλόντας θαυμαστὰ καὶ ἀμφιλαφῆ κτήματα, ἔν τε προσόδοις πλουσίαις, καὶ ἐν ποικίλῃ πολυτελείᾳ τίμια. πλῆθός τε ἀνθρώπων συγκατεφλέχθη, φυγεῖν μὴ δυνηθέντων, διὰ τὸ τὰς ἐξόδους ὑπὸ τοῦ πυρὸς προκατειλῆφθαι. οὐσίαι τε ὅλαι πλουσίων ἀνδρῶν διηρπάσθησαν, ἐγκαταμιξάντων ἑαυτοὺς τοῖς στρατιώταις πρὸς τὸ ἁρπάζειν κακούργων καὶ εὐτελῶν

λῶν δημοτῶν. τοσοῦτον δὲ μέρος τῆς πόλεως τὸ πῦρ ἐλυμήνατο, ὡς μηδεμίαν τῶν μεγίστων πόλεων ὁλόκληρον δύνασθαι τῷ μέρει ἐξισωθῆναι.

λβʹ. Καὶ τὰ μὲν κατὰ τὴν Ῥώμην τοιαῦτα ἦν. ὁ δὲ Μαξιμῖνος ἀνύσας τὴν ὁδοιπορείαν, ἐπέστη τοῖς τῆς Ἰταλίας ὅροις· θύσας τε ἐπὶ τῶν μεθορίων βωμῶν, τῆς ἐπ᾽ Ἰταλίαν εἰσβολῆς εἴχετο. ἐκέλευσέ τε πάντα τὸν στρατὸν ἐν ὅπλοις εἶναι, καὶ μετ᾽ εὐταξίας προχωρεῖν. τὴν μὲν οὖν Λιβύης ἀπόστασιν, καὶ τὸν κατὰ τὴν Ῥώμην ἐμφύλιον πόλεμον, τά τε Μαξιμίνῳ πραχθέντα, καὶ τὴν εἰς Ἰταλίαν ἄφιξιν αὐτοῦ ἐδηλώσαμεν· τὰ δὲ ἑπόμενα ἐν τοῖς ἑξῆς λεχθήσεται.

tum longè lateque incendium est, ut plus multo consumpserit quam quantum spacii maxima quæque urbs ædificiis occupet.

XXXII. Dum hæc Romæ geruntur, interea Maximinus confecto itinere Italiam attigerat: ac sacrificato ad aras quæ in finibus ipsis erectæ sunt, pergit iter facere, jussis arma tenere atque instructa acie progredi militibus. Sed cum & Africæ defectionem, & Romæ bellum civile, prætereaque res à Maximino gestas iterque ejus hactenus conscripserimus, reliqua deinceps explicabuntur.

HPΩ.

ΗΡΩΔΙΑΝΟΥ

ΤΗΣ

Μετὰ ΜΑΡΚΟΝ Βασιλείας ΒΙΒΛΙΟΝ

ΟΓΔΟΟΝ.

HERODIANI

LIBER OCTAVUS.

BREVIARIUM LIBRI OCTAVI.

Maximinus, ſuperatis Alpibus, Aquileiam venit; ibi expugnationem ejus urbis moliens, à ſuis militibus cum filio obtruncatur, quorum capita Romam deportantur. Maximus, alter Imperator, apud Aquileiam exercitum Maximini dimittit; ipſe Romam cum ſuis revertitur, & cum Balbino Imperium geſſit, donec ambo à militibus Prætorianis ſunt occiſi. Poſt horum obitum Gordianus, dudum Cæſar, Romanum ſuſcepit Imperium.

Quæ poſt interitum Gordiani geſſerit Maximinus, [1] iterque ejus in Italiam, prætereaque Africæ defectionem, & in urbe ipſa populi ac militum ſeditiones, ſuperiore volumine recen-

ΤΑ μὲν δὴ Μαξιμίνῳ πραχθέντα κατὰ τὴν Γορδιανοῦ τελευτὴν, ἥτε εἰς Ἰταλίαν ἄφιξις αὐτοῦ, Λιβύης τε ἀπόστασις, καὶ ἡ ἐν Ῥώμῃ τῶν στρατιωτῶν πρὸς τὸν δῆμον διαφορὰ, ἐν

1 Ejuſque in Italiam adventum, & Libyæ defectionem, nec non eam quæ Romæ fuit militibus adverſus populum diſcordiam, ſupra commemoravimus. Steph.

τοῖς περὶ τούτων λέλεκται. ὁ δὲ Μαξιμῖνος ἐπιστὰς τοῖς ὄρεσι, προπέμψας σκοποὺς τοὺς ἐρευνήσοντας μὴ τινὲς ἐνέδραι ἐν κοιλάσιν ὀρῶν, ἢ λόχμαις, ὕλαις τε, κρύφιοι εἶεν. αὐτός τε καταγαγὼν εἰς τὸ πεδίον τὸν στρατὸν, τὰς μὲν τῶν ὁπλιτῶν φάλαγγας ἐς [1] τετράγωνα ἔταξε σχήματα, ἐπιμήκεις μᾶλλον ἢ βαθείας, ὡς ἂν πλεῖστον τοῦ πεδίου διαλαμβάνοιεν. τὰ δὲ [2] σκευοφόρα πάντα, κτήνη τε καὶ ὀχήματα ἐν μέσῳ τάξας, αὐτός τε ἅμα τοῖς δορυφόροις ὀπισθοφυλακῶν εἵπετο. ἑκατέρωθεν δὲ παρέθεον αἵ τε τῶν καταφράκτων ἱππέων ἶλαι, καὶ Μαυρούσιοι ἀκοντισταὶ, τοξόται τε οἱ ἀπὸ τῆς ἀνατολῆς· καὶ Γερμανῶν ἱππέων μέγα τι πλῆθος ἐπήγετο συμμάχους. ἐκείνους γὰρ μάλιστα προὐβάλλετο, ἵν' ἐκδέχοιντο τῶν πολεμίων τὰς πρώτας ἐμβολὰς, θυμοειδεῖς ὄντες καὶ εὔτολμοι ἐν ἀρχομένῃ μάχῃ· εἰ δ' ἄρα καὶ κινδυνεύειν δέοι, εὐκαταφρόνητοι, ὡς βάρβαροι. ὡς δὲ πᾶν τὸ πεδίον διῆλθεν ὁ στρατὸς μετ' εὐκοσμίας καὶ εὐταξίας, ἐπέστησαν πρώτῃ Ἰταλίας πόλει, ἣν καλοῦσιν Ἠμᾶν οἱ ἐπιχώριοι· πρόκειται δὲ αὕτη ἐπ' ἀκροτάτῳ πεδίῳ, ἱδρυμένη πρὸ τῆς ὑπωρείας τῶν Ἄλπεων. ἔνθα ὑπαντώμενοι τῷ Μαξιμίνῳ οἱ προφύλακες καὶ σκοποὶ τοῦ στρατοῦ, ἤγγειλαν

fuimus. Enimvero Maximinus, postquàm ad Italiæ fines pervenit, præmissis exploratoribus qui specularentur an ullæ in Alpium convallibus, & densissimis sylvis insidiæ delitescerent, ipse, in planum deductis militibus, jubet armatorum acies quadrato agmine incedere, in longum porrectas potius quàm confertas, ut ab iis quàm plurimum campi occuparetur: cunctisque in medium coactis impedimentis, jumentisque & vehiculis, ipse cum suis stipatoribus veluti subsidio sequebatur: alis utrinque discurrentibus cataphractorum equitum, Maurisque jaculatoribus, sagittariisque ex oriente: & equitatu Germanorum, quos auxiliares asciverat, quósque etiam præcipuè opponere hostibus consueverat: ut primos videlicet impetus exciperent, feroces audacesque initio pugnæ viri; simul ut (si in discrimen veniretur) vilis potissimum Barbaria illa periclitaretur. Sed ubi totam planiciem servatis ordinibus transmiserunt, ad Italiæ urbem perventum est, quæ a Ema à cultoribus vocatur. Ea sita est in extrema planicie ad Alpium radices. Ubi speculatores atque exploratores exercitus narrant Maximino, vacuam relictam urbem, aufugisse

1 Quadrato agmine Hemonam venit. Capitol.

2 Si σκευοφόρα adjectivè accipias, de jumentis ac vehiculis intelligendum erit ad impedimenta portanda aptis. Steph.

a In vet. edit. leg. Emona. Steph.

giſſe omnes incolas, templorum etiam ac domorum januis incendio conſumptis, atque omnibus quæ vel in urbe vel in agris fuerant, exportatis aut igni corruptis: nihil aut jumentis, aut hominibus alimentorum relictum.

II. Quæ res grata in primis Maximino fuit, quod idem cæteros quoque populos ſui quenque metu facturos arbitrabatur. Contrà milites indignè tulerunt, quod ab initio ſtatim fame laborarent. Cumque noctem exegiſſent, partim intra patentes communeſque omnibus domos, partim in planicie ipſa, ſtatim ſole oriente ad Alpes acceſſerunt. [a] Hi ſunt longiſſimi quidam montes, vice murorum Italiæ circundati, adeò in altum editi, ut etiam ſuperare nubes videantur: in longum porrecti, ut univerſam Italiam comprehendant, læva ad Tyrrhenum pelagus, dextra ad Jonium uſque pertingentes: denſis ubique nemoribus infeſſi, atque anguſtiſſimis callibus, & rupium prærupta altitudine, ſcopulorumque aſperitate vix pervii; nonnullis tamen quaſi ſemitis magno veterum Italorum labore manufactis. Quapropter ingens tranſi-

κενὴν ἀνθρώπων εὗρε τὴν πόλιν, πανδημεί τε πεφευγυῖαν, ἐμπρήσαντας τὰς θύρας ἱερῶν τε καὶ οἰκιῶν, πάντα τε ὅσα ἦν ἐν τῇ πόλει ἢ τοῖς ἀγροῖς, ἃ μὲν ἐκφορήσαντες, ἃ δὲ καταπρήσαντας καὶ μήτε ὑποζυγίοις, μήτε ἀνθρώποις καταλελεῖφθαι τροφάς.

ς'. Ο δὲ Μαξιμῖνος ἥσθη μὲν ἐπὶ τῇ τῶν Ἰταλιωτῶν εὐθὺς φυγῇ, ἐλπίζων πάντας τοὺς δήμους τοῦτο ποιήσειν, οὐχ ὑπομένοντας τὴν ἔφοδον αὐτοῦ· ὁ δὲ στρατὸς ἤχθετο, εὐθὺς ἐν ἀρχῇ λιμοῦ πειρώμενος. διανυκτερεύσαντες οὖν, οἱ μὲν ἐν τῇ πόλει ἐν ἀθύροις καὶ κοιναῖς πάντων οἰκίαις, οἱ δ' ἐν τῷ πεδίῳ, ἅμα ἡλίῳ ἀνίσχοντι ἐπὶ τὰς Ἄλπεις ἠπείγοντο. ἄκρα ὄρη ὑπερμήκη, ὥσπερ τεῖχος Ἰταλίας, ἡ φύσις ἤγειρεν, ὑπερνεφῆ μὲν τὸ ὕψος, ἐπιμηκέστατα δὲ, ὡς πᾶσαν Ἰταλίαν διειληφότα καθήκειν, ἐν μὲν τοῖς δεξιοῖς Ἰταλίας μέρεσιν, εἰς τὸ Τυῤῥηναῖον πέλαγος· ἐν δὲ τοῖς λαιοῖς, εἰς τὸν Ἰόνιον κόλπον. σκέπεται δὲ ὕλαις δασείαις καὶ πυκναῖς, τὰς δὲ διεξόδους ἐστένωται, ἢ διὰ κρημνῶν εἰς βάθος μέγιστον [1] ἀπορρωγότας, ἢ διὰ πετρῶν τραχύτητα. στενωποὶ γάρ εἰσι χειροποίητοι, μετὰ πολλοῦ καμάτου τοῖς πάλαι Ἰταλιώταις εἰργασμένοι. μετὰ δέους οὖν πολ-

1 Superiores editiones habent ἀπορρωγότας, vulgata lexica in hujus loci citatione ſcribunt ἀπορρῶγας ſed proculdubio vera lectio eſt, κρημνὸς εἰς βάθος μέγιστον ἀπορρωγότας, præcipitia ingenti altitudine prærupta. Sylburg.

a Qui montes excelſiſſimi, veluti murus quidam Italiæ à Naturâ ſunt excitati, in altum adeò exſurgentes ut nubes ſuperare videantur; in longitudinem vero ita porrecti ut totam Italiam intercipientes, in dextro ejus latere ad Tyrrhenum pelagus, in ſiniſtro ad Jonium ſinum pertingunt. Sylburg.

λὺ δῆθεν ὁ στρατὸς, ἐλπίζοντες τάς τε ἄκρας κατειλῆφθαι, πεφράχθαι τε τὰς διόδους ἐς κωλύμην τῆς αὐτῶν διαβάσεως. ἤλπιζον δὲ καὶ ἐδεδοίκεσαν εἰκότα, τῶν χωρίων τεκμαιρόμενοι τὴν φύσιν.

γ'. Ὡς δὲ διέβησαν ἀκωλύτως, μηδενὸς ἐμποδὼν γινομένου, καταβαίνοντες εἰς τὸ στρατόπεδον, ἤδη ἀνεθάῤῥησάν τε καὶ ἐπαιάνιζον. ῥᾷστα τε αὐτῷ πάντα προχωρήσειν ὁ Μαξιμῖνος ἤλπισεν, Ἰταλῶν μηδὲ ταῖς δυσχωρίαις τεθαῤῥηκότων, ἔνθα ἢ κρύπτειν ἑαυτοὺς καὶ σώζειν ἠδύναντο, ἢ δι' ἐνέδρας ἐπιβουλεῦσαι, μάχεσθαί τε ἄνωθεν, ἐξ ὑπερκειμένων χωρίων. γινομένων δὲ αὐτῶν ἐν τῷ πεδίῳ, οἱ σκοποὶ ἀπήγγειλαν, πόλιν Ἰταλίας τὴν μεγίστην, Ἀκυληΐαν δὲ καλουμένην, κεκλεῖσθαι· τὰς δὲ προπεμφθείσας φάλαγγας τῶν Παιόνων, προθύμως μὲν τειχομαχῆσαι, πολλάκις δὲ προσβαλούσας, ἀνύειν οὐδὲν· ἀπαγορεύειν δὲ καὶ ἀναχωρεῖν βαλλομένους λίθοις τε καὶ δόρασι, τόξων τε πλήθει. ὁ δὲ Μαξιμῖνος, ἀγανακτήσας πρὸς τοὺς στρατηγοὺς τῶν Παιόνων, ὡς ἀμελέστερον μαχομένους, αὐτὸς σὺν τῷ στρατῷ ἠπείγετο, ἐλπίζων ῥᾷστα αἱρήσειν τὴν πόλιν.

δ'. Ἡ δὲ Ἀκυληΐα καὶ πρότερον μὲν (ἅτε μεγίστη πόλις) ἰδίου δήμου πολυάνθρωπος ἦν, καὶ ὥσπερ

turum illuc exercitum formido tenebat, sperantem summa juga teneri jam ab hoste, nullosque non obstructos exitus ad se prohibendos. Neque is metus de nihilo erat, locorum naturam contemplantibus.

III. Postea verò quàm sine ullo impedimento superatis Alpibus in castra descenderant, læti scilicet omnes instauratis animis vitulabantur, nihilque non sibi ex sententia cessurum Maximinus arbitrabatur, ne locorum quidem [a] difficultati fidentibus Italis, intra quas latitari ipsi, & saluti suæ consulere, prætereaque insidiari hostibus, ac è locis supernè imminentibus pugnam capessere potuissent. Sed ubi planiciem attigerunt, nuntiant exploratores maximam Italiæ urbem Aquileiam portas occlusisse, Pannoniorum acies quæ præiverant, acriter murum oppugnâsse. Cæterum tentata re sæpè, omnes incassum conatus evasisse. Itaque jam defatigatos recedere, lapidibus scilicet & hastis magnaque sagittarum vi desuper ingruentibus. At Maximinus iratus Pannoniis, quasi parum impigrè præliatis, ipse cum exercitu reliquo accelerabat, sperans nullo negotio se illius urbis potiturum.

IV. Sed Aquileia prius quoque (ut erat ingens urbis ejus magnitudo) populo abundabat,

---

a Lego difficultatibus, cui lectioni respondet [intra quas.] Steph.

& velut Italiæ quoddam emporium ad mare sita, quasique terminus Illyriæ, copiam rerum è continenti per terram fluviosque convectam navigantibus suggerebat: & ab ipso mari res ad usum eorum qui continentem colunt necessarias, videlicet superioribus terris propter hyemis asperitatem minus feracibus: maximè tamen vinum, cujus in ipsa regione maximus proventus est, vicinis gentibus ne vitem quidem habentibus, affatim suppeditabat. Ex quo factum uti super civium ingentem numerum, etiam magna vis hospitum ac mercatorum eam urbem frequentaret. Enimvero tunc etiam aucta multitudo, confluentibus illuc ex agris, quicunque oppidulis vicisque circà relictis fidebant urbis magnitudini, ac vetustis mœnibus, dirutis quidem antea magna ex parte: (Quippe in tanta Romanorum potentia, neque murorum neque armorum Italiæ civitates indigebant, pacem altissimam agitantes, atque in participatum reipublicæ ascitæ) Sed tunc urgente videlicet necessitate, renovatis instauratisque mœnibus, præterea turribus ac propugnaculis excitatis, totaque urbe ad eum modum communita, clausisque por-

τι ἐμπόρειον Ἰταλίας ἐπὶ θαλάττῃ προκειμένη, καὶ πρὸ τῶν Ἰλλυρικῶν ἐθνῶν πάντων ἱδρυμένη, τά τε ἀπὸ τῆς ἠπείρου διὰ γῆς ἢ ποταμῶν καταχομιζόμενα παρεῖχεν ἐμπορεύεσθαι τοῖς πλέουσι· τά τε ἀπὸ θαλάττης τοῖς ἠπειρώταις ἀναγκαῖα, ὧν ἡ παρ' ἐκείνοις χώρα διὰ [1] χειμῶνος οὐκ ἦν εὔφορος, ἀνέπεμπεν εἰς τὴν ἄνω γῆν· πρὸς οἶνόν τε μάλιστα πολύγονον γεωργοῦντες, ἀφθονίαν ποτοῦ παρεῖχε τοῖς ἄμπελον μὴ γεωργοῦσιν. ἔνθεν πολύ τι πλῆθος ἐπεδήμει οὐ πολιτῶν μόνον, ἀλλὰ ξένων τε καὶ ἐμπόρων. τότε δὴ μᾶλλον ἐπολυπλασιάσθη τὸ πλῆθος, τῶν ὄχλων πάντων ἐξ ἀγρῶν ἐκεῖσε συῤῥεόντων, πολίχνας τε καὶ κώμας τὰς περικειμένας καταλιπόντων, πιστευσάντων δὲ αὐτοὺς τῷ τε μεγέθει τῆς πόλεως καὶ τῷ προβεβλημένῳ τείχει, ὃ παλαιότατον, ἐκ τοῦ πλείστου μέρους πρότερον μὲν κατερήρειπτο (ἅτε μετὰ τὴν Ῥωμαίων ἀρχὴν μηκέτι τῶν ἐν Ἰταλίᾳ πόλεων ἢ τειχῶν ἢ ὅπλων δεηθεισῶν, μετειληφυιῶν δὲ ἀντὶ πολέμων εἰρήνην βαθεῖαν, καὶ τῆς παρὰ Ῥωμαίοις πολιτείας κοινωνίαν) πλὴν τότε ἡ χρεία ἤπειξε τὸ τεῖχος ἀνανεώσασθαι, τά τ' ἐρείπια ἀνοικοδομῆσαι, πύργους τε καὶ ἐπάλξεις ἐγεῖραι. τάχιστα οὖν φράξαντες τῷ τείχει τὴν πόλιν, τάς τε πύλας κλείσαντες, πανδημεὶ ἐπὶ τῶν τειχῶν, νύκτωρ τε καὶ

---

1 Deesse puto χαλεπότητα vel σφοδρότητα. Steph.

μεθ'

μεθ' ἡμέραν ἱδρυμένοι, τοῖς προσιοῦσιν ἀπεμάχοντο. ἐστρατήγουν δὲ αὐτῶν, καὶ πάντα εἶχον διὰ φροντίδος ἄνδρες δύο, ἀπὸ ὑπατείας μὲν, ἐπιλεχθέντες δὲ ὑπὸ τῆς συγκλήτου· ὧν ὁ μὲν Κρισπῖνος, ὁ δὲ Μηνόφιλος ἐκαλεῖτο. καὶ μετὰ πολλῆς προνοίας τά τε ἐπιτήδεια πάμπλειστα εἰσεκομίσαντο, ὡς ἐκτένειαν εἶναι, εἰ καὶ ἐπιμηκεστέρα γένοιτο πολιορκία. ἦν δὲ καὶ ὕδατος ἀφθονία φρεατιαίου· πολλὰ γὰρ τὰ ὀρύγματα ἐν τῇ πόλει. ποταμός τε [1] περιρρεῖ τὸ τεῖχος, ὁμοῦ παρέχων τε προβολὴν τάφρου καὶ χορηγίαν ὕδατος.

έ. Τὰ μὲν οὖν ἐν τῇ πόλει οὕτω παρεσκεύαστο. τῷ δὲ Μαξιμίνῳ, ἐπειδὴ ἀπηγγέλη φρουρουμένη καὶ κεκλεισμένη γενναίως ἡ πόλις, ἔδοξε πέμψαι ἐν σχήματι πρεσβείας τοὺς κάτωθεν διαλεξομένους, εἰ ἄρα πείσειεν αὐτοὺς ἀνοῖξαι τὰς πύλας. ἦν δὲ ἐν τῷ στρατῷ χιλίαρχος, ᾧ πατρὶς μὲν ἡ Ἀκυληΐα ἦν, τέκνα τε καὶ γυνὴ, οἰκεῖοί τε πάντες ἔνδον ἀπεκέκλειντο. τοῦτον οὖν ἔπεμψε σὺν ἑτέροις ἑκατοντάρχαις, ἐλπίσας ῥᾷστα πείσειν, ὡς πολίτην. ἀφικόμενοι δὲ οἱ πρέσβεις ἔλεγον ὅτι ἄρα κελεύει Μαξιμῖνος ὁ κοινὸς βασιλεὺς ὅπλα μὲν αὐτοὺς καταθέσθαι ἐν εἰρήνῃ, φίλον δὲ ἀντὶ πολεμίου δέχεσθαι. σπονδαῖς δὲ μᾶλλον καὶ θυσίαις

tis, noctem diemque universi pro muro stantes, hostem fortissimè propulsabant. Duces erant summa potestate duo consulares viri lecti à Senatu, Crispinus ac Menephilus. Hi maxima diligentia procuraverant, uti necessaria quæque in urbem importarentur, sic ut diuturnior quoque sustineri oppugnatio potuerit. Erat item in urbe magna aquarum abundantia, partim ex pueris sanè frequentibus, partim è fluvio muros præterfluente, ac pariter fossæ objectus & aquarum præbente copiam.

V. His ita intra urbem comparatis, ut primùm defendi muros diligenter clausasque portas Maximinus audivit, decrevit mittere legatorum specie, qui illos alloquerentur, ac (si possent) reserari sibi portas persuaderent. Habebat autem in exercitu tribunum quendam Aquileiæ civem, cujus nati atque uxor, præterea familia omnis in urbe erant conclusi. Quare eum, centurionesque nonnullos, quasi oratores mittit, sperans facilè illius autoritatem municipes secuturos. Qui ubi muro appropinquarunt, in hanc sententiam verba faciunt: "Jubere communem "Imperatorem pacem depositis "armis colere, seque amicum "pro hoste accipere, sacrisque "faciundis vacare, [a] quàm cæ-

1 Potiùs παραρρεῖ ut vult ex Memmio. Sylburg.

a Relinquit Politianus subaudiendam vocem [potius] ut alibi. Steph.

"dibus;

"dibus: miserari patriam, paulò post (si obstinati perstiterint) ab ipsis usque fundamentis ruituram, licere ipsis (si velint) una opera sibi quenque & saluti patriæ consulere: quippe oblivionem veniamque omnium quæ fecerint, optimum Principem polliceri, quando nihil ipsorum, sed omnia forent aliena culpa contracta.

VI. Talia quædam sub muro legati magna voce pronunciabant, sic ut facilè exaudiri, si non planè ab omnibus, certè ab ea multitudine possent quæcunque supra muros turresque constiterat. Etenim taciti omnes legatorum dictis aures dediderant. Quare metuens Crispinus ne pollicitationibus illis, quæ vulgi inconstantia est, ad mutandum pace bellum, reserandasque hosti portas impellerentur, discursans ipse per muros, rogare, obtestarique singulos, uti audacter manerent, fortiterque resisterent, neque fidem proderent Senatui debitam P. Q. R. néve titulum servatæ ac propugnatæ Italiæ totius aspernarentur: néve promissis crederent perjuri, fraudulentique tyranni; néve item benigna oratione inescati, ruerent in manifestam perniciem: sed confiderent belli fortunæ, ita plerunque dubiæ atque ancipiti, ut magnus interim numerus à paucissimis, & qui potentiores creduntur, ab iis qui imbecilliores habeantur, victi superatique sint: néve utique expavescerent exercitus illius magnitudinem.

κολάζειν ἢ φόνοις. μηδὲ περιορᾶν πατρίδα μέλλουσαν ἄρδην καὶ ἐκ θεμελίων ἀπόλλυσθαι, ἐνὸν αὐτοῖς τε σώζεσθαι καὶ τὴν πατρίδα σώζειν, διδόντος αὐτοῖς χρηστοῦ βασιλέως ἀμνηστίαν συγγνώμην τε τῶν ἁμαρτηθέντων. οὐ γὰρ αὐτοὺς αἰτίους γεγενῆσθαι, ἀλλ' ἄλλους.

ς'. Οἱ μὲν οὖν πρέσβεις τοιαῦτά τινα κάτω παρεστῶτες ἐβόων, ὡς ἐξάκουστα εἴη. ὁ δὲ πλεῖστος δῆμος, τῷ τείχει καὶ τοῖς πύργοις ἐφεστὼς, πλὴν τῶν τὰ λοιπὰ μέρη φρουρούντων, ἐπήκουεν ἡσυχάζων τῶν λεγομένων. ὁ δὲ Κρισπῖνος, φοβηθεὶς μήπως ἅτε ὄχλος ταῖς ὑποσχέσεσιν ἀναπεισθεὶς, εἰρήνην τε ἀντὶ πολέμου ἑλόμενος, ἀνοίξῃ τὰς πύλας, περιθέων τὸ τεῖχος, ἐδεῖτο καὶ ἐλιπάρει μένειν τε θαρσαλέως καὶ ἀντέχειν γενναίως, μηδὲ προδιδόναι τὴν πρὸς τὴν σύγκλητον καὶ Ῥωμαίων δῆμον πίστιν· σωτῆρας δὲ καὶ προμάχους Ἰταλίας πάσης ἀναγραφῆναι. μὴ πιστεύειν δὲ ὑποσχέσεσι τυράννου ἐπιόρκου τε καὶ ἀπατεῶνος, μηδὲ χρηστοῖς λόγοις δελεασθέντας ὀλέθρῳ προὔπτῳ παραδοθῆναι, ἐνὸν πιστεῦσαι πολέμου ἀμφιβόλῳ τύχῃ (πολλάκις γὰρ καὶ οἱ ὀλίγοι πλειόνων περιεγένοντο, καὶ δοκοῦντες ἀσθενέστεροι, καθεῖλον τοὺς ἐν ὑπολήψει ἀνδρείας μείζονος) μηδ' ἐκπλήττεσθαι τῷ πλήθει τοῦ στρατοῦ· οἱ μὲν γὰρ ὑπὲρ ἄλλου μαχόμενοι, καὶ τῆς παρ' ἑτέρων ἐσομένης εὐδαιμονίας,

δαιμονίας, εἴπερ γένοιτο, μετριάζουσιν ἐν τῷ προθύμῳ τῆς μάχης, εἰδότες ὡς τῶν μὲν κινδύνων αὐτοὶ μεθέξουσι, τὰ δὲ μέγιστα καὶ κορυφαῖα τῆς νίκης ἄλλος καρπώσεται. τοῖς δὲ ὑπὲρ τῆς πατρίδος μαχομένοις, καὶ παρὰ τῶν θεῶν ἐλπίδες κρείττους, ἐπειδὴ οὐ τὰ ἄλλων λαβεῖν, ἀλλὰ τὰ αὑτῶν σώζειν εὔχονται. τό, τε ἐς τὰς μάχας πρόθυμον, οὐκ ἐξ ἄλλου κελεύσεως, ἀλλ' ἐξ οἰκείας ἀνάγκης ἔχουσιν, ἐπεὶ καὶ τῆς νίκης πᾶς ὁ καρπὸς αὐτοῖς περιγίνεται.

